AVREA
BVLLA
CAROLI IV.
IMPERATORIS ROM.

ET IN EAM

OBSERVATIONES
VIRI CLARISSIMI

IOHANNIS LIMNAEI.

Editio nova,

In qua quid præſtitum ſit, Præfatio docebit.



ARGENTORATI,

Typis & Sumptibus JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DCC VI.

Digitized by Google

Digitized by Google

AUREA BULLA

CAROLI IV.

IMPERATORIS ROM.

ET IN EAM

OBSERVATIONES

VIRI CLARISSIMI

IOHANNIS LIMNAEI.

Editio nova,

In qua quid præſtitum ſit, Præfatio docebit.

ARGENTORATI,

Typis & Sumptibus JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO M. DCC. VI.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

AVREA BVLLA *CAROLI IV. IMP.*

IN NOMINE SANCTAE[a] ET INDIVIDUÆ[b] TRINITATIS FELICITER[c], AMEN.

CAROLUS[d] QVARTUS, divinâ favente clementiâ, Roman. Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ[e] Rex, ad perpetuam rei memoriam. Omne regnum in ſeipſo[f] diviſum deſolabitur; nam Principes ejus facti ſunt ſocii furum: ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie, ſicut in tenebris: & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut cæci[g] ſint, & duces cæcorum[h]: & qui ambulant in tenebris, offendunt; & cæci[i] mente ſcelera perpetrant, qvæ[k] in diviſione[l] contingunt. Dic ſuperbia, qvomodo in Lucifero

a) al. SANCTE.
b) al. INDIVIDVE
c) al. FOELICITER.
d) al. KAROLVS.
e) al. Boemie.
f) Mog. & al ſeipſum. M.S.O. deeſt ipſum
g) al. ceci.
h) al. cecorum.
i) al. ceci.
k) al. qve.
l) al. Mog. diviſionem.

A regnaſ-

regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Sathan invide[a], quomodo Adam[b] de Paradyſo[c] ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes? Dic[d] luxuria, quomodo Trojam[e] deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes? Dic ira, quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diviſione Pompejum & Julium ſævientibus[f] gladiis ad inteſtina prælia concitaſſes? Tu quidem invidia Chriſtianum Imperium à DEO ad inſtar ſanctæ[g] ac individuæ[h] Trinitatis, fide, ſpe, & charitate[i], virtutibus Theologicis roboratum, cujus fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo regno feliciter[k] ſtabilitur, antiquo veneno, quod velut ſerpens in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut concuſſis columnis[l], totum ædificium[m] ruinæ[n] ſubjiceres[o], diviſionem inter ſeptem Electores ſacri Imperii, per quos velut[p] ſeptem candelabra lucentia in unitate ſpiritus ſeptiformis[q] ſacrum illuminari debet Imperium, multotiens[r] poſuiſti. Sanè cum[s] ex officio, qvo Cæſarea[t] dignitate potimur, futuris diviſionum[u] & diſſenſionum[x] periculis inter Electores ipſos, de quorum numero ut Rex Bohemiæ[y] eſſe dignoſcimur[z], ratione duplici, tàm ex Imperio, qvàm

a) O. invidie.
b) *al. Mog.* Adamum.
c) *al. Mog.* Paradiſo.
d) *Alii verſic.* Dic ira *&c. verſiculo* Dic luxuria *&c. præmittunt.*
e) *al.* Trojanos.
f) *al.* ſevientibus.
g) *al.* ſancte.
h) *al.* individue.
i) *al.* caritate.
k) *al.* fœliciter.
l) *al.* columpnis.
m) *al.* edificium.
n) *al.* ruine.
o) *al.* ſubiceres. *Mogunt. hic addit*, tentaſti. *Et ſimul ſententiam finit.*
p) *Verba* ſeptem Electores ſacri Imperii, per qvos velut *Mog. non habet.*
(q) *Mogunt. addit* qvibus. (r) *al.* multociens, *al.* multoties. (s) *al.* tamen *addunt.*
t) *al.* Ceſarea. (u) *al.* diviſionibus. (x) *al.* diſſenſionibus. (y) *al.* Boemiæ. (z) *al.* dinoſcimur.

Digitized by Google

quàm electionis jure, qvo fungimur, occurrere teneamur, infra ſcriptas leges, ad unitatem inter Electores fovendam & electionem unanimem inducendam, ac deteſtandæ[a] diviſioni prædictæ[b] variiſque periculis ex ea ſequentibus aditum præcludendum[c] in ſolemni[d] Curia noſtra Nûrenbergenſi[e], aſſidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numeroſa[f], in ſolio[g] Majeſtatis Cæſareæ, Imperialibus[h] infulis, inſigniis, & diademate coronati[i] matura deliberatione prævia[k] de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas[l] ſub Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione nona, quarto[m] Idus Januarii, regnorum noſtrorum anno decimo, Imperii verò ſecundo[n]

CAPUT[o] I.

Qvalis eſſe debeat conductus[p] Electorum, & à qvibus

DEcernimus, & præſenti edicto Imperiali perpetuò valituro ſancimus, ex certa ſcientia,

a) *al.* deteſtande.
b) *al.* perdiæte.
c) *al.* preclu dendum
d) *al.* ſolempni. *al.* ſolenni.
e) *al.* Nurembergenſi.
f) *O.* innumeroſa.
g) *al.* ſolito
h) *al.* Imperiali. *al.* Imperialis.
i) *Mog.* decorati. *O.* coronatus.
k) *al.* previa
l) *al.* ſanciendas.
m) *al.* IV.
n) *al. Mog.* & *al.* primo.
o) *Mog. hic & in ſeqq. ponit* TITVLOS.
p) *O.* PRINCIPVM.

entia, & de Imperialis plenitudine poteſtatis, ut quotieſcunque & quandocunque futuris temporibus neceſitas ſive caſus Electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi emerſerit, & Principes Electores ad electionem hujuſmodi, juxta antiquam [a], laudabilem conſvetudinem habuerint proficiſci, unuſquiſque Princeps Elector, ſi & qvando ſuper hoc fuerit requiſitus, quoſlibet Principes Coëlectores [b] ſuos vel ipſorum nuncios, quos ad electionem ipſam tranſmiſerint; per terras, territoria & loca ſua, & etiam ultra, ſicut longius poterit, conducere teneatur, & eis abſque dolo præſtare Conductum, verſus civitatem, in qua talis electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo, ſub pœna perjurii & perditionis, pro illa duntaxat vice, ſuæ vocis, quam in electione hujuſmodi fuerat habiturus. Qvas quidem pœnas eos vel eum, qui in præſtando memorato conductu rebelles ſeu rebellem, negligentes vel negligentem ſe præbuerint, eo ipſo decernimus incidiſſe.

a) Mog. &.

b) Mog. Electores.

2. Statuimus inſuper, & mandamus univerſis aliis Principibus feuda [c] à ſacro Imperio Romano tenentibus, quocunque nomine cenſeantur, nec non Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus nobilibus & ignobilibus, civibus & com-

c) O. ſeoda.

Digitized by Google

communitatibus caſtrorum, civitatum & locorum ſacri Imperii univerſis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romani in Imperatorem promovendi electio celebranda occurrerit, unumquemque Principem Electorem ab ipſis[a] vel eorum aliquo Conductum hujuſmodi poſtulantem, vel ejuſdem nuncios, quos ad electionem ipſam direxerit[b], ut præfertur, per territoria ſua & alias quanto poſſunt[c] remotius, abſque dolo, modo prædicto[d] conducant. Si qui verò huic noſtræ conſtitutioni cōtraire præſumſerint, ſubſcriptas[e] eo ipſo[f] pœnas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, milites & clientes, ac univerſi[g] contrarium facientes, reatum perjurii & privationem omnium feudorum, quæ à ſacro Romano Imperio, & à quibuſcunque aliis obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum à quocunque habitarum, incurrant. Omnes quoque cives & communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint perjuri, & nihilominus univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis & gratiis à ſacro obtentis[h] Imperio, ſint omninò[i] privati, & cum perſonis & bonis ſuis omnibus bannum &[k] proſcriptionem Imperialem incurrant: atque eoſdem, quos[l] ipſo facto exnunc, prout extunc, o-

a) O. cia.
b) al. duxerit.
c) al. aliquanto potuerit
d) Mog. præcedenti.
e) al. ſupraſcriptas.
f) Mog & al. ipſo facto.
g) al. addunt nobiles. al. ignobiles.
h) O. obtinentes.
i) al. omnes
k) Mog. non habet &.
l) Mog. non habet quos Rectè.

mni[a] jure privamus. Deinceps cuilibet[b] hominum auctoritate propria, & ſine judicio ſeu invocatione magiſtratus cujuſlibet, impunè licebit eos[c] invadere; nullamque pœnam propter hoc invadens ipſos debebit ab Imperio aut quovis alio formidare: præſertim cum contra Rempublicam ac ſacri ſtatum Imperii ac dignitatem, ac etiam contra honorem proprium & ſalutem, tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes & perfidi[d], infideliter & perversè agere convincantur.

3. Decernentes inſuper & mandantes, ut omnium civitatum cives & communia[e] jam dictis Principibus Electoribus & eorum cuilibet hoc poſcenti, eorumque nunciis; Victualia in communi precio atque curſu pro ſuis, ſeu nunciorum prædictorum hominumque ſuorum neceſſitatibus, dum ad prædictam civitatem cauſa celebrandæ electionis prædictæ acceſſerint, ac etiam dum diſceſſerint ab eadem, vendere, ſeu vendifacere teneantur: nullam in præmiſſis fraudem qvomodo libet adhibendo. Alioquin contrarium facientes, pœnas illas volumus ipſo facto incurrere, quas in præcedentibus contra cives & communitates duximus promulgandas.

4. Quiſquis inſuper ex Principibus, Comitibus,

a) *Mog. & al non habent* omni.
b) *Mog.* cujuslibet.
c) *In qvibus d. deeſt* eos.
d) *O. deſidi.*
e) *Mog. & al.* communitates.

tibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus ſeu ignobilibus, civibus ſeu communitatibus civitatum, Principi Electori ad electionem de Rege Roman. celebrandam eunti, vel ab ipſa denuò redeunti, hoſtiles cuſtodias tendere, ſeu inſidias parare præſumpſerit, aut ipſos, vel eorum aliqvem, in ſua vel ſuorum perſonis aut rebus invadere, vel turbare, ſeu ipſorum vel alicujus eorum nuncios antedictos, ſive conductum petierint, ſive etiam non[a] duxerint exigendum[b]: hunc unà cum univerſis malitiæ ſuæ complicibus, ipſo facto ſupradictas pœnas decernimus[c] incurriſſe: Ita videlicet quod quævis perſona pœnam incidat, *ſive pœnas*, quas juxta præmiſſa pro qualitate[d] perſonarum duximus infligendas.

a) O. nunc. b) O. erogandum. c) al. decrevimus. d) al. qvalibet.

5. Si verò aliquis Princeps Elector cum aliquo ſuo Coëlectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunque contentio, controverſia ſeu diſſenſio verteretur; his nequaquam obſtantibus alter alterum vel alterius nuncios ad electionem hujuſmodi deſtinandos, præmiſſo modo conducere ſit aſtrictus, ſub pœna perjurii ac perditionis ea vice duntaxat, ſuæ vocis in electione, ut ſuperius eſt expreſſum.

6. Si qui verò alii Principes, Comites, Barones, milites, clientes, nobiles & ignobiles, cives

a)O. Communitates. ves vel communia[a] civitatum, cum aliquo Principe Electore, vel pluribus ex iiſdem adverſam gererent voluntatem, ſeu quævis diſcordia inter ipſos ad invicem vel gvverra ſive diſenſio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo ceſſantibus, Principi Electori, vel Principibus ſeu ejus vel ipſorum nunciis ad electionem hujuſmodi deſtinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præſtare conductum, prout ſinguli poenas jam dictas, per nos videlicer in[b] ſe latas, voluerint evitare: quas eos, qui ſecus fecerint, incurriſſe decernimus[c] eo ipſo[d].

b)O. inferius.

c)O. decrevimus.

d)O. facto.

7. Ad præmiſſorum autem omnium firmitatem, & certitudinem ampliorem, jubemus & volumus, ut univerſi Principes Electores & cæteri Principes nec non Comites, Barones, Nobiles, Civitates, ſeu ipſarum communitates, præmiſſa omnia literis & juramentis ſuis firmare, & ad ea bona fide ac ſine dolo implenda efficaciter ſe debeant obligare. Quicunque verò literas hujuſmodi dare renuerit, pœnas illas ipſo facto incidat, quas pro perſonarum conditione, per præmiſſa, ſingulis duximus infligendas.

8. Si quis autem Princeps Elector, aliuſve Princeps cujuſcunque conditiouis aut ſtatûs, feudum vel feuda à ſacro tenens Imperio, aut Comes,

Digitized by Google

mes, Baro vel Nobilis ſeu ſucceſſores talium vel hæredes ſupra & infra ſcriptas Imperiales noſtras conſtitutiones & leges adimplere noluerit[a], aut eis contraire præſumſerit[b], ſi[c] quidem talis Princeps Elector extiterit, extunc cæteri ſui Coëlectores à ſuo ipſum deinceps excludant conſortio, ipſeque voce electionis & aliorum Principum Electorum loco[d], dignitate careat atque jure[e], nec inveſtiatur de feudis, quæ à ſacro Imperio viſus[f] fuerit obtinere. Alius verò Princeps aut vir nobilis, ut præfertur, in has noſtras leges committens, ſimiliter non inveſtiatur de feudis, quæ à ſacro Imperio, vel alias obtinet à quocunque: & nihilominus omnes pœnas præmiſſas ſuam concernentes perſonam incidat eo ipſo.

a) *al.* noluerint.
b) *al.* præſumſerint.
c) *Mog.* & *al.* & ſiquidem.
d) *al.* & dignitate.
e) *al.* vice. *al.* Verba atque Iure *omittunt.*
f) *al.* niſus.

9 Quamvis autem univerſos Principes, Comites, Barones, Nobiles, milites, clientes, Civitates quoque & communitates illarum ad præſtandum cuilibet Principi Electori, vel ejus nunciis præfatum conductum, ut prædicitur, indiſtinctè velimus[g] & decreverimus[h] obligari, nihilominus eorum cuilibet ſingulares[i] conductores pro regionum & locorum adjacentia cuilibet magis aptos[k] duximus deſignandos, ut ſtatim per ſequentia pleniùs apparebit.

g) *al.* volumus.
h) *al* decernimus. *al.* decrevimus
i) *O.* conductus &
k) *al.* apto.

Digitized by Google

10. Primò namque Regem Bohemiæ, Sacri Imperii Archipincernam, conducent ArchiEpiſcopus Moguntinenſis, Bambergenſis[a] & Herbipolenſis Epiſcopi: Burggravii Nürembergenſes: Item illi de Hohenloe[b], de Wertheim, illi[c] de Brunecke, & de Hannove: Item civitates Nürenberg, Rotenburg, & Windesheim.

11. Deinde Archiepiſcopum Colonienſem, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarium conducent & conducere tenebuntur Moguntinenſis[d], & Trevirenſis Archiepiſcopi, Comes Palatinus[e] Rheni, Landgravius Haſſiæ, item de Katzenellenbogen[f], de Naſſouv, de Dietz, Comites; item de Iſenburg, de Weſterburg, de Runckel, de Limburg & Falckenſtein, item civitates Wetzflar, Geylnhauſen & Fridberg,

12. Item Archiepiſcopum Trevirenſem, Sacri Imperii per Galliam & regnum Arelatenſe Archicancellarium conducent Archiepiſcopus Moguntinenſis[g], Comes Palatinus[h] Rheni: Item de Spanheim[i], de[k] Veldentz Comites: Item die Raugraven, Wildegraven, de Naſſau, de Iſemburg, de Weſterburg, de Runckel, de Limburg, de Dietz, de Katzenellenbogen, de Eppenſtein, de Falckenſtein, item civitas Moguntinenſis.

13. Deinde Comitem Palatinum Rheni, Sacri

a) O. Babenb.
b) Mogunt. Hohenlohe Germanicè & ſæpè in ſeqq.
c) deeſt illi.
d) O. Mag.
e) O. Palentinus.
f) Mog. Cazenelnbogen German. & ſequentia.
g) O. Mag.
h) O. Palentinus.
i) Mog. Spãheim German. ut & ſequentia.
k) al & de.

Sacri Imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepiſcopus Moguntinenſis.

14. Ducem verò Saxoniæ, S. Imperii Archimareſcallum, tenebitur[a] conducere Rex Bohemiæ. Moguntinenſ. & Magdeburgenſ. Archiepiſcopi: Item Bambergenſ. & Herbipolenſ. Epiſcopi, Marchio Miſnenſ. Landgravius Haſſiæ: Item Fuldenſ. & Hirsfeldenſ. Abbates, Burggravii Nüremberg. Item illi de Hohenloe,[b] de Wertheim, de Brunecke, de Hanouv, & de Falckenſtein: Item civitates Erffordia, Mülhauſen, Nürenberg, Rotenburg, & Windesheim.

a) O. tenebuntur.

b) Mogunt. Hohenlohe German. ut & plura ſequentia.

15. Et hi omnes proximè nominati Marchionem Brandenburgenſem, ſacri Imperii Archicamerarium, ſimiliter conducere tenebuntur.

16. Volumus autem & expreſsè ſtatuimus, ut unuſquiſque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, his, à quibus ipſum poſtulare decreverit, hoc ipſum adeò tempeſtivè, viamque, qua fuerit tranſiturus, inſinuet, & talem conductum expoſcat, ut illi, qui ad conductum hujuſmodi impendendum deputati, & qui[c] fuerint requiſiti, ad hoc oportunè ſe[d] valeant & commodè præparare.

c) O. taliter.

d) al. omittunt ſe.

Digitized by Google

17. Præmiſſas verò conſtitutiones circa materiam conductus editas, ita ſanè debere declaramus intelligi, ut unuſquiſque ſuperiùs nominatus, vel forſan non expreſſus, à quo in caſu præmiſſo conductum requiri contigerit, ad præſtandum ipſum per ſuas duntaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto[a] poteſt[b] remotiùs, abſque dolo, ſub pœnis contentis ſuperiùs ſit[c] aſtrictus.

18. Prætereà ſtatuimus ac etiam ordinamus, ut Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui fuerit pro tempore, ſingulis Principibus Coëlectoribus ſuis, Eccleſiaſticis & Secularibus, electionem eandem per ſuos nuncios, patentibus debeat literis intimare. In quibus quidem literis talis dies & terminus exprimatur, infra quem eædem literæ ad ſingulos eoſdem Principes veriſimiliter poſſint pervenire.[d]

19.[e] Hujuſmodi verò literæ continebunt, ut à die in literis ipſis expreſſa infra tres menſes continuos, omnes & ſinguli Principes Electores Franckenford[f] ſuper[g] Moganum[h] eſſe debeant conſtituti,[i] vel ſuos Legales ad eundem terminum atque locum nuncios deſtinare, cum plena & omnimoda poteſtate, ſuiſque patentibus literis majori cujuſlibet eorum ſigillo ſignatis, ad eligendum

a) Mog. quando.
b) O. posſit.
c) Mog. eſt.
d) al. convenire.
e) alij hunc & ſeq. §. cum priori connectunt, & §. Cùm autem. 21. ponunt 19. & ſic porrò.
f) O. Frāckfordiæ.
g) al. ſupra.
h) al. Mogonum. O. Mogāo.
i) Mog Frācofurtū ad Mœnum ſe conferant.

dum Romanorum Regem in Cæſarem promovendum.

20.[a] Qualiter autem & ſub qua forma tales literæ confici debeant, & quæ in eis ſolennitas debeat immutabiliter obſervari, & in qua forma & modo Principes Electores nuncios ſuos ad electionem hujuſmodi deſtinandos ad poteſtatem, mandatum, ſeu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præſentis libri, conſcriptum[b] invenitur[c] clarius[d] expreſſum. Et eandem formam illic traditam mandamus, & de Imperialis poteſtatis plenitudine uſquequaque decernimus obſervari.

a) Al. hunc §. cum 18. & 19. connectunt.
b) alij ſcriptum.
c) al. adduns &.
d) o. &.

21.[e] Cùm autem ad hoc perventum fuerit, quod de Imperatoris vel Regis Romanorum obitu in diœceſi Moguntinenſi[f] conſtiterit, extunc infra unum menſem à die notitiæ obitus hujuſmodi continuè numerandum, ſingulis Principibus Electoribus, obitum ipſum & intimationem, de quibus præmittitur, per Archiepiſcopum Moguntinenſem jubemus & decernimus ſuis patentibus literis declarari. Quod ſi idem Archiepiſcopus in executione & intimatione hujuſmodi negligens aut remiſſus fortaſſis exiſteret, extunc iidem Principes, motu proprio, etiam non vocati, pro fidei ſuæ virtute, qua ſacrum pro-

e) al. 19.
f) O. Moguntina.

Digitized by Google

ſequi tenentur Imperium, poſt hæc infra tres
a) O. ſupra. menſes, ſicut in conſtitutione[a] proximè poſita
b) O. Fräckfordiæ. ſuprà continetur, in civitate Franckenfordenſi[b]
ſæpè dicta conveniant, electuri Regem Romanorum in Cæſarem promovendum.

c) al. 20. 22.[c] Debet autem unuſquiſque Princeps Elector, vel ſui nuncii prædictam civitatem Fran-
d) O. Fräckfordiæ. ckenfordenſ.[d] cum ducentis equitaturis[e] tan-
e) al. equitibus. tummodò præfatæ electionis tempore introire: in quorum numero quinquaginta tantùm armatos vel pauciores ſecum introducere poterit, ſed non plures.

f) al. 21. 23.[f] Princeps verò Elector ad electionem hujuſmodi vocatus & requiſitus, & ad ipſam non veniens, vel legales nuncios cum literis patentibus ſigillo ſuo majori ſigillatis plenamque & liberam ac omnimodam poteſtatem continentibus, ad eligendum Romanorum Regem futurum Imperatorem, non dirigens; aut veniens, aut hujuſ-
g) al. fortaſſe. modi nuncios fortè[g] tranſmittens, ſi poſteà Princeps ipſe, aut prædicti nuncii à prædicto electionis loco recederent, Rege Roman. futuro Cæſare non electo, nec ad præmiſſa procuratore legitimo ſubſtituto ſolenniter & relicto, electionis
h) O. deeſt. voce ſeu jure, quod in eadem[h] electione habuit
i) al. iſta. & tali modo deſeruit, careat ea[i] vice.

24. In-

Digitized by Google

24.[a] Injungimus autem civibus de Franckenfort,[b] & mandamus, ut ipſi univerſos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum,[c] ab invaſione alterius, ſi quid inter eos adverſitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipſi & eorum quilibet in præfato ducentorum equorum ſuorum numero ad præfatam duxerint civitatem, in[d] virtute juramenti, quod ſuper hoc ipſos ad ſancta præſtare ſtatuimus,[e] fideli ſtudio & ſolerti diligentiâ protegant & defendant: Alioquin perjurii reatum incurrant, & nihilominus omnia jura ſua, libertates,[f] gratias, & indulta, quæ à ſacro obtinere noſcuntur Imperio, omninò amittant, bannumque[g] Imperiale, cum perſonis & bonis ſuis omnibus, incidant eo ipſo: Et liceat extunc omni homini auctoritate propriâ, ac ſine judicio, cives eoſdem, quos eo caſu exnunc, prout extunc, omni jure privamus, tanquam proditores infideles & rebelles Imperii, impunè invadere: Ita quod invadentes hujuſmodi,[h] pœnam quamcunque à ſacro Imperio, vel quovis alio, nequaquam debeant formidare.

a) *al.* 22.
b) O. Fränckfordia.
c) O. in ſpecie.
d) O. deeſt.
e) *al. addunt* Evangelia.
f) *Mog. addit* privilegia.
g) *Mog.* bannum quoque.
h) O. ipſos.

25.[i] Cives inſuper antedicti de Franckenfort,[k] per omne tempus illud, quo ſuper electione ſæpè[l] dicta tractari & agi contigerit, neminem

i) *Aliis hic §. cũ priori connectitur*
k) O. Fränckfordia.
l) O. prædicta.

nem in[a] præfatam civitatem, cujuſcunque dignitatis, conditionis, vel ſtatûs extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant: Principibus Electoribus, &[b] eorum nunciis & procuratoribus[c] dictis duntaxat exceptis: quorum quilibet cum ducentis equis debebit, ut prædicitur, intromitti.

26.[d] Si verò poſt ipſorm Principum Electorum introitum, ſeu in ipſorum præſentia, in præfata civitate aliquem reperiri[e] contigerit, illius exitum cives ipſi debebunt abſque mora & cum effectu protinus ordinare, ſub omnibus pœnis contra ipſos ſuperiùs promulgatis, ac etiam in virtute Juramenti, quod cives ipſi de Franckenfort,[f] ſuper eo virtute præſentis conſtitutionis præſtare debebunt ad ſancta,[g] ut in præcedentibus eſt expreſſum.

a) *deeſt* in.
b) *Mog.* vel.
c) O. ante.
d) *Aliùs hic quoque §. cùm §. Injungimus 24. connectitur.*
e) O. recipere.
f) O. Frā.kfordia.
g) *Alij addunt* Dei Evangelia.

CAPUT[h] II.

h) *Mog.* TIT.

De Electione Roman. Regis.

§. I.

POſtquam autem ſæpedicti Electores ſeu nuncii civitatem Franckenford ingreſſi fuerint, ſtatim ſubſequenti[i] die diluculo in Eccleſia Sancti

i) *al.* ſequenti.

Sanċti Bartholomæi Apoſtoli ibidem in omnium ipſorum præſentia, Miſſam de Sanċto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipſe Sanċtus Spiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo fulti[a] præſidio, hominem juſtum, bonum & utilem eligere valeant in Regem Romanorum futurumque Cæſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani.[b]

a) *al.* ſuffulti.
b) *al* expedientem.

2.[c] Peraċta quoque Miſſa hujuſmodi, omnes illi Eleċtores ſeu nuncii accedant ad altare, in quo Miſſa eadem extitit celebrata, ubi Principes Eleċtores Eccleſiaſtici coram Evangelio beati Joannis, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, quod illic, ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reverentia ſuperponant:[d] Seculares verò Principes Eleċtores, diċtum Evangelium corporaliter[e] manibus ſuis tangant: qui omnes, cum tota ipſorum[f] familia tunc ibi[g] debebunt inermes aſſiſtere. At[h] Archiepiſcopus Moguntinenſis formam Juramenti eis dabit, & unà cum ipſis, & ipſi, vel abſentium nuncii, unà cum eo juramentum præſtabunt vulgariter in hunc modum:

c) *Alij continuant principiũ.*
d) *Mog.* ſupponãt.
e) *O.* corporalibus.
f) *al.* ſua.
g) *O.* ibidẽ.
h) Et.

3.[i] Ego N.[k] Archiepiſcopus Moguntinenſis ſacri Imperii per Germaniam Archicancella-

i) *Al.* 2.
k) *alii omittunt.* N. *O.* Conradus.

rius & Princeps Elector, juro ad hæc ſancta DEI Evangelia hîc præſentialiter coram me poſita, quod ego per fidem, qua DEO & ſacro Romano Imperio ſum aſtrictus, ſecundùm omnem diſcretionem & intellectum meum, cum DEI adjutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano, id eſt, Regem Roman. in Cæſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretio & ſenſus mei[a] me[b] dirigunt, & ſecundùm fidem prædictam; vocemque meam, & votum ſeu electionem præfatam dabo, abſque omni pacto, ſtipendio, precio, vel promiſſo, ſeu quocunque modo talia valeant appellari, ſic[c] me DEUS adjuvet[d] & omnes Sancti.

a) al. omittunt mei.
b) al. omittunt me.
c) al. ſicut.
d) al. juvet.
e) al. 3.

4.[e] Præſtito denique per Electores ſeu nuncios in forma & modo prædictis, hujuſmodi juramento, ad electionem procedant, nec amodò de jam dicta civitate Frankenford ſeparentur, niſi prius major pars ipſorum, temporale caput mundo elegerit ſeu populo Chriſtiano, Regem videlicet Roman. in Cæſarem promovendum.

f) Al. hunc §. cum præced. conjungunt.

5.[f] Quod ſi facere diſtulerint infra triginta dies à die præſtiti Juramenti præfati continuò numerandos, extunc exactis eiſdem triginta diebus amodò panem manducent & aquam bibant,

Digitized by Google

bant,[a] & nullatenus civitatem[b] exeant ante dictam,[c] niſi prius per ipſos, vel majorem partem ipſorum, Rector ſeu[d] temporale caput fidelium electum fuerit, ut præfertur.

6.[e] Poſtquam autem in eodem loco ipſi vel pars ipſorum[f] major numero elegerit, talis electio perinde[g] haberi & reputari debebit, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante concorditer celebrata.

7.[h] Sique per tempus aliquod morari, abeſſe & tardare contingeret aliquem de Electoribus ſeu nunciis antedictis, dum tamen veniret, antequam prædicta eſſet Electio celebrata, hunc ad electionem ipſam in eo ſtatu admitti debere[i] decernimus, in quo ipſa adventus ſui tempore conſiſtebat.

8.[k] Et quia de antiqua approbata & laudabili conſuetudine tam[l] inconvulsè quam immutabiliter,[m] quod ſubſcribitur,[n] ſemper extitit hactenus obſervatum: ideoque & nos conſtituimus, & de Imperiali decernimus plenitudine poteſtatis, quod is, qui modo præmiſſo in Regem fuerit Romanorum[o] electus, peracta ſtatim electione hujuſmodi, priuſquam in aliquibus cauſis aliis ſive negotiis virtute S. Imperii adminiſtret, univerſis & ſingulis Principibus

 Ele-

a) *al. omittunt* bibāt.
b) *al.* civitate.
c) *al.* antedicta.
d) *al.* &
e) *al.* 4.
f) *al.* corū.
g) *O.* proinde.
h) *al. hunc §. cum præcedenti conjungunt.*
i) *Mog. omittit* debere.
k) *al.* 5.
l) *alij omittunt* tàm, *& pro* quàm *ponunt* ac.
m) *Mog.* inconvulsè *verbis*, tàm quàm immutabiliter *omiſsis.*
n) *al. verba*, quod ſubſcribitur, *omittunt.*
o) *al.* Romanum,

Electoribus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, qui propinquiora S. Imperii membra eſſe noſcuntur, omnia ipſorum Privilegia, literas, jura, libertates, conceſſiones, antiquas conſuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipſi ab Imperio uſque in diem electionis ſuæ obtinuerunt & poſſederunt abſque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat per ſuas literas & ſigilla, ipſisque præmiſſa omnia innovare , poſtquam Imperialibus fuerit infulis coronatus.

a) al. 6. 9.[a] Confirmationem autem hujuſmodi, electus ipſe cuilibet Principi Electori in ſpecie primo ſuo nomine Regali faciet, & deinde ſub Imperiali titulo innovabit, & in his ipſos Princi- b) Mog. addit omnes. pes[b] in genere, & quemlibet eorum in ſpecie, nullatenus impedire, ſed potiùs abſque dolo gra- c) al. generosè. tioſè[c] tenebitur promovere.

d) al 7. 10.[d] In caſu denique, quo tres Principes Electores præſentes, ſeu abſentium nuncii, Quartum ex ſe ſeu ipſorum conſortio, videl. Principem Electorem præſentem vel abſentem in Regem e) O. eligent. Romanorum elegerint,[e] vocem illius electi, ſi f) O. offuerit. præſens adfuerit,[f] aut nunciorum ipſius, ſi eum g) al. contigerit. abeſſe contingeret,[g] plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum partemque majorem decernimus conſtituere, ad inſtar cæterorum Principum Electorum.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.[a]

De Seſſione[b] Treverenſis, Colonienſis & Moguntinenſis[c] Archiepiſcoporum.

IN nomine ſanctæ & individuæ[d] Trinitatis feliciter, Amen: CAROLVS QVARTVS, divinâ favente clementiâ, Roman. Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

1. Decor & gloria Sacroſancti Rom. Imperii & honor Cæſareus, & Reipub. grata compendia, venerabilium & illuſtrium Principum Electorum concordi voluntate foventur: qui velut columnæ proceres ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant: quorum præſidio dextra Imperialis potentiæ roboratur: & quantò[e] mutui favoris ampliori[f] benignitate ſtringuntur, tantò uberioris[g] pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Chriſtiano.

2. Ut igitur inter venerabiles Moguntinenſem, Colonienſem, necnon[h] Treverenſem Archiepiſcopos, ſacri Imperii Principes Electores omnium litium & ſuſpectuum[i] mala,[k] quæ & qui

a) *Mog.* TIT. III.

b) O. de Seſſione triũ Archiepiſcoporum Principum Electorum

c) *Mog* & *al.* de Seſſione Moguntinenſis, Colonienſis & Treverenſis &c.

d) *Mog* inconvulſæ.

e) *al.* quando.

f) O. deeſt.

g) O. uberior.

h) *Mog.* & etiam.

i) *al.* ſuſpicionum.

k) *deeſt in quibusd.* mala. *etiam in O.*

a) *al. non habent &* qui.

&c qui[a] de prioritate ſeu dignitate ſeſſionum ſuarum in Curiis Imperialibus & Regalibus ſuboriri valerent, in poſterum perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipſi in cordis & animorum quietâ conditione manentes, de opportunitatibus S. Imperii concordi favore & virtuoſæ dilectionis ſtudio convenientiùs meditari valeant pro conſolatione populi Chriſtiani, habitâ deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tàm Eccleſiaſticis quàm Secularibus, & de ipſorum conſilio, decernimus, & de Imperatoriæ[b] poteſtatis plenitudine hac edictali lege perpetuò valitura ſancimus, quod ſupradicti venerabiles Archiepiſcopi, Treverenſis videlicet, ex oppoſito, &[c] lineari directione verſus Imperatoris faciem: Moguntinenſis verò in ſuis diœceſi & provincia, & extra provinciam ſuam, in toto Cancellariatu[d] ſuo Germanico, provincia Colonienſi duntaxat excepta: & demum Colonienſis[e] in ſuis diœceſi & provincia, & extra provinciam ſuam, in tota Italia & Gallia, in dextro latere Romanorum[f] Cæſaris ſedere poſſint, valeant & debeant, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta judiciis, collationibus[g] feudorum, in refectionibus menſarum, ac etiam in conſiliis & omnibus aliis agendis, propter quæ contingit ſeu con-

b) *al.* Imperialis.

c) *deficit in Mogunt. &. Al habent* ex.

d) *Mog.* Archicancellariatu.

e) *O.* deeſt.

f) *O.* Romani.

g) *O.* collocationibus.

continget, eos[a] pro honore ſeu utilitate Imperiali tractandis mutuò convenire. Et hunc modum ſeſſionis ſub omni eo ordine, ſicut expreſſatur[b] ſuperiùs, ad prædictorum[c] Colonienſis, Trevirenſis & Moguntinenſis Archiepiſcoporum ſucceſſores perpetuò extendi volumus, vt nullo vnquam tempore ſuper his quævis dubietas generetur.

a) O. coſdē

b) al expri-mitur.

c) O. omniū

CAPUT[d] IV.

d) Mog. Tit.

De Principibus Electoribus in communi.

§. I.

STatuimus inſuper, ut quotieſcunque[e] Imperialem Curiam exnunc in anteà celebrari[f] contigerit, in qualibet ſeſſione, videlicet tàm in conſilio quàm[g] in menſa, & locis aliis quibuſcunque, ubi Imperatorem vel Regem Roman. cum Principibus Electoribus ſedere contigerit[h] à dextro latere Imperatoris vel Regis Romanorum immediatè poſt Archiepiſcopum Moguntinenſem, vel Colonienſem, illum videlicet, quem tunc temporis pro qualitate locorum & varietate provinciarum juxta Privilegii ſui tenorem, dicto lateri

e) O. quotienſcunq;

f) al. celebrare.

g) al. addunt in curiâ, quam.

h) al. continget.

Digitized by Google

teri dextro Imperatoris aſſidere contigerit, Rex Bohemiæ, cùm ſit Princeps coronatus & unctus, primum, & poſt eum continuò Comes Palatinus Rheni ſecundum ſedendi loca[a] debeant obtinere: Ad ſiniſtram verò partem immediatè poſt illum, quem ex prædictis Archiepiſcopis in latere ſiniſtro[b] ſedere contigerit[c] primum locum Dux Saxoniæ; & poſt eum Marchio Brandenburgenſium alterum obtinebit.

a) *al.* locũ.
b) ſuo.
c) *al.* continget. *etiã* O. vacari.

2. Cæterum quotiens & quando deinceps ſacrum vacare continget Imperium, extunc Moguntinenſis Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dignoſcitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos, ſuos in dicta electione conſortes litteratoriè convocandi.

3.[d] Quibus omnibus, ſeu his, qui potuerint[e] & voluerint[f] intereſſe in electionis termino invicem congregatis, dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis & non alter, eorundem Coëlectorum ſuorum vota ſingulariter habebit inquirere, ordine ſubſequenti.

d) *al. hunc §. cum præced. connectunt.*
e) *alij* poterunt. & O.
f) *al.* volũt. *al.* voluerunt.

4.[g] Primò quidem interrogabit à Trevirenſi Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe. Secundò à Colonienſi Archiepiſcopo, cui

g) *al.* 3.

cui competit dignitas nec non officium Romanorum Regi[a] primum diadema Regium imponendi. Tertiò à Rege Bohemiæ, qui inter Electores Laicos ex regiæ dignitatis faſtigio jure & meritò obtinebit[b] primatum.[c] Quartò à Comite Palatino Rheni. Quintò à[d] Duce Saxoniæ. Sextò à Marchione Brandenburgenſi. Horum omnium vota, præmiſſo jam ordine dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis perquiret. Quo facto, dicti Principes ſui conſortes ipſum vice verſâ requirent, ut & ipſe intentionem ſuam exprimat, & ipſis aperiat votum ſuum.

5.[e] Prætereà in celebratione Imperialis Curiæ, Marchio Brandenburgenſis[f] aquam lavandis Imperatoris vel Regis Romanorum[g] manibus miniſtrabit.[h] Primum verò potum Rex Bohemiæ: quem[i] tamen ſub corona regali, juxta Privilegiorum regni ſui[k] continentiam, niſi liberâ voluntate voluerit, non tenebitur miniſtrare.[l] Comes etiam Palatinus[m] Rheni[n] cibum afferre tenebitur.[o] Dux Saxoniæ mareſchallatus[p] officium exercebit, ut ſolitum eſt fieri ab antiquo.

a) *O.* Regis.
b) *al.* obtinet & *O.*
c) *Mog.* primariam. *al.* primaciã. *O.* primativa.
d) *deeſt* à.
e) *al* 4.
f) *al.* Brandenburgenſium.
g) *al.* Romani, *ut ſæpè.*
h) *al.* adminiſtrabit.
i) *al.* quæ.
k) *al.* ſuorum *pro* regni ſui.
l) *in quibusd.* Verba miniſtrare. Comes etiã Palatinus Rheni cibum afferre tenebitur: *deſunt.*
m) *O.* Palentinus.
n) O deeſt.
o) *al. addunt* Et-
p) *al.* mareſtallus. *al.* mareſchalcat⁹. *al.* mareſcallatus.

 CAPUT

Digitized by Google

(a Mog. TIT.

CAPVT[a] V.

De jure Comitis Palatini, & [b] Saxoniæ Ducis.

b) O. etiam.

§. I.

c) O. Princeps.

d) al. Romani, & ſic ſæpè.

e) al. Palatinatus.

f) al. privilegii.

g) al. reditus.

h) al. de novo juramenta ipſi.

i) Mog. Sahnlehen.

QVoties inſuper, ut præmittitur, ſacrum vacare continget Imperium, illuſtris[c] Comes Palatinus Rheni, ſacri Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum[d] in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione Principatûs, ſeu Comitatûs Palatini[e] Privilegio,[f] eſſe debet Proviſor ipſius Imperii, cum poteſtate judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi redditus[g] & proventus, & & inveſtiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipiendi: quæ tamen per Regem Romanorum poſteà electum, ſuó tempore omnia innovari, & de novo ſibi ipſa juramenta[h] præſtari debebunt: Feudis Principum duntaxat exceptis, & illis, quæ Vanlehen[i] vulgariter appellantur; quorum inveſtituram & collationem ſoli Imperatori vel Regi Romanorum ſpecialiter reſervamus. Ipſe tamen Comes Palatinus omne genus alienationis ſeu obligationis

nis rerum Imperialium hujuſmodi proviſionis tempore expreſsè ſibi noverit interdictum.

2. Et eodem jure proviſionis illuſtrem Ducem Saxoniæ ſacri Imperii Archimareſchallum [a] frui volumus in illis locis, ubi Saxonica jura ſervantur ſub omnibus modis & conditionibus, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum.

a) *al.* Archi-Marſchalcum. *al.* Archi-Mareſcallum.

3. Et quamvis Imperator ſive Rex Romanorum ſuper cauſis, pro quibus impetitus [b] fuerit, habeat, ſicut ex [c] conſuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, ſacri Imperii Archidapiſero, Electore Principe, reſpondere: illud tamen judicium Comes ipſe Palatinus non alibi præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator ſeu Romanorum Rex præſens extiterit, poterit exercere.

b) *al.* impeditus.
c) *al.* &.

CAPVT [d] VI.

d) *Mog.* TIT.

De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes.

DEcernimus, ut in celebratione Imperialis Curiæ, quotieſcunque illam deinceps perpetuò [e] celebrari contigerit, antedicti Principes Ele-

e) *deeſt* perpetuò

ctores, Eccleſiaſtici & Seculares, juxta præſcriptum ordinem atque modum, à dextris & ſiniſtris[a] immutabiliter teneant loca ſua, eiſque vel eorum alicui, in quibuſcunque actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus, eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuſcunque ſtatûs, dignitatis, praeminentiæ[b] vel conditionis exiſtat, ullatenus[c] præferatur: Eo[d] ſignanter expreſſo, quod nominatim Rex Bohemiæ in celebratione Curiarum hujuſmodi, in omnibus & ſingulis[e] actibus antedictis, quemcunque Regem alium, quacunque etiam ſingulari[f] dignitatis prærogativa fulgentem,[g] quem quovis caſu ſeu cauſa[h] venire vel adeſſe forte contingeret,[i] immutabiliter antecedat.

a) *al.* à ſiniſtris.
b) *al.* præminentiæ.
c) *al.* nullatenus.
d) O. Et.
e) O. locis &.
f) *al.* ſingularis.
g) O. fulgente.
h) *Mog. Verba* ſeu cauſa *nō habet.*
i) O. contigerit.
k) *Mog.* TIT.

CAPVT[k] VII.

De Succeſſione Principum Electorum.

Hæc Verba: In nomine usq; memoriam: *paſſim deſunt.* etiam in MS. O.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. CAROLVS QVARTVS, divinâ favente clementiâ, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

1. In-

Digitized by Google

1. Inter ſolicitudines illas innumeras, quibus pro felici ſtatu ſacri Imperii, cui auctore Domino feliciter præſidemus, cor noſtrum quotidiè[a] fatigatur, ad hoc præcipuè meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper Unio inter ſacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat, & corda eorum in ſinceræ[b] charitatis concordia[c] quorum providentia ſuo tempore orbi fluctuanti tantò celeriùs, tantòque faciliùs ſubvenitur, quando inter eos nullus error ſurrepſerit & purior[d] fuerit charitas cuſtodita, obſcuritate ſucciſa, & jure cujuſlibet dilucidè declarato.

2. Sanè generaliter longè latèque eſt[e] publicum, &[f] quaſi per totum orbem notoriè manifeſtum,[g] Illuſtres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, virtute Regni & Principatuum ſuorum, in electione Regis Roman. in Cæſarem promovendi cum cæteris Principibus Eccleſiaſticis ſeu Coelectoribus, jus, vocem & locum habere, & unà cum ipſis cenſeri, & eſſe veros & legitimos S. Imperii Principes Electores. Ne inter eorundem Principum ſecularium Electorũ filios ſuper jure, voce[h] & poteſtate præfata, futuris temporibus ſcandalorum, & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum

a) al. cottidiè.

b) O. ſinceritatis.

c) al. in ſyncera concordia.

d) O. pronior.

e) al. &.

f) al. omittunt &.

g) al. notorium & manifeſtum.

h) al. & voce.

commune periculoſis dilationibus impediri, futuris, auctore DEO, cupientes periculis ſalubriter obviare ſtatuimus, & Imperiali auctoritate, præſenti lege perpetuis temporibus valitura, decernimus, vt poſtquam iidem Principes Electores ſeculares & eorum quilibet eſſe deſierit,[a] jus, vox, & poteſtas Electionis hujuſmodi ad filium ſuum Primogenitum, Legitimum, Laicum: Illo verò non extante,[b] ad ejuſdem primogeniti primogenitum ſimiliter Laicum, liberè[c] & ſine contradictione cujuſpiam[d] devolvatur.

3. Si verò primogenitus hujuſmodi, abſque hæredibus maſculis[e] legitimis laicis ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox, & poteſtas electionis prædictæ, ad ſeniorem fratrem Laicum, per veram[f] paternalem[g] lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum Laicum devolvatur.

4.[h] Et talis ſucceſſio in primogenitis & hæredibus Principum eorundem, in[i] jure & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſervetur: Eâ tamen conditione & modo, ut ſi Principem Electorem, ſeu ejus primogenitum, aut filium ſeniorem Laicum, mori, & hæredes maſculos legitimos Laicos defectum ætatis patientes relinquere contigerit,[k] tunc frater ſenior ejuſdem primogeniti,

a) *al.* deſierint.
b) *al.* exiſtente.
c) *Mog. non habet* liberè
d) *al.* cujusquam, *al* cujusdam.
e) *deeſt* maſculis.
f) *deeſt* veram.
g) *al* paternam.
h) *Quidam hunc & praced. §. cum §. Sanè 2. conjungunt.*
i) *deeſt* in.
k) *al.* contingeret.

geniti, Tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit: quam in Principe Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus & ſtatuimus perpetuò haberi;[a] Quam dum attigerit,[b] jus, vocem, & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor[c] ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſſignare.

5.[d] Si verò aliquem ex hujuſmodi Principatibus ipſorum Imperio S.[e] vacare contingeret,[f] tunc Imperator ſeu Rex Romanorum,[g] qui pro tempore fuerit, de ipſo providere debebit & poterit, tanquam de re ad ſe & Imperium legitimè devoluta: Salvis ſemper Privilegiis, juribus & conſuetudinibus regni noſtri Bohemiæ ſuper electione Regis in caſu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, facienda[h] juxta continentiam eorundem Privilegiorum, & obſervatam conſuetudinem diuturnam, à Divis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus obtentorum, quibus ex hujuſmodi ſanctione Imperiali in nullo præjudicari[i] volumus, immò ipſa decernimus, nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

a) *al.* haberi.
b) *al.* exegerit. *etiam* O.
c) O. ipſius.
d) *al.* 3.
e) *al.* Principatibus Imperiorum ſacro.
f) O. contigerit.
g) *al.* Romanus.
h) *al.* faciendi.
i) *al.* præjudicare.

CAPVT

Digitized by Google

a) Mog. TIT.

CAPVT[a] VIII.

De Regis Bohemiæ, & Regnicolarum ejus Immunitate.[b]

b) O. ſiue privilegio.

CUm per Divos Romanorum Imperatores & Reges prædeceſſores noſtros, illuſtribus Bohemiæ Regibus progenitoribus[c] & prædeceſſoribus noſtris, nec non regno Bohemiæ, ejusdemque regni coronæ olim conceſſum fuerit gratioſius & indultum,[d] ſitque in regno eodem à tempore, cujus contrarii hodiè non exiſtit memoria, conſuetudine laudabili inconvulsè ſervata, diuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium ſine contradictionis aut interruptionis obſtaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgenſis,[e] ſeu ruſticus,[f] nulla denique perſona ejusdem regni & pertinentiarum ejusdem[g] ubicunque conſiſtentium, cujuscunque ſtatûs, dignitatis, præeminentiæ[h] vel conditionis exiſtat, ad cujuscunque actoris inſtantiam extra regnum ipſum, ad quodcunque tribunal ſeu alterius præterquam Regis Bohemiæ, & judicum regalis curiæ ſuæ judicium[i] citari[k] poterit,[l] ſive trahi nec vocari debeat,[m] perpetuis in anteà temporibus, ſive poſſit:

c) alij non habent progenitorib. O. genitoribus.

d) deſunt verba fuerit gratioſius & indultum.

e) O. burgenſis, civis nulla denique &c.

f) al cliẽs, burgenſis, nulla.

g) al ejus.

h) al. præminentiæ

i) O. deeſt.

k) al. citare.

l) poterint. alij poſſint

m) al. debeant.

poſſit:[a] Ideoque Privilegium, & indultum hujuſmodi, auctoritate Imperiali, & de Imperialis poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia innovantes, & etiam confirmantes, hac[b] præſenti noſtrâ conſtitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura ſtatuimus, ut ſi contra Privilegium, conſuetudinem & indultum præfatum, quiſpiam prædictorum, puta Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgenſis, ſeu ruſticus, aut alia quæcunque perſona præmiſſa ad cujuſcunque tribunal extra regnum prædictum Bohemiæ in quacunque cauſa criminali, civili, mixta, ſeu ſuper quocunque negotio citatus fuerit, quocunque tempore[c] vel citata comparere, vel in judicio reſpondere minimè teneatur.[d] Quod[e] ſi adverſus hujuſmodi non comparentes vel non comparentem, à quocunque Judice, cujuſcunque auctoritatis exiſtat, extra regnum ipſum Bohemiæ conſtituto, judicialiter procedi, proceſſus fieri, ſeu ſententias interlocutorias vel definitivas,[f] unam vel plures, in quibuſcunque prænominatis cauſis ſive negotiis, quovis modo fieri,[g] vel[h] promulgari contingeret,[i] auctoritate præmiſſa, de plenitudine inſuper antedictæ[k] Imperatoriæ poteſtatis, citationes, præcepta, proceſſus, & ſententias hujuſmodi, nec non executiones, & omnia, quæ

a) al. poſſint.
b) O. ac.
c) Verba fuerit. quocunq. tempore deſunt in quibusd.
d) al. teneantur.
e) al. Et quod.
f) al. diffinitivas.
g) O. ferri.
h) al. &.
i) al. continget. etiam O.
k) O. deeſt.

Digitized by Google

ex eis vel aliquo eorum quomodolibet ſequi attemptari poſſent vel fieri, irritamus penitus & caſſamus.

2.[a] Adjicientes expreſsè, & edicto Imperiali perpetuò valituro, eadem auctoritate & de præmiſſæ poteſtatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto regno Bohemiæ, à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter obſervatum exiſtit;[b] Ita nulli prorſus Principi, Baroni, Nobili, militi, clienti, civi, burgenſi ſeu ruſtico, nulli demum perſonæ ſeu incolæ regni Bohemiæ ſæpè dicti, cujuſcunque ſtatûs, præeminentiæ, dignitatis, vel conditionis exiſtant vel exiſtat,[c] à quibuſcunque proceſſibus, ſententiis interlocutoriis, vel diffinitivis, ſive præceptis Regis Bohemiæ, aut quorumlibet[d] ſuorum Judicum, nec non executionibus eorundem contra ſe in regali judicio ſeu coram Regis,[e] regni, ſeu prædictorum judicum tribunalibus, factis aut latis, habitis vel ferendis in antea ſeu fiendis liceat[f] ad quodcunque aliud judicium appellare: provocationes quoque ſeu appellationes hujuſmodi, ſi quas contra hoc interponi contigerit,[g] eo ipſo viribus non ſubſiſtant, & appellantes ipſi pœnam perditionis cauſarum ipſo facto ſe noverint incurriſſe.

a) Alij hûc §. cũ praeced. connectunt.

b) al. exiſtat.

c) al. conditionis exiſtat vel extiterit.

d) al. quorumcunque.

e) O. ſeu contra Reges.

f) al. omittunt liceat. etiam O.

g) al contingeret.

CAPVT

CAPUT[a] IX.

a) Mag. TIT.

De auri, argenti, & aliarum ſpecierum mineris.

PRæſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſtatuimus, ac de certa ſcientia declaramus, quod ſucceſſores noſtri Bohemiæ Reges, nec non univerſi & ſinguli Principes Electores, Eccleſiaſtici, & Seculares, qui perpetuò fuerint, univerſas auri & argenti fodinas atque mineras, ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuſcunque generis metalli, ac etiam ſalis, tàm inventas, quàm inveniendas in poſterum quibuſcunque temporibus, in regno prædicto, ac terris & pertinentiis eidem regno ſubjectis: nec non ſupradicti Principes in Principatibus, terris, dominiis ac pertinentiis ſuis tenere juſtè poſſint, & legitimè poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, prout poſſunt, ſeu conſueverunt talia poſſideri:[b] Nec non Judæos habere, Theolonea[c] in præterito ſtatuta & indicta percipere: Quodquè progenitores noſtri Reges Bohemiæ felicis memoriæ, ipſique Principes Electores, ac progenitores & prædeceſſores eorum legitimè potuerint uſque in[d] præſens; ſicut hoc, antiqua, laudabili & appro-

b) alij hic incipiunt §. 2.

c) al. telonia.

d) al. ad.

 bata

bata conſuetudine, diuturnique ac longiſſimi temporis curſu præſcripta noſcitur obſervatum.

a) *Mog.* TIT.

CAPVT.[a] X.

De Monetis.

§. I.

STatuimus præterea, ut Regi Bohemiæ, ſucceſſori noſtro, qui fuerit pro tempore, ſicut conſtat ab antiquo illuſtris memoriæ Bohemiæ Regibus noſtris prędeceſſoribus licuiſſe, & in poſſeſſione pacifica continua ipſos fuiſſe juris ſubſequentis, videlicet monetas auri & argenti in omni loco & parte regni ſui, & ſubditarum[b] ei terrarum & pertinentiarum omnium, ubi Rex ipſe decreverit, ſibique placuerit, cudi facere, & mandare, ſub omni modo & forma in[c] regno ipſo Bohemiæ, in his ad hæc uſque tempora obſervatis.[d] Quodque futuris perpetuò Bohemiæ Regibus hac noſtra Imperiali conſtitutione & gratia perpetuò valituris, à quibuſcunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, & perſonis aliis, quaſcunque terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia ſive bona liceat emere, comparare, ſeu in donum vel donationem ex quacunque cauſa, aut[e] in obligationem

b) *al.* ſubjectarum.

c) *al.* atque in. O. & in.

d) *Alius hic incipit* §. 2.

e) o deeſt.

nem

nem[a] recipere, ſub talium terrarum, caſtrorum, poſſeſſionum, prædiorum, ſeu bonorum conditione conſueta, ut videlicet propria recipiantur, vel comparentur ut propria, libera velut libera,[b] & ea, quæ dependent in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu comparata taliter teneantur: Ita tamen, quod ipſi Reges Bohemiæ de iis, quæ hoc modo comparaverint vel receperint, & Regno Bohemiæ duxerint applicanda, ad priſtina ac conſueta Jura de talibus ſacro explenda[c] & reddenda Imperio ſint adſtricti.

2.[d] Præſentem nihilominus conſtitutionem & gratiam, virtute præſentis legis noſtræ Imperialis ad Univerſos Principes Electores, tàm Eccleſiaſticos quàm Seculares, ſucceſſores & legitimos hæredes ipſorum plenè extendi volumus, ſub omnibus[e] modis & conditionibus, ut præfertur.

a) *al.* obligare.

b) *al.* propria libera, & ea *ac Verba* velut libera *omittunt.*

c) *al.* explanandа.

d) *Al hunc § præcedenti jungunt.*

e) *Mog. non habet* omnibus.

CAPUT[f] XI.

f) *Mog.* TIT.

De Immunitate Principum Electorum.

§. 1.

STatuimus etiam, ut nulli Comites, Barones, Nobiles, feudales, Vaſalli, Caſtrenſes, milites,

 clien-

clientes, cives, burgenſes, nullæ quoque perſonæ, Colonienſi,[a] Moguntinenſi,[b] & Treverenſi,[c] Eccleſiis ſubjecti vel ſubjectæ, cujuſcunque ſtatûs, conditionis vel dignitatis exiſtant, ad cujuſcunque actoris inſtantiam, extra territorium & terminos ac limites earundem Eccleſiarum & pertinentiarum ſuarum, ad quodcunque aliud tribunal, ſeu cujuſvis alterius, præterquam Archiepiſcoporum Moguntinenſis, Treverenſis, & Colonienſis, & judicum[d] ſuorum judicium,[e] citari poterint[f] temporibus retroactis, vel[g] trahi ſeu vocari debeant, perpetuis in antea temporibus ſive poſſint, ſicut præteritis[h] invenimus temporibus obſervatum.

2.[i] Quod ſi contra præſens edictum noſtrum prædictos Eccleſiarum Treverenſis, Moguntinenſis, ſeu Colonienſis ſubditos, vel eorum aliquem ſeu aliquos, ad cujuſcunque inſtantiam, ſeu ad cujuſcunque tribunal, pro quacunque cauſa criminali, civili, vel mixta, ſeu quocunque negotio, extra territorium, limites ſeu terminos dictarum Eccleſiarum, vel alicujus earum, citari contingeret, comparere, vel reſpondere minimè teneantur: & citatio & proceſſus & ſententiæ interlocutoriæ vel diffinitivæ contra non venientes à talibus judicibus[k] extraneis latæ vel factæ, fien-

dæ

a) *al.* Colonienſis.
b) *al.* Moguntinenſis.
c) *al.* Trevirenſis.
d) *al.* judicium.
e) *al.* judicum.
f) O. potuerint. *al.* poterunt.
g) O. deeſt.
h) *al.* in præteritis.
i) *Alij hunc* §. *præcedenti jungunt.*
k) O. Iudiciis.

dæ vel ferendæ, nec non præcepta & præmiſſorum executiones, & omnia, quæ ex eis, vel aliquo eorum, quomodo libet ſequi, attentari poſſent vel fieri, irrita decernimus eo ipſo.[a]

3.[b] Adjicientes expreſsè, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili,[c] feudali, vaſallo, caſtrenſi, militi, clienti, civi,[d] ruſtico, nulli demum perſonæ Eccleſiis hujuſmodi ſubjectæ, ſeu ejus incolæ, cujuſcunque ſtatûs, dignitatis vel conditionis exiſtant, à proceſſibus, ſententiis interlocutoriis vel definitivis, ſive præceptis Archiepiſcoporum & Eccleſiarum hujuſmodi, vel ſuorum officiatorum temporalium, aut executionibus eorundem contra ſe in Archiepiſcopali, ſeu officiatorum prædictorum judicio factis aut latis, habitis vel ferendis in antea, ſeu fiendis, ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiſcoporum prædictorum & ſuorum[e] judicio querulantibus non fuerit juſtitia denegata: appellationes contra hos factas, non recipi ſtatuimus, caſſaſque & irritas nunciamus.

4.[f] In defectum[g] verò juſtitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem duntaxat curiam & tribunal, ſeu Judicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore præſidentis audientiam; Et etiam eo caſu, non ad quemvis alium Judicem ſive Ordina-

a) O. ipſo facto.
b) al. 2.
c) O. deeſt.
d) O. Burgenſi.
e) O. judicum.
f) Alij priorem §. continuant.
g) al. deſectu.

a) deeſt etiam.

dinarium, ſive etiam[a] Delegatum, his quibus denegata fuerit juſtitia, liceat appellare. Quicquid verò contra præmiſſa factum fuerit, ſit irritum eo ipſo.

b) al. 5.

5.[b] Eandem conſtitutionem virtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad illuſtres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, Principes Electores ſeculares, ſive Laicos, hæredes, ſucceſſores & ſubditos eorum, plenè[c] extendi volumus, ſub omnibus modis & conditionibus, ut præfertur.

c) Mog. & al. pleniſſimè.

O. Hanc autem legem propter quædam dubia, quæ ſuborta ex ea fuerunt, de illis duntaxat feudalibus, Vaſallis, & ſubditis debere declaramus intelligi, qui feuda, bona & poſſeſſiones â Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus dependentes, quæ de temporali ipſorum jurisdictione conſiſtunt obtinere noſcuntur & actualiter & realiter reſident in eisdem. Si vero omnes Electorum principum vaſalli & homines ab aliis etiam Archiepiſcopis ſive Principibus ſimilia feuda poſſident & larem fovent in illis ex tunc ſi iidem Archiepiſcopi Epiſcopi vel Principes ab Imperio bannum habent & privilegium duella coram ſe agi permittere apud illos agatur de talibus, alioquin ad Imperialis curiæ judicis examen ſuper his decernimus recurrendum.

d) Mog. TIT.

CAPVT[d] XII.

De congregatione Principum Electorum.

o. hæc deſunt.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. CAROLVS QVARTVS, divinâ favente clementiâ, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

1. Inter

1. Inter illas multiplices Reipublicæ curas, quibus aſſiduè mens noſtra diſtrahitur, multa conſideratione neceſſarium fore proſpexit[a] noſtra ſublimitas, ut ſacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipſius Imperii orbiſque ſalute, frequentius ſolito congregentur: qui ſolidæ baſes Imperii & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum defectibus referre ſimul & conferre noverunt,[b] ſaniſque providentiæ ſuæ conſiliis non ignorant accommodatis[c] talium reformationibus ſalubriter operam[d] dare.

2. Hinc eſt, quod in ſolemni curia noſtra in Nüremberg[e] cum venerabilibus Eccleſiaſticis & Illuſtribus ſecularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus & proceribus per noſtram celſitudinem celebrata, habita cum eiſdem Principibus Electoribus deliberatione, & de ipſorum conſilio, pro bono & ſalute communi cum dictis Principibus Electoribus, tàm Eccleſiaſticis, quàm Secularibus, duximus ordinandum, quod iidem[f] Principes Electores de cætero per ſingulos annos ſemel, tranſactis à feſto Paſchæ[g] reſurrectionis Dominicæ quatuor ſeptimanis continuè numerandis,[h] in aliqua Civitatum S. Imperii

a) perſpexit *Mog.*

b) noverint *Mog.*

c) *al.* accommodis. *al.* ac commodis *per copulam etiam O.*

d) *al* opem

e) *al.* Norenberg.

f) *Mog.* ordinandũ, qui quidem.

g) *deeſt* Paſchæ.

h) connumerandis. *Mogunt.*

 perſo-

perſonaliter congregentur, & ad idem tempus proximè affuturum, ſeu anno præſenti, colloquium ſeu curia, & congregatio hujuſmodi, in civitate noſtra Imperiali Metenſi, per nos & eoſdem Principes celebretur: ac tunc &[a] deinceps die quolibet congregationis hujuſmodi locus per nos, quo ſequenti[b] anno conveniant, ipſorum conſilio ſtatuatur: Hac noſtra ordinatione ad noſtrum & ipſorum duntaxat beneplacitum duratura. Qua durante ipſos ſub noſtro Imperiali conductu recipimus ad dictam curiam accedendo, ſtando, & etiam recedendo.

a) *deest &.*

b) *al. frequenti.*

3. Præterea ne tractatus communis ſalutis & pacis per tractum & moram ſolatii ſeu exceſſivam frequentationem[c] convivii retardetur, vt aliquando fieri eſt conſuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps curia ſeu congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares verò, quæ agendorum expeditionem non impediant, cum moderamine ſint permiſſæ.

c) *al. frequentiam.*

CAPVT

CAPUT[a] XIII.

De revocatione Privilegiorum.[b]

PRætereà ſtatuimus, & hoc Imperiali perpetuo ſancimus edicto, quod univerſa Privilegia & literæ, quibuſcunque perſonis, cujuſcunque ſtatûs, præeminentiæ,[c] vel dignitatis exiſtant, ſeu civitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum univerſitatibus, ſuper quibuſcunque juribus, gratiis, immunitatibus,[d] conſuetudinibus, ſeu rebus aliis, etiam proprio motu, ſeu aliàs[e] à nobis vel recolendæ memoriæ Divis Romanis Imperatoribus, ſive[f] Regibus prædeceſſoribus noſtris, ſub quibuſcunque verborum tenoribus conceſſa, & conceſſæ, ſeu à nobis vel ſucceſſoribus noſtris, Romanis Imperatoribus & Regibus, in antea[g] futuris temporibus[h] concedenda ſeu concedendæ, non debeant aut poſſint libertatibus, juriſdictionibus, juribus &[i] honoribus, ſeu dominiis Principum Electorum ſacri Imperii Eccleſiaſticorum & ſecularium, aut alicuius ipſorum, in aliquo penitus derogare, etiamſi in talibus Privilegiis & literis quarumlibet perſonarum cujuſcunque præeminentiæ,[k] dignitatis, aut ſtatûs extiterint, ut præfertur, ſeu univerſitatum hujuſmodi, expreſ-

a) *Mog.* TIT.

b) O. Principum Civitatum & quorumcunque.

c) *al.* præminentiæ.

d) *al* emunitatibus.

e) *deeſt* aliàs.

f) O. &.

g) *deeſt* in antea.

h) *alij non habent* futuris temporibus. *etiam* O.

i) *deeſt* &.

k) *al.* præminentiæ.

expreſsè[a] cautum[b] ſit, vel fuerit in futurum, quod revocabilia ſeu revocabiles eſſe non debeant, niſi de ipſis, & toto in eis comprehenſo tenore, in tali revocatione fieret de verbo ad verbum ſeriatim mentio ſpecialis. Hujuſmodi namque Privilegia & literas, ſi & in quantum libertatibus, juriſdictionibus, juribus, honoribus[c] ſeu dominiis dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipſorum, derogare vel obviare[d] cenſentur in aliquo, quoad hoc[e] revocamus ex certa ſcientia & caſſamus, revocataque & revocatas intelligi, reputari[f] & haberi decernimus de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis.

a) *O.* expreſſum ſit

b) *al.* expreſſatum.

c) *Mog.* aut honoribus

d) *deeſt* vel obviare.

e) *al. pro* quoad hoc *ponunt* quod, *al.* quo.

f) *deeſt* reputari.

CAPUT[g] XIV.

g) *Mog.* TIT.

De his, quibus ut indignis auferuntur bona feudalia.

IN pleriſque partibus vaſalli & feudatarii dominorum, feuda ſeu beneficia, quæ à Dominis ipſis obtinent, intempeſtivè, verbaliter, & in fraude[h] renunciant ſeu reſignant eadem: & facta reſignatione[i] hujuſmodi, dominos ipſos malitiosè diffidant, ſuaſque inimicitias eis denunciant, damna eis[k] ſubſequenter gravia inferendo: & beneficia, ſeu feuda ſic relicta, prætextu guerræ, ſeu inimicitiæ,

h) *al.* fraudem.

i) *Mog.* renunciatione.

k) *al.* ipſis.

Digitized by Google

micitiæ, iterum invadunt, & occupant, & detinent occupata. Ea propter præſenti conſtitutione, in perpetuum valitura, ſancimus, quod talis reſignatio ſeu[a] renunciatio haberi debeat pro non facta, niſi liberè & realiter facta fuerit per eoſdem, ita quod[b] poſſeſſio beneficiorum & feudorum hujuſmodi dominis ipſis corporaliter & realiter aſſignetur in tantum, quod nullo unquam tempore diffidantes ipſi in bonis, feudis,[c] ſeu beneficiis reſignatis, dominos ipſos perturbent, per ſe aut alios, aut moleſtent, nec ad hoc conſilium præſtent, auxilium vel favorem. Contrarium faciens,[d] ſeu dominos ſuos in beneficiis & feudis reſignatis, vel non reſignatis[e] invadens[f] quomodolibet, vel[g] perturbans,[h] vel damna in[i] ipſis inferens,[k] ſeu conſilium, auxilium[l] præſtans[m] talia facientibus, vel favorem, feuda & beneficia hujuſmodi eo ipſo amittat,[n] infamis[o] exiſtat,[p] & banno Imperiali ſubjaceat,[q] & nullus ad feuda vel beneficia hujuſmodi[r] pateat ei[s] de cætero quocunque tempore aditus vel regreſſus, nec de novo concedi ſibi valeant ullo modo: & facta eis contra[t] hoc illorum conceſſio, ſeu inveſtitura ſecuta, viribus[u] non ſubſiſtat. Poſtremò omnes pœnas prædictas, illos vel illum, qui prædicta reſignatione non facta contra dominos

a) O. talis.
b) Mog. ut.
c) deeſt feudis.
d) al. facientes.
e) O. deſunt.
f) al. invadentes.
g) deeſt vel.
h) al. perturbantes.
i) deeſt in.
k) al. inferentes.
l) al. & auxilium.
m) al. præſtantes.
n) al. amittant.
o) al. infames.
p) al. exiſtant.
q) al. ſubjaceant.
r) deeſt hujuſmodi.
s) al. eis.
t) Mog. contra ac.
u) al. juribus.

ſuos fraudulenter agentes vel agens,[a] ſcientes eos invaſerint vel invaſerit, diffidatione quacunque prævia vel omiſſa,[b] vigore præſentis ſanctionis incurrere decernimus ipſo facto.

a) deeſt vel agens.
b) obmiſſa Mog.

CAPVT[c] XV.

c) Mog. TIT.

De Conſpirationibus.

§. I.

DEteſtandas prætereà, & ſacris legibus reprobatas conſpirationes & conventiculas,[d] ſeu colligationes[e] illicitas, in civitatibus & extra, vel inter civitatem & civitatem, inter perſonam & perſonam, ſeu inter perſonam & civitatem prætextu parentelæ, ſeu receptionis[f] in cives, vel alterius cujuſcunque coloris conjurationes:[g] Inſuper & confœderationes & pacta, nec non & conſuetudinem circa hujuſmodi introductam, quam cenſemus potiùs corruptelam, reprobamus, damnamus, & ex certa ſcientia irritamus: quas civitates ſeu perſonæ cujuſcunque dignitatis ſeu conditionis, aut ſtatus, ſive inter ſe, ſive cum aliis abſq; auctoritate dominorum, quorum ſubditi vel miniſteriales ſunt,[h] ſeu in quorũ diſtrictu conſiſtunt, eiſdem dominis nominatim non exceptis

d) Mog. conventicula.
e) O. obligationes.
f) al. receptiones.
g) al. communicationes. O. commutationes.
h) deeſt ſunt.

Digitized by Google

ceptis fecerint[a] hactenus, & facere præſumpſerint in futuro, ſicut[b] per ſacras divorum Auguſtorum prædeceſſorum noſtrorum leges prohibitas non ambigitur & caſſatas. [c] Illis confœderationibus & legis[d] duntaxat exceptis, quas Principes & Civitates ac alii ſuper generali pace provinciarum atque terrarum inter ſe firmaſſe[e] noſcuntur. Illas enim noſtræ declarationi ſpecialiter reſervantes, in ſuo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum.

2.[f] Perſonam ſingularem, quæ de cætero contra tenorem præſentis conſtitutionis &[g] noſtræ legis antiquæ ſuper hoc editæ, confœderationes, colligationes, conſpirationes & pacta hujuſmodi inire præſumpſerit, ultra pœnam legis ejuſdem, notam infamiæ & pœnam decem librarum auri: Civitatem verò vel univerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem, centum librarum auri, nec non amiſſionis & privationis libertatum & privilegiorum Imperialium, pœnas incurrere decernimus eo ipſo, medietate pœnæ hujuſmodi pecuniæ, fiſco Imperiali; reliqua verò domino diſtrictus, in cujus præjudicium factæ fuerint, applicanda.

a) al. fecerunt.
b) al. ſicut eas. O. ſicut & eos.
c) al. hic ponunt §. 2.
d) al. ligis. O. legibus.
e) Mog. formaſſe.
f) al. 3.
g) deeſt &.

CAPVT

Digitized by Google

a) Mag. TIT.

CAPVT[a] XVI.

De Pfalburgeris.

§. I.

CÆterum, quia nonnulli cives & ſubditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, ſicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum originariæ[b] ſubjectionis quærentes abjicere, immò auſu temerario contemnentes, in aliarum civitatum cives recipi ſe procurant, & frequentiùs in præterito procurarunt, & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude præſumpſerunt vel præſumunt deſerere, terris, civitatibus, oppidis & villis corporaliter reſidentes, civitatum, ad quas hoc modo ſe transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defenſari contendunt, qui in partibus Alamaniæ Pfalburgerii conſueverunt vulgariter appellari. Quoniam autem[c] patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine, omnium Principum Electorum, Eccleſiaſticorum & ſecularium, ſano accedente conſilio, ex certa ſcientia ſtatuimus, & præſenti lege perpetuò valitura ſancimus, quod prædicti cives & ſubditi, eis quibus

b) al. ordinariæ.

c) al. igitur.

quibus ſubſunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis, & provinciis ſacri Imperii, à præſenti die in poſterum, civitatum in quarum cives[a] tali fraude recipi ſe procurant vel hactenus procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur, niſi ad hujuſmodi civitates corporaliter & realiter tranſeuntes, ibique larem foventes, continuè &[b] verè ac non fictè reſidentiam facientes, debita onera & municipalia ſubeant munera[c] in eiſdem. [d] Si qui verò contra præſentis noſtræ legis tenorem recepti ſunt, vel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti, cujuſcunque conditionis, dignitatis aut ſtatûs exiſtant, in nullo caſu penitus ſive cauſa, civitatum, ad quas recipi ſe procurant, juribus vel libertatibus gaudeant quomodolibet vel fruantur: Non obſtantibus quibuſcunque juribus, privilegiis, vel conſuetudinibus obſervatis quantocunque tempore & obtentis: Quas & quæ in quantum præſenti noſtræ legi obveniant,[e] præſentibus ex certa ſcientia revocamus[f] de prædictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, omnique carere decernimus robore firmitatis.

2.[g] Circa præmiſſa omnia[h] Principum, dominorum & aliorum hominum, quos taliter deſeri contigit vel continget[i] in poſterum, juri-

G bus

a) *addunt* qui.

b) *deeſt* &.

c) *Mog. non habet* munera.

d) *alij hic ponunt* §. 2.

e) *al.* obviant.

f) *addunt* &.

g) *al. hunc* §. *priori connectũt.*

h) *al* omnium, *alij planè hoc Vocab. omittunt.*

i) *Mog. Verba* vel continget, *non habet.*

bus circa perſonas & bona ſubditorum quorumcunque, ipſos ſæpedicto modo deſerentium, ſemper ſalvis. Hos nihilominùs, qui ſæpè dictos cives & ſubditos alienos recipere contra præſentis noſtræ legis diſpoſitionem præſumpſerint, vel recipere in præterito præſumpſerunt, ſi eos omninò non dimiſerint, infra menſem poſt intimationem præſentium eis factam, centum marcas[a] auri puri pro tranſgreſſione hujuſmodi, totiens, quotiens deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quarum medietas Imperiali fiſco noſtro, reliqua verò dominis illorum, qui recepti fuerint, irremiſſibiliter applicetur.[b]

a) Mog. marchas.

b) Mog. applicentur.

CAPVT[c] XVII.

c) Mog. TIT.

De Diffidationibus.

§. I.

EOS, qui de cætero adverſus aliquos juſtam[d] diffidationis cauſam ſe habere fingentes, ipſos in locis ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempeſtivè diffidant, declaramus damna quæcunque[e] per incendia, ſpolia vel rapinas diffidatis ipſis, cum honore ſuo inferre non poſſe.

d) Mog. incertam, al. certam.

e) al. quemcunque.

2. Et

Digitized by Google

2.[a] Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus, diffidationes[b] hujuſmodi, quibuſcunque dominis aut perſonis, cum quibus aliqui[c] fuerunt in ſocietate, familiaritate vel honeſta quavis amicitia converſati, ſic factas vel fiendas in poſterum, non valere, nec licere prætextu diffidationis cujuſlibet quempiam invadi per incendia, ſpolia vel rapinas: Niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco, quo habitare conſuevit, publicè fuerit intimata, poſſitque de intimatione hujuſmodi per teſtes idoneos fieri plena fides. Quiſquis ſecus quempiam diffidare vel[d] invadere modo præmiſſo præſumpſerit, infamiam eo ipſo incurrat, ac ſi nulla diffidatio facta eſſet: Quem etiam tanquam proditorem per quoſcunque Judices pœnis legalibus ſtatuimus caſtigari.

3.[e] Prohibemus[f] & damnamus univerſas &[g] ſingulas guuerras &[h] lites injuſtas: cuncta quoque injuſta incendia, ſpolia & rapinas, indebita & inconſueta[i] theolonea[k] & conductus, & exactiones pro ipſis conductibus extorqueri conſuetas, ſub pœnis, quibus ſacræ leges præmiſſa,[l] &[m] eorum quodlibet ſanciunt punienda.

a) al. continuant §. 1.
b) al. diffidantes.
c) alioqui Goldaſt.
d) al. &.
e) al. 2.
f) O. etiam
g) al. ac.
h) deeſt, &. al liteſque
i) al. conſueta.
k) al. telonia.
l) al. præmiſſæ.
m) deeſt &.

Digitized by Google

CAPVT[a] XIIX.

(b)

Littera[c] intimationis.

VObis, Illuſtri & Magnifico Principi, Domino &c.[d] Marchioni Brandenburgenſi ſacri Imperii Archicamerario, Coëlectori & amico noſtro cariſſimo. Electionem Romanorum Regis, quæ ex rationabilibus[e] cauſis[f] imminet facienda,[g] præſentibus intimamus; Voſque ex officii noſtri debito ad electionem præfatam ritè vocamus: Quatenus[h] à die tali &c. infra tres menſes continuò computandos, per vos, ſeu nuncios aut procuratores veſtros, unum vel plures, ſufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam ſacrarum legum ſuper hoc editarum, venire[i] curetis, deliberaturi, tractaturi & concordaturi cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus veſtris & noſtris, de electione futuri Regis Romanorum in Imperatorem poſtmodum favente Domino promovendi, in eodem manſuro uſque ad plenam conſummationem[k] electionis hujuſmodi & alias[l] facturi & proceſſuri, prout in ſacris legibus ſuper hoc deliberatè editis invenitur expreſſum: aliàs non obſtante veſtra ſeu veſtrorum abſentia, in præmiſſis

unà

a) Mog. TIT.
b) O. de Electione Regis Romanorum Litera intimationis, qua nuncios ſuos ad Electionem duxerit deſtinandos.
c) Mog. Literæ.
d) al. N. O. Iodoco.
e) al. rationalibus.
f) al jam imminet.
g) al. faciendam.
h) al. quotiens.
i) O. mittere.
k) aliꝫ confirmationem.
l) al. alia.

unà cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus veſtris,[a] prout legum ipſarum ſanxerit[b] auctoritas, finaliter procedemus.

CAPUT[c] XIX.

(d)

Forma procuratorij mittendi per eum Principem Electorem, qui nuncios ſuos ad electionem faciendam duxerit deſtinandos.

NOs,[e] talis,[f] DEI gratia &c. Sacri Imperii &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis. Quod cùm[g] Electio Romanorum[h] Regis ex rationabilibus[i] cauſis imminet facienda, nos de honore & ſtatu ſacri Imperii ſolicitudine debita intendere cupientes, ne tàm gravibus diſpendiis periculosè ſubjaceat, de fide & circumſpectionis induſtria dilectorum nobis[k] &c.[l] fidelium noſtrorum obtinentes utique præſumptionis indubiæ fiduciam ſingularem, ipſos & quemlibet eorum[m] inſolidum ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum[n] inceptum fuerit, per alium finiri valeat & licitè terminari, omni jure, modo & forma, quibus melius & efficacius poſſumus ſeu valemus, noſtros veros & legitimos Procuratores, & nuncios ſpeciales facimus,

a) *Mog* noſtris. *etiam in O.*
b) *al.* ſancivit *etiam in O.*
c) *Mog.* TIT.
d) O. De unione Principum Electorum & Iurium eis connexorum.
e) O. Heinricus de Sündern.
f) *O. deeſt.*
g) *O. deeſt.*
h) O. Romani.
i) *al.* rationalibus. *&* *deeſt* cauſis.
k) *addunt* talis. O. Pauli & Rudolffi.
l) *O deeſt.*
m) O. ipſorum.
n) *Mog.* addit eorum.

 con-

conſtituimus, & ordinamus ad tractandum ubilibet unà cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus noſtris, tàm Eccleſiaſticis quàm Secularibus, & cum ipſis concordandum[a] & concludendum de perſona quacunque habili ac idonea in Regem Romanorum[b] eligenda, ac ipſis tractatibus ſuper electione talis perſonæ habendis, pro nobis loco & nomine noſtris intereſſendum, tractandum & deliberandum, nec non vice & nomine noſtris eandem perſonam nominandum, & in[c] ipſam conſentiendum, ac etiam in Regem Romanorum promovendum, ad ſacrum Imperium eligendum, ac in animam noſtram præſtandum quodcunque juramentum, quod[d] neceſſarium, debitum ſeu[e] conſuetum fuerit; circa præmiſſa & quodlibet præmiſſorum, alium vel alios procuratores in ſolidum ſubſtituendum & revocandum, & omnia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa, etiam uſque ad conſummationem tractatuum, nominationis, deliberationis, & electionis hujuſmodi de præſenti faciendæ neceſſaria aut utilia fuerint, ſeu etiam quomodolibet oportuna; etiam ſi præmiſſa, vel eorum quodlibet, mandatum exigant ſpeciale; etiamſi majora vel magis ſingularia fuerint ſupradictis, & quæ noſmet ipſi facere poſſe-

a) *Mog addit* convenienduma *ut & in O.*
b) *al.* Romanum.
c) *O. deeſt* in.
d) *deeſt* quòd. *etiam apud O.*
e) *Mog & O.* &

poſſemus, ſi hujuſmodi tractatuum, deliberationis, nominationis & electionis futuræ negotiis præſentes & perſonaliter adeſſemus: Gratum & ratum habentes & habere volentes, & nos perpetuò habituros firmiter promittentes, quicquid per antedictos procuratores ſeu nuncios noſtros, nec non ſubſtitutos aut ſubſtituendos, ab ipſis ſeu eorum altero, in præmiſſis ſeu præmiſſorum[a] quolibet, actum, geſtum, ſeu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

a) al ſeu eorum.

CAPUT[b] XX.

(c)

De unione Principatuum Electorum, & jurium eis connexorum.

b) Mog. TIT.

c) O. de Ordine Proceſſionis inter Archiepiſcopos.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. CAROLUS QUARTUS, divinâ favente clementiâ, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

in O. hæc omnia ſunt omiſſa.

Cum univerſi & ſinguli Principatus, quorum virtute ſeculares Principes Electores, jus & vocem in electione Romanorum Regis, in Cæſarem promovendi, obtinere noſcuntur, cum jure hujuſmodi,[d] nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis[e] & cuilibet eorum annexis & depen-

d) hujuſmodi deeſt in O.

e) eis deeſt in O.

dependentibus ab eiſdem, adeò conjuncti & inſeparabiliter ſint uniti,[a] quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque[b] jura ad quemlibet Principatuum eorundem ſpectantia cadere non poſſint in alium, præter illum, qui Principatum ipſum cum terra, vaſallagiis, feudis & dominio,[c] ac ejus pertinentiis univerſis dinoſcitur poſſidere, præſenti edicto Imperiali perpetuo valituro ſancimus, unumquemque Principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis ac officio, cæteriſque omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipſum ſpectantibus, ita perſeverare & eſſe debere[d] unitum perpetuis temporibus indiviſibiliter & conjunctum,[e] quod poſſeſſor Principatûs cujuſlibet, etiam juris, vocis, officii, &[f] dignitatis & pertinentiarum omnium ad illum ſpectantium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeque & nemo alius per cæteros Principes Electores ad Electionem & omnes actus alios pro ſacri Imperii honore vel opportunitate gerendos, omni tempore aſſumi ſine contradictione qualibet, & admitti; nec aliquid præmiſſorum ab altero, cùm ſint & eſſe debeant inſeparabilia, dividi vel ullo tempore debeat[g] ſeparari, aut in judicio vel extra diviſim repeti

a) *al.* initi.
b) *al.* aliqua jura.
c) *al.* dominiis.
d) *o.* *deeſt* debere.
e) *al.* conjunctivè. *o* conjunctim.
f) *o* *deeſt* &.
g) *al.* debeant.

Digitized by Google

peti valeat,[a] aut evinci,[b] vel etiam per ſententiam ſeparari; nec aliquis unum ſine alio impetens audiatur. Quod ſi per errorem vel aliàs auditus quis fuerit, aut proceſſus, judicium, ſententia, vel aliquid hujuſmodi[c] contra præſentem diſpoſitionem noſtram emanaverit, ſeu quomodolibet attentari contigerit, hoc totum, & omnia ex his & quolibet[d] eorum ſequentia, eo ipſo viribus[e] non ſubſiſtant.

a) al. valeant. in O. deeſt vocabulum hoc.
b) O. emitti.
c) al. hujuſcemodi.
d) al. quodlibet.
e) al. juribus.

CAPUT[f] XXI.

(g)

De ordine proceſsionis inter Archiepiſcopos.

f) Mog. TIT.
g) O. de Ordine proceſſionis Principum & per quos inſignia deportentur.

§. I.

QUoniam autem ſuperius in principio conſtitutionum noſtrarum præſentium circa ordinem ſeſſionis[h] Eccleſiaſticorum Principum Electorum in conſilio & in menſa, &[i] aliàs quotiens Imperialem Curiam celebrari, ſeu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Romanorum congregari contigerit, ſufficienter duximus providendum, ſuper qua[k] priſcis audivimus temporibus pluries[l] diſceptatum: Expe-

h) al. ordinem Eccleſiaſticorũ. al. ordinationem Eccleſiaſt.
i) Mog. vel.
k) al. quæ.
l) O. pluribus.

Digitized by Google

dire credimus etiam proceſſionis & deambulationis inter[a] eos ordinem diffinire.[b]

2.[c] Quapropter hoc perpetuo[d] Imperiali edicto decernimus, ut quotieſcunque in[e] congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum & Principum prædictorum, Imperatore, vel Rege ipſo[f] deambulante, inſignia ante faciem ſuam[g] portari contigerit, Archiepiſcopus Treverenſis in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem tranſeat, illique ſoli medii inter eos ambulent,[h] quos Imperialia vel Regalia continget inſignia deportare.

3.[i] Dum autem Imperator vel Rex abſque inſigniis eiſdem inceſſerit, extunc idem Archiepiſcopus Imperatorem vel Regem præfato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur: Aliis duobus Archiepiſcopis Electoribus loca ſua, juxta diſtinctionem provinciarum ſuarum, circa ſeſſionem ſuperiùs declaratam, etiam circa proceſſionem perpetuò ſervaturis.[k]

a) O. in.
b) al. definire.
c) al. hunc §. primo jungunt.
d) deest perpetuo.
e) O. deest in.
f) O. deest ipſo.
g) O. ante cum.
h) O. ambulant.
i) Alij hunc quoq; §. primo jungunt.
k) O. ſervatus.

CAPVT

CAPUT[a] XXII.

De ordine proceſſionis Principum Electorum,[b] & per quos inſignia deportentur.

AD declarandum autem in Imperatoris vel Regis Romanorum deambulantis præſentia, proceſſionis ordinem Principum Electorum, de quo ſuprà fecimus mentionem, Statuimus, ut quotieſcunque in celebratione Imperialis Curiæ Principes Electores cum Imperatore vel Rege Romanorum in quibuſcunque actibus vel ſolennitatibus proceſſionaliter ambulare contigerit, & Imperialia[c] debuerint inſignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem vel[d] Regalem enſem deferens Imperatorem ſeu Regem immediatè præcedat, & inter illum & Archiepiſcopum Treverenſem[e] medius habeatur: Comes verò Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro: & Marchio Brandenburgenſis ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ lineariter[f] gradiantur: Rex autem Bohemiæ Imperatorem ſeu Regem ipſum immediatè, nullo interveniente, ſequatur.

a) Mog. TIT.

b) O. ſecularium. cætera verba ſunt omiſſa.

c) O. vel regalia.

d) O. ſeu.

e) al. Trevirenſem.

f) al. & O. linealiter.

a) Mog. TIT.

CAPVT XXIII.

De benedictionibus Archiepiſcoporum in præſentia Imperatoris.[b]

b) O. deſunt in præſentia Imperatoris.

§. I.

QVotiens inſuper in Imperatoris, vel Regis Romanorum præſentia Miſſarum ſolemnia celebrari, ac Moguntinenſem, Treverenſem & Colonienſem Archiepiſcopos, vel duos ex eis adeſſe contigerit, in Confeſſione, quæ ante Miſſam dici conſuevit, ac in porrectione Evangelii oſculandi, & pace poſt Agnus DEI portanda, nec non &[c] in benedictionibus poſt finita Miſſarum ſolemnia, ac etiam ante menſam[d] faciendis, & in gratiis poſt cibum acceptum agendis, is inter eos Ordo ſervetur,[e] prout de ipſorum conſilio duximus ordinandum: quod prima die hæc omnia & ſingula à primo, ſecunda die à ſecundo, tertia verò à tertio peragantur.

c) O. deeſt &.
d) O. miſſam.
e) al. Id inter eos ſervetur.

2.[f] Primum autem vel ſecundum ſeu tertium hoc caſu, ſecundum quod prius vel poſterius quilibet eorum conſecratus exiſtit, debere intelligi declaramus; Et ut ſe invicem honore condigno &[g] decenti[h] præveniant, & exemplum

f) al. continuant.
g) O. ac.
h) deeſt & decenti.

plum aliis præbeant[a] invicem honorandi, is, quem circa præmiſſa ordo tetigerit, ad hæc alterum convenienti[b] & charitativa inclinatione invitet,[c] & tunc demum ad præmiſſa procedat, ſeu quodlibet[d] præmiſſorum.

a) deeſt præbeant.
b) al. conniventia. O. continentia.
c) O. imitet.
d) O. quolibet.

CAPUT[e] XXIV.

e) Mog. TIT.

Infra ſcriptæ leges promulgatæ ſunt in curia Metenſi, per Dominum Carolum IV.[f] Imperatorem, & Bohemiæ Regem[g] Auguſtum Anno Domini M. CCC. LVI. in die Natalis Chriſti,[h] aſſiſtentibus ſibi omnibus S. Romani Imperij Electoribus, præſentibus Dominis, venerabili in Chriſto Patre, Domino Theodorico[i] Epiſcopo Albanenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illuſtri, ac Delphino Viennenſi.[k]

f) O. Romanorum.
g) O. &.
h) O. omiſſa ſunt in die N. Chr.
i) O. Theodrico.
k) O. in die nativitatis Chriſti.

SI quis cum Principibus, militibus vel privatis, ſeu quibuſcunque perſonis, plebeis etiam, ſceleſtam[l] factionem, aut factionis ipſius inierit Sacramentum, vel dederit,[m] de Nece venerabilium & illuſtrium Principum,[n] noſtrorum & S. Romani Imperii tàm Eccleſiaſticorum quàm ſecularium Principum Electorum, ſeu alterius eorundem, (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. Eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris, qua effectum,[o] puniri jura voluerunt:) ipſe quidem, utpo-

l) O. ſceleſtem.
m) addunt conſilium O. ſacramentum vel dederit.
n) deeſt Principum.
o) O. affectum.

Digitized by Google

utpote[a] Majeſtatis[b] reus, Gladio feriatur, Bonis ejus omnibus fiſco noſtro addictis.

1.[c] Filii verò ejus, quibus vitam Imperiali ſpecialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis metuuntur[d] exempla:) à materna vel avita, omnium etiam proximorum hæreditate & ſucceſſione habeantur alieni,[e] ex[f] Teſtamentis[g] aliorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullum unquam honorem, ad[h] nulla prorſus[i] Sacramenta perveniant: ſint poſtremò tales, ut[k] his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſupplicium.

2.[l] Denique jubemus eos eſſe notabiles[m] ſine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint.

3.[n] Ad filias ſanè ipſorum,[o] quotlibet[p] numero fuerint, Falcidiam tantùm ex bonis matris, ſive teſtata, ſive inteſtata defecerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potiùs filiæ alimoniam, quàm integrum emolumentum aut nomen hæredis aſſequantur.[q] Mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexûs minus auſuras eſſe confidimus.

4.Eman-

a) *al.* ut puta.
b) *al* majeſtatis læſæ criminis.
c) *Alij continuant. Sequimur nos diſtinctionē textûs in Codic. Godofredianam.*
d) O. meciuntur.
e) O. illeſi.
f) *deeſt* ex. *etiam O.*
g) *O.* teſtamentum.
h) *O deeſt* ad.
i) *Mog* honorem, nullaq; Sacramenta.
k) O. in.
l) *alij continuant.*
m) *al.* notatos.
n) *al.* 2.
o) O. eorũ, quorum fuerint.
p) *al.* quolibet.
q) *Mog.* conſequantur.

4.[a] Emancipationes quoque, quæ à prædictis ſive in filios poſt legem duntaxat latam, ſive in filias fuerint collatæ,[b] non valeant.[c] Dotes[.], donationes quorumlibet, poſtremò item alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel jure factas eſſe conſtiterit, quo primò[d] memorati de ineunda factione[e] ac ſocietate cogitaverint, nullius ſtatuimus eſſe momenti.

5.[f] Uxores ſanè prædictorum, recuperata dote, ſi in ea conditione fuerint, ut[g] quæ à viris[h] titulo donationis acceperunt[i] ſeu accipiunt,[k] filiis debeant reſervare, tempore quo uſuſfructus abſumitur,[l] omnia ea fiſco noſtro ſe relicturas[m] eſſe cognoſcant, quæ juxta legem filiis debebantur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputetur.

6.[n] Idem[o] quod de prædictis eorumque filiis cavimus,[p] etiam de ſatellitibus, Conſciis ac miniſtris, filiiſque eorum, ſimili ſeveritate cenſemus.

7.[q] Sanè ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, ipſe[r] prodiderit factionem, & præmio à nobis & honore donabitur. Is verò, qui uſus fuerit factione, ſi vel ſero, tamen incognita adhuc conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione tantum[s] ac venia dignus habebitur.

8. Sta-

a) al. 3.
b) al. fuerit collata etiam O.
c) al. & O. valeat. & hic novum ſtatuunt §.
d) al. & O. primum.
e) al. ſanctione.
f) al. continuant, al. ponunt §. 6.
g) O. &.
h) O. juris.
i) al. acceperint.
k) deſunt verba ſeu accipiunt.
l) Mog. abſumuntur.
m) O. relicturos.
n) al. 7.
o) al. Id. etiam. O.
p) al filiis, quo minus etiam. etiam O.
q) communiter continuant.
r) al. ipſam
s) al. & O. tamen.

Digitized by Google

a) al. continuant. 8.[a] Statuimus inſuper, ut ſi quid contra
b) O. contra dictos. prædictos[b] Principes Electores Eccleſiaſticos vel
Seculares commiſſum dicatur, etiam poſt mor-
c) O. ad. tem rei id[c] crimen inſtaurari poſſe.

d) al. continuant. 9.[d] In hoc item crimine, quod ad læſam
e) O. poteſtatem. in Principibus Electoribus ſuis majeſtatem[e] per-
tinet, etiam in caput Domini ſervi torquen-
tur.

f) al. 8. al. 7. 10,[f] Volumus inſuper, & præſenti Impe-
riali ſancimus edicto, ut etiam poſt mortem no-
g) al. & O. &. centium hoc crimen inchoari poſſit, ut[g] convi-
cto mortuo, memoria ejus damnetur, & bo-
h) O. bona ejus. na[h] ſucceſſoribus ejus[i] eripiantur. Nam ex quo
i) al. ipſius. ſceleratiſſimum quis ceperit[k] conſilium, exinde
k) al. cœperit. quodammodo ſua mente punitus[l] eſt.
l) al. privatus.

m) al. continuant. 11.[m] Porrò, ex quo quis tale crimen con-
traxit, neque alienare, neque manumittere eum
poſſe, nec ei ſolvere jure debitorem decernimus.

n) al. 9. 12.[n] In hac cauſa in caput Domini ſervos
torqueri ſtatuimus, id eſt, propter cauſam fa-
ctionis damnandæ contra Principes Electores Ec-
cleſiaſticos & Seculares, ut præmittitur.

o) al. continuant. 13.[o] Et ſi deceſſerit quis, propter incer-
p) al. inſertam. etiã O. tam[p] perſonam ſucceſſoris[q] bona ſerventur,
q) O. ſucceſſores. ſi in cauſa[r] hujuſmodi fuiſſe mortuus argua-
r) al. caſu. tur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPUT[a] XXV.

(b)

De integritate Principatuum. Electorum ſervanda.

§. I.

SI cæteros Principatus[c] congruit in ſua integritate ſervari, ut corroboretur juſtitia, & ſubjecti[d] fideles pace gaudeant & quiete,[e] multò magis magnifici Principatus, dominia,[f] honores, & jura Electorum Principum[g] debent illæſa ſervari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus baſis totius ædificii collidatur.[h]

2.[i] Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro Imperiali[k] ſancimus edicto, quod exnunc in antea perpetuis futuris temporibus inſignes & magnifici Principatus, videlicet regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus[l] Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis, terræ, deſtrictus, homagia, vaſallagia & alia quævis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, dividi, ſeu quavis conditione dimembrari non debeant, ſed[m] in ſua perfecta integritate perpetua maneant. [n] Primogenitus filius ſuccedat in eis,

a) Mog. continuat. Sed Oſtermannus in Editione ſuâ hanc diſtinctionem recepit cum tali inſcriptione: I. Electoratus individuus II. Primogenit⁹ ſucceſſor. III. Ejus Φιλαδελφία Tit. XXV.

b) O. deeſt totus titulus.

c) al. Principes.

d) quidam addunt &.

e) Mog. quiete vivant.

f) O. domina.

g) O. Principium.

h) O. collidantur.

i) al. 1.

k) *deeſt* Imperiali. *O. ut a* valituro edicto ſancimus.

l) al. Palatini.

m) ſed ut potius in *Mog & O.*

n) al. hic ponunt §. 2.

 ſibi-

Digitized by Google

ſibique ſoli jus ac[a] dominium competat: niſi fortè[b] mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus exiſteret,[c] propter quem non deberet, ſeu poſſet hominibus principari. In quo caſu, inhibita[d] ſibi ſucceſſione, ſecundo-genitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſanguineum Laicum, qui paterno ſtipiti[e] in deſcendenti recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum: qui tamen[f] apud alios fratres & ſorores ſe clementem & pium exhibebit continuò, juxta datam ſibi à DEO gratiam, & juxta ſuum beneplacitum, & ipſius patrimonii facultates: diviſione, ſciſſione, ſeu dimembratione Principatus & pertinentiarum ejus ſibi modis omnibus interdicta.

a) O. &.
b) al. forſitan.
c) al. exiſtat. al. exiſtant.
d) O. inhabita.
e) O. ſtipite.
f) al. qui eum apud.

CAPUT[g] XXVI.

De Curia Imperiali & Seſſione.

§. I.

Die,[h] qua ſolennis Curia Imperialis vel Regia fuerit celebranda, veniant[i] circa horam primam Principes Electores Eccleſiaſtici & Seculares ad domum habitationis Imperialis ſive Regalis, & ibi[k] Imperator vel Rex ipſe[l] omnibus inſigniis

g) *Mog. etiã hoc caput continuat cum Tit. 24. Oſtermanni vero editio ita:* In Imperatoris ſeu Regis Romanorum Curia ſolenni Comitatus Electoralis qualitas, Tit. XXVI.
h) al. Die vero.
i) al. venient.
k) O. ibi deeſt.
l) *eſt* ipſe.

inſigniis Imperialibus induetur: & aſcenſis equis omnes vadant cum Imperatore, vel Rege ad locum ſeſſionis aptatæ, & illîc[a] quilibet eorum in ordine & modo ſupra in lege *de ordine proceſſionis ipſorum Principum Electorum* pleniùs diffinito.[b]

2. Portabit etiam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu[c] hæc[d] fuerint,[e] ſuper baculo argenteo omnia ſigilla & typaria[f] Imperialia ſive Regalia.

3. Seculares verò Principes Electores ſceptrum, pomum & enſem, ſecundum quod ſuperius exprimitur, deportabunt.

4. Portabuntur etiam immediatè ante Archiepiſcopum Treverenſem ſuo loco tranſeuntem, primo Aquiſgranenſis, ſecundo Mediolanenſis corona; & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui jam eſt[g] Imperialibus infulis decoratus: quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum[h] deputandi.

5. Imperatrix etiam vel Regina Romanorum ſuis auguſtalibus amicta inſigniis, poſt Regem vel Imperatorem,[i] & etiam poſt Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediatè ſubſequitur, competentis ſpacii intervallo ſuis aſſo-

a) *Mog.* ibique. *O.* *&* ibi.

b) *al.* definito.

c) O. Archicancellatu.

d) O. hoc.

e) *al.* ſunt. O. fuerit.

f) *Mog.* tiparia, *&* *ſic in ſeqq. ſemper.*

g) eſt *ſequitur poſt verbum* infulis.

h) *al.* juxta beneplacitum.

i) O. Romanorum.

ciata proceribus, ſuiſque comitata virginibus, ac locum ſeſſionis procedat.[a]

CAPUT[b] XXVII.

De officiis Principum Electorum in ſolennibus Curiis Imperatorum[c] vel Regum[d] Romanorum.

STatuimus, ut[e] quandocunque Imperator vel Rex Romanorum ſolennes Curias ſuas celebraverit,[f] in quibus Principes Electores ſua deſervire ſeu exercere debent officia, ſubſcriptus in his[g] ordo ſervetur.

1. Primò enim Imperatore vel Rege ipſo in ſede regia ſive[h] ſolio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ agat officium ſuum[i] hoc modo; Ponetur enim ante ædificium ſeſſionis Imperialis vel Regiæ acervus avenæ, tantæ altitudinis, quod pertingat uſque[k] ad pectus vel antelam[l] equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux; & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant in pondere[m] duodecim marcas[n] argenti: & ſedens ſuper equo, primo menſuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitùs venienti, miniſtrabit eandem. Quo facto figendo baculo[o] in avenam recedet, & Vi-

a) *Hi: finiunt decreta Comitiorũ Metenſium* Goldaſt.
b) *Mog. Inſcriptionem habet: Diſtinctionem Titul. aut Cap. nõ habet. Oſtermanni verò Editio ita:* Ordo exercendorum officiorum P. P. E. E. incumbentium in ſolennis Curiæ Imperatoriæ aut Regiæ celebratione, Tit. XXVII.
c) *O.* Imperatoris.
d) *O.* Regis.
e) *deeſt* ut.
f) *alij* celebraverint.
g) *al.* iis.
h) *O.* vel.
i) off. ſuum agat.
k) *O.* uſque *deeſt.*
l) *al.* ſellam.
m) *O. deſunt* in pondere.
n) *al.* marchas.
o) *O.* baculum.

Digitized by Google

& Vicemareſcallus[a] ejus, puta de Pappenheim, accedens, vel eo abſente, Mareſcallus[b] Curiæ ulteriùs avenam ipſam[c] diſtribuet.[d]

2. Ingreſſo verò Imperatore vel Rege ad menſam, Principes Electores Eccleſiaſtici, videlicet Archiepiſcopi, ſtantes ante[e] menſam cum cæteris Prælatis, benedicent eandem ſecundum ordinem, qui circa hæc eis[f] in ſuperioribus eſt præſcriptus. Et benedictione completa, iidem Archiepiſcopi omnes, ſi adſint,[g] alioquin duo vel unus, ſigilla & typaria[h] Imperialia ſive Regalia à[i] Cancellario Curiæ recipient: Eoque, in cujus Archicancellariatu[k] curiam ipſam celebrari continget,[l] in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere ſibi junctis,[m] ſigilla & typaria ipſa, omnes quidem baculum, in quo ſuſpenſa fuerint, manibus contingentes ea[n] portabunt, & ante Imperatorem vel Regem reverenter ponent[o] in menſa.[p] Imperator verò ſive Rex eadem ipſis ſtatim reſtituet: & in cujus Archicancellariatu[q] hoc fuerit, ut præfertur, is majus ſigillum collo appenſum uſque ad finem menſæ geſtabit,[r] & deinceps donec ad hoſpitium ſuum[s] perveniat ab Imperiali ſive Regali curia equitando. Baculus verò, de quo præmittitur, eſſe debebit argenteus, duodecim marcas[t] argenti

a) *al.* Vicemarſchalcus, *al.* Vicemareſchallus.
b) *al* Mareſchallus. *al.* Marſchalcus.
c) O. ipſam *deeſt.*
d) O diſtribuant.
e) *al.* ad.
f) O. eis *deeſt.*
g) *al.* & O. adſunt.
h. *Mog.* tiperia.
i) O &.
k) O. Archicancellatu.
l) O. contigerit.
m) *al* latere ſubjunctis. O ſibi injunctis.
n) *al.* eo.
o) O *deeſt* ponent.
p) *al.* menſam.
q) O. Archicancellatu.
r) O. menſæ portabit.
s) O *deeſt* ſuum.
t) *al.* marchas.

argenti habens in pondere ; cujus tàm argenti, quàm precii partem tertiam unuſquiſque Archiepiſcoporum ipſorum perſolvet,[a] & baculus ipſe protinus unà cum ſigillis & typariis debet Cancellario Imperialis Curiæ aſſignari, in uſus ſuos beneplacitos convertendus.[b] Poſtquam autem is, quem ordo[c] tetigerit, portando ſigillum majus ab[d] Imperiali Curia ad hoſpitium ſuum redierit, ut præfertur, ſtatim ſigillum ipſum per aliquem de ſuis familiaribus prædicto Imperialis Curiæ Cancellario remittet ſuper equo, quem juxta propriæ dignitatis decentiam & amorem, quem ad Cancellarium Curiæ geſſerit, ipſi[e] Cancellario tenebitur elargiri.

3. Deinde Marchio Brandenburgenſis Archicamerarius, accedat ſuper equo, habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum[f] argenti, & pulchrum manutergium : & deſcendens ab equo, dabit aquam Domino[g] Imperatori vel Regi Romanorum manibus abluendis.

4. Comes Palatinus Rheni intrabit[h] ſimiliter ſuper equo, habens in manibus quatuor ſcutellas[i] argenteas cibis impletas, quarum quælibet[k] tres marcas habeat[l] in ſtatera: & deſcendens ab equo portabit, & ponet[m] ante Imperatorem vel Regem in menſa. 5. Poſt

a) *a.* perſolvat.
b) *al.* convertendo.
c) *deeſt* ordo.
d) *O. deeſt* ab.
e) *al.* ipſe.
f) *al.* marcharum.
g) *deeſt* Domino.
h) *O. intrabit* deeſt.
i) *al.* ſcultellas.
k) *O.* habet.
l) *O. deeſt* habeat.
m) *al.* imponet.

Digitized by Google

5. Poſt hoc[a] Rex Bohemiæ Archipincerna veniat ſimiliter ſuper equo, portans in manibus cuppam ſeu[b] ſcyphum[c] argenteum, ponderis duodecim marcarum,[d] coopertum, vino & aqua permixtim[e] impletum: & deſcendens de equo, ſcyphum[f] ipſum Imperatori vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

6. Sicut autem[g] hactenus obſervatum fuiſſe comperimus, ita ſtatuimus, ut peractis per Principes Electores[h] ſeculares prædictis eorum[i] officiis, ille de Falckenſtein Subcamerarius equum & pelves Marchionis Brandenburgenſis pro ſe recipiat.[k]

Magiſter coquinæ de Nortenberg[l] equum & ſcutellas Comitis Palatini.

Vicepincerna de Limpurg[m] equum & ſcyphum[n] Regis Bohemiæ.

Vicemareſcallus[o] de Pappenheim equum, baculum, & menſuram prædictam Ducis Saxoniæ: Si tamen ipſi in tali Imperiali ſeu Regali Curia præſentes exiſtant, & eorum quilibet in officio ſuo miniſtret: Si verò ipſi vel eorum aliqui à præfata Curia ſe duxerint abſentandos, extunc Imperialis vel Regalis Curiæ quotidiani[p] miniſtri, vice abſentium, puta quilibet in loco ejus abſentis, cui in vocabulo ſeu officio communicat;

a) *al.* hoc. *al.* hæc.
b) *O.* coppum vel.
c) *al.* ciffū. *O.* ciphum.
d) *al.* marcharum.
e) *al.* & *O.* permixtū.
f) *al.* ciffū. *O* ciphum.
g) *al.* etiam.
h) *O.* deeſt Electores.
i) *al.* ipſorum.
k) *O.* accipiat.
l) Nordenberg *Mogunt.*
m) *al.* Lymburg.
n) *al.* & *O.* ciffum.
o) Vice Marſchalcus, *O.* Vicemarſcallus *alii* Vice-Mareſchallus de Pappenheym.
p) *al.* & *O.* cottidiani.

Digitized by Google

caт; ſicut gerit[a] officium, ſic tollat in præmiſſis & fructum.

CAPVT[b] XXIIX.

[c] *De menſis Imperialibus & Electoralibus.*

§. I.

IMperialis inſuper menſa vel Regia ſic debet aptari, ut ultra alias aulæ tabulas ſive menſas in altitudine ſex pedum ſit altius elevata: in qua [d] præter Imperatorem[e] duntaxat, vel Regem Romanorum,[f] die ſolennis Curiæ, nemo penitus collocetur.

2. Sedes verò & menſa Imperatricis[g] ſive Reginæ parabitur à latere in aula, ita quod ipſa menſa tribus pedibus Imperiali ſive Regali menſa ſit baſſior,[h] & totidem pedibus eminentior ſupra ſedes Principum Electorum: qui Principes ſuas[i] inter ſe in una eademque altitudine ſedes habebunt & menſas.

3. Infra ſeſſionem Imperialem[k] menſæ pro[l] ſeptem Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus præparentur, tres videlicet à dextris,

a) al. & *O.* geret. *b) Mog. continuat. Alij inſcriptionem nō habent. Oſterman. hoc modo:* I. Modus aptandarũ menſarũ 1. Imperatoris. 2. Regis Romanorum. 3. Auguſtæ. 4. Principũ Electorum in ſolenni Curiâ. II. Tempus præſtitutũ EE. Secularibus ſeſe locandi ad menſam. III. Locus celebrãdæ Electionis. Coronationis Regiæ Romanæ & primæ Regalis Curiæ. IV. Excluſio Legati, abſente Electore, à menſâ Electori deputatâ. V. Recipiens apparatum Imperialis ſeu Regiæ ſeſſionis peracta Curia. TIT XXIIX. *(c) deeſt hac tota inſcriptio. (d) O.* quam. *(e) al. addunt* Romanum, *al. ut* & *O.* Romanorum. *(f) deeſt* Romanorum. *etiam apud O. (g) al.* Imperatoris. *(h) addit* ſeu inferior. *(i) O.* ſua. *(k) O.* Imperialis. *(l) O.* que.

Digitized by Google

dextris, & tres aliæ à ſiniſtris, & ſeptima directè verſus faciem Imperatoris vel Regis, ſicut ſuperiùs in capitulo de ſeſſionibus & ordine Principum Electorum per nos eſt clarius definitum:[a] ita etiam, quod nullus alius, cujuſcunque dignitatis vel ſtatus exiſtat, ſedeat inter ipſos, vel ad menſas[b] eorum.

4. Non liceat autem alicui prædictorum ſecularium[c] Principum Electorum peracto officii ſui debito, ſe locare ad menſam ſibi paratam, donec alicui ſuorum Conprincipum[d] Electorum ejus officium reſtat agendum; Sed cum aliquis eorum vel aliqui miniſterium[e] ſuum expleverint, ad præparatas ſibi menſas tranſeant, & juxta illas ſtando expectent, donec cæteri miniſteria ſua expleverint ſupradicta, & tunc demum omnes & ſinguli pariter ad menſas ſibi[e] poſitas ſe locabunt.

5. Invenimus etiam[f] ex clariſſimis relatibus[g] & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii jam non habetur memoria,[h] per eos, qui nos præceſſerunt feliciter, eſſe jugiter[i] obſervatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in civitate Franckenford[k] celebraretur electio, & prima coronatio Aquiſgrani,[l] & in oppido Nüremberg[m] prima ſua regalis

K curia

a) *al.* & *O.* diffinitum.

b) *O.* menſam.

c) *Mog.* ſæcularium.

d) *O.* Principum.

e) *O.* ibi.

f) *O.* *deeſt* etiam.

g) *Mog.* relationibus.

h) *O.* contrarium nõ habeatur in memoria.

i) *Mog.* præceſſerunt, fœliciter eſſe & jugiter *O.* *etiam* eſſe & jugiter.

k) *al.* Fräckfordiæ, *al.* Francofurdiæ, *al.* Fräckoford, *al* Fräcoford. *O.* Franckfordienſi celebretur.

l) *al.* Aquiſgranenſi.

m) *al.* Nurnberg. *al* Nurembergenſi.

Digitized by Google

curia haberetur. Quapropter certis[a] ex cauſis etiam futuris præmiſſa ſervari debere temporibus declaramus, niſi præmiſſis omnibus, ſeu eorum alicui, impedimentum legitimum[b] obviaret.

6. Quandocunque inſuper aliquis Princeps Elector, Eccleſiaſticus vel etiam[c] ſecularis, juſto impedimento detentus, ad Imperialem Curiam vocatus venire non valens,[d] nuncium vel procuratorem cujuſcunque ſtatûs vel dignitatis[e] tranſmiſerit, miſſus ipſe, licet loco mittentis juxta datum ſibi ab eo mandatum admitti debeat, in menſa tamen vel ſede, quæ illi, qui ipſum tranſmittit,[f] deputata fuerit, non ſedebit.

7.[g] Prætereà conſummatis[h] his, quæ in Imperiali qualibet Curia ſive Regali fuerint pro tempore diſponenda, recipiet Magiſter Curiæ pro ſe totum ædificium ſeu ligneum apparatum Imperialis ſive Regiæ ſeſſionis, ubi ſederit Imperator vel Rex Romanorum[i] cum Principibus Electoribus ad celebrandas ſolemnes Curias vel feuda, ſicut præmittitur, Principibus conferenda.

a) O. certum.
b) O. legitimum.
c) O. *deeſt* etiam.
d) *al.* volẽs. *O.* vocatus valens. venire.
e) O. dignitatis vel ſtatus.
f) O. tranſmittit ipsũ.
g) *Hunc §. Moguntina Editio poſt cap. ſequẽs ponit: Rectè ut videtur.*
h) O. conſumatis.
i) *al.* Romanus.

CAPVT

CAPUT[a] XXIX.

[b] *De juribus Officialium, dum Principes feuda ſua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt.*

§. I.

DEcernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores Eccleſiaſtici &[c] Seculares, dum feuda[d] ſive Regalia ab Imperatore vel Rege recipiunt, ad dandum vel ſolvendum[e] aliquid nulli penitus ſint aſtricti. Nam pecunia, quæ tali prætextu perſolvitur,[f] officiatis debetur. Cum ergò ipſi Principes Electores[g] cunctis Imperialis Curiæ præſint officiis, ſuos etiam habentes in hujuſmodi officiis ſubſtitutos, datos ad hoc à Romanis[h] Principibus & dotatos, videretur[i] abſurdum, quod ſubſtituti Officiales à ſuis ſuperioribus quocunque quæſito colore exenia[k] poſtularent: niſi fortè ipſi Principes Electores ſpontè & liberaliter his aliquid largirentur.

2. Porrò cæteri Principes Imperii, Eccleſiaſtici vel Seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda ſua ab Imperatore Romanorum vel à Rege ſuſcipit,[l] dabit Officialibus Imperialis[m] ſive Regalis Curiæ ſexaginta tres[n] marcas[o] argenti cum uno fertone: niſi eorum aliquis privilegio ſeu

 in-

a) Meg. Inſcriptionẽ habet, diſtinctionem per caput aut titulũ non habet: Oſtermann⁹ verò ſic: Pecunia à PP. feuda ſua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipientibus exolvenda. 2. quomodo inter officiales dividenda. TIT. XXIX

b) Hac inſcriptio capitis deeſt in O. MSC.

c) O. vel.

d) al. addũt ſua *etiam in O.*

e) al. faciendum.

f) O. ſolvitur.

g) O. caret verbo Electores.

h) al. Romanorum.

i) O videtur.

k) al. exenna, *al.* encenia, *al.* xenia. *O.* exemia.

l) in O. ſic Romanorum ſuſcipit vel à Rege.

(m) al. Imperialibus. *O.* Imperialis curiæ ſive Regalis.

(n) al. ſexaginta, *al.* ſexaginta ſex.

(o) Meg. marchas.

indultu[a] Imperiali vel Regali tueri ſe poſſit,[b] & probare ſe ſolutum vel[c] exemptum à talibus, aut etiam aliis quibuſcunque, quæ ſolvi in ſuſceptione feudorum hujuſmodi[d] conſueviſſent.[e] Prædictarum inſuper ſexaginta trium marcarum[f] & fertonis diviſionem faciet Magiſter Curiæ Imperialis ſive Regalis hoc modo; Primò enim decem marcas pro ſemetipſo reſervans, dabit Cancellario Imperialis ſive Regalis Curiæ decem marcas; Magiſtris, Notariis, dictatoribus tres marcas; & ſigillatori pro cera & pergameno, unum fertonem; Ita videlicet, quod Cancellarius & Notarii, Principi recipienti feudum, non ad aliud, quàm ad dandum ſibi teſtimonialem[g] recepti feudi ſeu ſimplicis inveſtituræ literam ſint adſtricti.[h] [i]Item dabit Magiſter Curiæ Pincernæ de Limburg[k] de præfata pecunia decem marcas, Magiſtro coquinæ de Nortemberg decem marcas; Similiter[l] Vicemareſcallo[m] de Pappenheim[n] decem marcas, & Camerario de Falckenſtein decem marcas, tali tamen conditione, ſi ipſi &[o] eorum quilibet in hujuſmodi Curiis ſolennibus[p] præſentialiter adſint[q] in ſuis officiis miniſtrando. Si verò ipſi, vel aliqui eorum abſentes fuerint, extunc officiales. Imperialis ſive Regalis Curiæ, qui talibus præſunt officiis, eorum, quorum ſupplent abſentiam, ſinguli ſingulorum, ſicut

a) al. & in O. indulto.
b) al. & in O. poſſet.
c) in O. &.
d) deeſt hujuſmodi.
e) O. conſueviſſet.
f) Mog. marcharũ per h. & ſic in ſeqq.
g) al. teſtimonium. O. teſtamoniale.
h) O. aſtricti.
i) Al. hic incipiunt §. 3.
k) al. Lymburg, al. Lymburch O. Lympurg.
l) deeſt ſimiliter. etiam in O.
m) al. Vicemarſchalco, al. Vicemareſchallo, al. Vicemareſtallo. O. Vicemarſcallo.
n) al. Pappenheym.
o) al. ipſi vel.
p) O. ſollempnibus
q) al. adſũt. in O. aſsũt.

Digitized by Google

ſicut vicem[a] nomenque & laborem ſufferunt, ſic lucrum[b] & commoda[c] reportabunt.

3. Dum autem Princeps aliquis equo vel alteri beſtiæ, inſidens[d] feuda ſua ab Imperatore recipit vel Rege,[e] equus ille ſeu beſtia, cujuſcunque ſpeciei ſit, debetur ſuperiori Mareſcallo[f] i.e.[g] Duci Saxoniæ,[h] ſi præſens adfuerit:[i] alioquin illi de Pappenheim[k] ejus Vicemareſcallo: aut illo abſente, Imperialis ſive Regalis Curiæ Mareſcallo.

CAPUT[l] XXX.

De inſtitutione Principum Electorum in linguis.

§. 1.

CUm S. Romani celſitudo Imperii diverſarum nationum moribus, vita & idiomate[m] diſtinctarum leges habeat &[n] gubernacula moderari, dignum eſt, & cunctorum ſapientum judicio cenſetur expediens, quod Electores Principes, ipſius Imperii columnæ & latera, diverſorum idiomatum[o] & linguarum differentiis inſtruantur; ut plures intelligant & à plurimis[p] intelligantur, qui plurimorum neceſſitatibus relevandis[q] Cæſareæ ſublimitati aſſiſtunt,[r] in partem ſolicitudinis conſtituti.

 2. Qua-

a) *O.* vocē. b) *al.* lucra. c) *al.* commodum. d) *in O.* & feuda. e) *O* vel Rege recipit. f) *al.* Mareſtallo. *alij* Marſchalco. *al.* Mareſchallo. *in O.* Marſcallo. *& ſic in ſeqq.* g) *in O.* *ſit* : .i. h) *al* Saxonum. i) *al.* fuerit. *in O* aſſuerit. k) *al.* Pappenheym. l) *in O.* capitulum. *Mog contin. communiter Inſcriptionē omittunt. ut & O. Oſtermannus ita*: EE. ſecularium filii, hæredes & ſucceſſores inſtruendi in Germanicâ, Italicâ, Illyricâ ſeu Slavica linguis. m) *al & in O.* ydeomate.

n) *in O.* & *omitt.* (o) ydeomatum. (p) *al.* pluribus. (q) *al.* revelandis. (r) *al.* aſſiſtent.

2.[a] Quapropter ſtatuimus,[b] ut Illuſtrium Principum, puta Regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni,[c] Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandenburgenſis, Electorum filii vel hæredes[d] & ſucceſſores, cùm veriſimiliter Theutonicum[e] idioma[f] ſibi naturaliter inditum ſcire[g] præſumantur,[h] & ab infantia didiciſſe, incipiendo à ſeptimo[i] ætatis ſuæ anno, in Grammatica, Italica, ac Slavica[k] linguis inſtruantur; Ita quod infra quartum decimum ætatis annum exiſtant in talibus juxta datam ſibi à DEO gratiam eruditi:[l] cùm illud non ſolùm utile, imò ex cauſis præmiſſis ſummè neceſſarium habeatur; eò quod illæ linguæ, ut plurimum ad uſum & neceſſitatem[m] S.[n] Imperii frequentari ſint ſolitæ,[o] & in his plus ardua ipſius Imperii negotia ventilentur.

3.[p] Hunc autem proficiendi modum in præmiſſis ponimus[q] obſervandum, ut relinquatur[r] optioni Parentum, ut[s] filios, ſi quos habuerint, ſeu proximos, quos in Principatibus ſibi credunt veriſimiliter ſucceſſuros, ad[t] loca dirigant, in quibus de hujuſmodi poſſint linguagiis[u] edoceri, vel in propriis domibus pædagogos, inſtructores & pueros conſocios in his peritos eis adjungant, quorum converſatione pariter & doctrina in linguis ipſis valeant erudiri.

a) *al.* continuant.
b) O. conſtituimus.
c) *deeſt* Rheni.
d) O. hæredis
e) *al.* Teutonicum.
f) *al.* & O. ydeema.
g) *al.* ſciri.
h) *al.* & O. præſumatur.
i) *Mog.* 7.
k) *Mog.* Sclavica.
l) *in* O. adeo eruditi.
m) *Mog.* utilitatem.
n) *in* O. *omitt.* S.
o) O. ſollicite.
p) *al.* 2.
q) *al.* poſuimus.
r) *in* O. ac relinquantur.
s) *al.* & O. in.
t) *al.* conſque ad.
u) *al.* linguuagiis, *al.* linguis.

JOHAN-

Digitized by Google

JOHANNIS LIMNÆI OBSERVATIONES AD AVREAM BVLLAM CAROLI IV. IMPERATORIS.

OBSERVATIONES PRÆLIMINARES.

Obſervatio I.

1. *Carolus IV. Auream Bullam conſcripſit lingua Latina.*
2. *An hoc ei licuerit.*
3. *Licuiſſe.*
4. *Senſus Conſtitutionis Rudolphi I.*
5. & 6. *Cur ea fuerit facta.*
7. *Non tamen ſemper obſervata.*
8. *Carolum IV. debuiſſe potius uti lingua Germanica.*
9. *Carolus IV. multarum linguarum gnarus.*
10. *Rudolphus I. lingua Latina non ſatis peritus.*
11. *Sigiſmundi Imper. ſermo ad Cardinalem Placentinum.*
12. *Ferdinandi reſponſio, quam dedit legato.*
13. *In Imperatoris electione quid potiſſimum obſervatum.*
14. *Illiterati ad Pontificatum Romanum evecti.*
15. *Cardinales literarum expertes.*
16. *Lingua Latina uſus in Comitiis Imperij.*
17. *In literis ad exteros.*
18. *Ad Pontificem, qui etiam ipſe ea utitur.*
19. *In conventionibus, & pactis cum exteris.*
20. *In monetis majoribus.*
21. 22. *Lingua Germanica uſus in Comitiis Imperij, legibus, Privilegiis, &c.*
23. *In Camera Spirenſi.*
24. *Ordinatio Cameræ part. 1. tit. 62. & 64. admiratione digna.*
25. *De uſu linguæ Latinæ, & Germanicæ, remiſſive.*

CArolus IV. Imperator Auream ſu- 1.
am bullam, de qua agere conſtituimus, lingua Latina,
ſtylo tamen pro more illius temporis, non admodum
eleganti, edidit. Cur autem potius hac lingua, 2.
quam Germanica uti voluerit, vel etiam debuerit,
præſtat inquirere. Ante omnia hoc expediendum
venit, an Carolo licuerit legem hanc fundamentalem
linguâ latinâ conſcribere? Pro negativa facere vide-

Digitized by Google

tur Imperatoris Rudolphi I. Conſtitutio, de qua agit Lehemann. *lib. 5 Chron.*
3. *Spir. cap. 107. pag. 627.* Affirmativam fulciunt, non modo praxis antiqua, qua docemur, illis temporibus Imperatorum Conſtitutiones vel latinè, vel germanicè conſcriptas fuiſſe; ſed etiam uſus continuatus ad noſtra usque ſecula, confirmatusque Capitulatione Caroli V. *art.* 14. Ferdinandi I. *art.* 13. Rudolphi II. *art.* 13. Matthiæ *art.* 14. Ferdinandi II. *art.* 12. Ferdinandi III. *art.* 16. Ferdinandi IV. *art.* 42. Leopoldi, *art.* 43. ac R. A. zu Augſpurg de anno 1530. §. weiter *pag.* 208. quibus permittitur, in negotiis Imperii uti lingua vel
4. germanica vel latina. Rudolphi I. conſtitutionem quod attinet, dubium eſt, an ullibi extet; ſi latam fuiſſe credimus, ejus tenor Carolo IV. obſtaculo eſſe non potuit; cum non Imperatori, ſed aliis lata fuerit; ita nempè, daß man in Canzeleyen/ vor Obrigkeiten/ und Gerichten/ und in allen Verbrieffungen/ der Lateiniſchen Sprach Gebrauch abthue/ und hingegen alle Freyheits Briefe/ Befehl/ Inſtrument, Teſtament, Verträg/ Wehrſchafften/ und dergleichen/ alles in der gemeinen Teutſchen Sprache zur Feder ſetzen/ und beſchreiben
5. ſolle. Lehman. *d. l.* vel, ut Aventinus habet. *lib. 7. hiſtor. Boiar.* Rudolphus I. ſtatuit, ut poſthac, ob inſcitiam Nobilitatis, Principum & Pontificum edicta, privilegia &c. Teutonum lingua ederentur, quæ hactenus
6. Romano ſermone data ſunt. Cruſius *in annal. ſuevia lib. 3. part. 3. cap. 1.* Rudolphum juſſiſſe refert, ne ampliùs literas contractuum Notarii latinè ſcriberent, ſed Germanicè: multos enim ſimpliciores antea latina ſcriptione
7. deceptos fuiſſe. Verum nec hoc quoque jugiter obſervatum fuit, certè ampliùs non eſt obſervandum, ut nos docet ordinatio Maximiliani, zu Unterrichtung der offenen Notarien zu Cölln/ anno 1512. auffgericht/ §. item die Notarien, verbis, in lateiniſcher oder teutſcher Sprach ſchreiben/ *in Codice Receſſ. Imper. p. 97.* Nunc poſtquam de licentia conſtat, perpendendum ſecundo loco eſt, annon meliùs à Carolo factum, ſi linguæ latinæ germanicam præ-
8. tuliſſet? Hoc fieri debuiſſe, ſuadet materia legis, quæ Germanos ipſorumque Imperium, das Römiſche Reich Teutſcher Nation/ concernit; perſona legislatoris, quæ ejusdem Nationis, & linguam Germanicam pro vernacula habuit; locus denique, ubi lata, nempe Norimberga, quæ quaſi in umbilico Germaniæ ſita, & Metis, quæ tunc erat Germanici juris & idiomatis.
9. Hæc tamen omnia inſuper habuit Carolus noſter, in linguam latinam propenſior, quam cum Italica, Gallica, Alemannica & Bohemica callebat, (Cuſpin. *in vita Carol. IV. pag. m. 385.* Lehman. *Chron. Spir. lib. 7. cap. 34 p. 779*)
10. ac expeditè loquebatur, & alios ea utentes perbenignè audire ſolebat. Diſſimilis in eo Rudolpho I. Imperatori, de quo annotatum legimus à Mutio *lib. 21. Chron. German. apud Piſtorium tom. 2. ſcriptor. German. pag. 193.* quod in Comitiis Auguſtanis, ad Epiſcopum, legatum Regis Bohemiæ, latinè perorantem, dixerit: *Epiſcope, nolo de me dicatis ſermone latino, ut reſpondere ex ad-*

verſo

Digitized by Google

verſo non poſſim; ſi habetis cauſam adverſus clericos, utamini latino ſermone co-
ram illis, contrà me verò, vel alium quempiam noſtri ordinis, proponatis more ſoli-
to Germanicè Perſuaſum mihi habeo, Carolum noſtrum latinam linguam, 11.
ſi non admodum eleganter, ita tamen locutum, ut Priſciani regulas non of-
fenderit; quod Sigiſmundo Imperatori exprobraſſe Cardinalem Placenti-
num, in Conſtantienſi, & legatum quendam Ferdinando Cæſari, in collo-
quio privato, narratur: Quorum ille reſponderit, Placentinum ſibi non
placere, ſe eſſe Regem Romanorum, & ſupra Priſcianum atque ejus Gram-
maticam. Wimpheling. *in rer. Germ. epitome cap.* 48. apud Schardium
tom. 1. *hiſtor. German. pag.* 385. Leheman. *Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 49. *p.* 863. alter 12.
verò dixerit, oblitum eſſe cum pædagogo, non cum legato ſe loqui. Reuſ-
ner. *in hortulo hiſtorico-polit. cor.* 3. *flor.* 7. *pag. m.* 299. Inficias ire haud licet 13.
multos ex Imperatoribus noſtris linguæ latinæ non admodum gnaros, vel
ejus omninò ignaros fuiſſe, cum in eorum electione potiùs fortitudinis, alia-
rumque virtutum, quam linguârum ratio habita fuerit; quod faciliorem ad- 14.
mittit veniam, quàm ubi ad Cathedram Romanam evecti fuerunt illiterati,
& Grammaticam penitùs ignorantes, ut pleroſque Paparum fuiſſe, tradit
Alphonſus à Caſtro, Ordinis Minorum, natione Hiſpanus, & ex eodem
Conring. *in defenſione Eccleſiæ proteſtantium &c. pag.* 20. Unde admirari 15.
haud licet, inter Cardinales quoque extitiſſe literarum expertes. Gramond.
hiſtor. Gall. lib. 2. *pag. m.* 86. adeoque rudes, ut vix nomen proprium legere
vel ſcribere noverint. Hoornbeck. *in exam. bullæ papalis Innocentij* 10. *Pon-*
tif. pag. 12. Sacerdotes quoque nec fuiſſe, nec eſſe omnes linguæ latinæ ad-
modum peritos, conſtat ex cap. 86. *de conſecrat. diſt.* 4. ubi ſtatuitur, ſi ſacer-
dos aliquem ita baptizaverit, baptizo te in nomine patria, filia, & Spiritus
ſancta, baptizationem valere. Indignum ſcilicet eſt, ut verba cœleſtis ora-
culi adſtringantur regulis Donati. *cap.* 13. *diſt.* 38. Sprenger. *in juriſprud. pu-*
blica pag. 275. Cœterum, ut hodierni mores ſunt, in Imperio noſtro, quan- 16.
do de publicis negotiis agitur, tanta quidem linguæ latinæ majeſtas non eſt,
quanta olim, attamen in nonnullis adhuc uſu ſuſtinetur. In Comitiis Im-
perii legatus Burgundiæ, ac quandoque etiam legatus Sabaudiæ Ducis, (qui
Imperii Status) votum latinè enunciat. Literæ, quæ nomine Imperatoris 17.
ac Statuum, ad exteros Reges, Principes, Reſpublicas dantur, latino con-
ſcribuntur ſermone. Idem obtinet in literis ad Pontificem Romanum, qui 18.
etiam ipſe reſpondet, & ſcribit omnibus, etiam Barbaris, latinè. Fridericus
de Marſelaer *in ſuo legato lib.* 1. *diſſert.* 30. *tit. Roma. pag. m.* 171. Quando no- 19.
bis cum exteris Principibus res eſt, conventiones & pacta latina lingua con-
ſignantur, ut exemplis notum; inter quæ connumerari debent Inſtrumenta
Pacis anno 1648. Oſnabrugis Weſtphalorum cum Suecis, & Monaſterii
Weſtphalorum cum Rege Galliæ, confecta. Inſcriptiones majorum mo- 20.

Digitized by Google

21. netarum, quæ in Germania cuduntur, latinæ ſunt. Linguæ Germanicæ autem uſus major, & frequentior apparet in rebus publicam utilitatem ſpe-
22. ctantibus. In comitiis vota vernacula noſtra feruntur, (exceptis jam prænominatis) receſſus eorum conventuum Germanicè conſcribuntur, & publicantur; leges eadem ſanciuntur, & promulgantur lingua; illa quoque
23. expediuntur Privilegia; in judicio Camerali, quod Spiræ eſt, procedendum in lingua Germanica, quam ſi partes ignorent, per Interpretes agere debent. Ita olim denegati ibi ſunt proceſſus latini contra Epiſcopum Veredunenſem, & decretum, ut Germanica lingua procederetur. Dux quoque Würtenbergicus à Ferdinando, Romano Rege, in Comitiis anno 1548. feloniæ accuſatus, obtinuit, ut in proceſſu Germanica lingua obſervaretur. Cum Sabaudiæ Dux, quando illi lis erat cum Johanne in Thurn/ proceſſus in Germanica lingua caſſari & latinè verti petiiſſet, Camera reſtitit, ſubjecta clauſula, und ſollen hinfüro beyde Partheyen in teutſcher Sprache verfahren; Magenhorſt. *ad part.1. Ordin. Camer. tit.5. pag.7.* Bruning. *de var. univerſ. ſpeciebus.*
24. *theſ.7.* Poſtquam verò vernacula noſtra in Camera primatum tenet, & ſola imperat, ad claſſem admirabilium pertinet, quod in ejuſdem ordinatione *d. part. 1. tit. 61.* Juramentum advocatorum, in illo judicio præſtandum, lingua latina conceptum exhibeatur, cum cæterorum omnium Germanica expreſſa legantur; quamque ob cauſam poſtea *titul. 64.* iterum legatur der
25. Advocaten Eyd in lingua Germanica? De linguæ latinæ & germanicæ uſu videri etiam poſſunt annotam. mea, ad Capitul. Caroli V. *artic.14. verb.* die teutſche *pag.211. & ſeqq. & verb.* oder lateiniſche *p.215. & ſeqq.*

Obſervatio II.

1. A.B. Originale Francofurdenſe & Palatinum.
2. Bibliotheca Palatina.
3. Pilei deſcriptio originalis, quod ipſe vidit.
4. A.B. vocatur liber.
5. Scriptus in pergameno; & cur?
6. Pergamenum præfertur chartæ.
7. Quid in ratihabitione Hiſpan. Regis induciarum belli Belgici à nonnullis culpatum.
8. Legatorum Electoralium mandata, ubi mittuntur ad electionem Imperat. debent eſſe ſcripta in pergameno.
9. Acta judicialia requirunt chartam non pergamenum.
10. Quo in precio & honore charta ſit apud Turcas?
11. Pilei deſcriptio explicatur.
12. Taxatur Ludovicus Aurelianenſis.
13. Roma caput orbis.
14. Caput gentium.
15. Caput mundi.
16. Aurea Roma.

1. INſtrumenta Aureæ Bullæ ſunt, vel originalia, vel tranſumpta, & ex his in linguam Germanicam, aut aliam verſa. Autographum unum ſanctè aſſervatur Francofurti ad Mœnum, loco electioni Cæſarum dicato. Conring.
2. *de orig. jur. German. cap.27. pag.121.* Originale Palatinum, Heidelbergæ aſſervatum,

ſervatum, fortaſſis cum aliis literariis documentis, & Bibliotheca præcellentiſſima, (cujus ſpolium perquam magnifaciunt, author gloriæ bellicæ Maximiliani, Bavariæ Ducis &c. *lib.*8. *cap.*10 *pag.* 109. ac Adrianus de Fleron. in *promulſ.* Elogij *Tilliani. p.*34.) tempore quo nupero in bello Germanico Heidelberga occupata fuit, aliò perlatum. Quod Pileus Cardinalis, ab Urbano 3.
VI. Pontifice in Germaniam miſſus, anno 1379. vidit, fuiſſe ait, librum ſcriptum in pergameno, in viginti quatuor foliis, cum coopertura groſſa, in quo erant ſcripta diverſa negotia, ſacrum Imperium, & Electores ejusdem tangentia; qui quidem liber transfixus erat, cum filis ſericis, glauci & rubei coloris involutis, cum bulla, ſeu ſigillo aureo rotundo Imperiali appendente, in cujus uno latere apparebat figura Imperialis, in majeſtate ſedens, cum corona Imperiali in capite, habens in manu dextra ſceptrum, & in ſiniſtra manu pomum, cum cruce deſuper, modo Imperiali; & à latere dextro clypeum, cum aquila, & ſiniſtro, clypeo cum forma leonis. In circumferentia legebantur hæc verba; Carolus quartus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex. Ab alio latere, caſtrum magnum, cum duabus turribus, habens portam inferius in medio, cum literis, Aurea Roma. In circumferentia verò legebantur hæc verba; Roma caput mundi, regit orbis frena rotundi. vide Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib.* 2. *cap.* 5. *pag.* 171. Librum appellat Pileus, (quod itidem factum ab ipſo hujus 4.
bullæ conditore Carolo IV. *cap.* 1. §.18. *circa fin.*) qui licet non adeò magnus ſit, longè tamen major eſt, quam liber de pace Conſtantiæ, qui quaſi duobus foliis abſolvitur; ut inter feudales conſtitutiones editionis Gothofredi videre licet. Addit porrò, ſcriptum eſſe in pergameno; quæ materia cum durabilior ſit, & præſtantior papyro, vel charta, huic præfertur in inſtru- 5.
mentis majoris momenti, & quorum ſcripturam perennem, ac quaſi ſanctam volumus, ut ipſa bulla noſtra *cap.* 29. §. 2. probatur, nec non authoritate Ma- 6.
ximiliani I. Imperatoris, qui in ordinatione ſua de Notariis anno 1512. Coloniæ promulgata, (*item* Die *Notarien* ſollen *in Codic. Receſſ. Imper. pag.* 97.) diſertis verbis jubet, ut Notarii inſtrumenta ſua conſcribant in pergameno, vel membrana, non verò in charta, *vide* Gail. 1. *obſervat.* 119. *num.* 5. Quod, quanquam ad alia neceſſarium non ſit, Ruland. *de commiſſar. part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 25. Höpping. *de inſignium jure cap.* 14. §. 2. *n.* 77. *p.* 794. tamen in orbe Europæo ferè toto (de Polonia vide Piaſecii *Chron. p.* 456.) membrana chartæ præfertur. Hinc in ratihabitione Regis Hiſpaniæ induciarum belli 7.
Belgici, à callidis rerum culpabatur prætermiſſio, defectusque ſolennitatum, nequaquam negligendarum in tam gravi negotio: quod in papyro, non in membrana conſcriptum inſtrumentum eſſet, quaſi ſumptus, aut operæ pœniteret; quodque Rex nomen ſuum ſubſcribere non eſſet dignatus, uti aſſolet, cum ad principes ſcribit, juri ſuo non ſubjectos, ſed ſuperbum illum

Digitized by Google

titulum ſubſtituiſſet Io el Re. Nec abivit in obſervatum, quod per faſtum &
contemptum minuſculo, non majori ſigillo tantæ rei monumentum obſigna-
8. tum eſſet. Baudius *de induc. belli Belgici lib.* 1. *pag.* 26. Cum anno 1657. ad
conventum electionis, Electoris Saxoniæ legati, mandati ſibi dati literas, in
papyro ſcriptas, exhibuiſſent, admoniti fuerunt, morem aliud requirere, &
9. mandata ejuſmodi membranis inſcripta exhibenda eſſe. Cœterum, cum
membrana pretioſior ſit charta, in ordinatione Cameræ Imperialis *part.* 2. *tit.*
31. §. Weiter/ als bißhero/ conſtitutum legitur, Nachdem etliche Unterrichter
im Brauch gehabt/ ihre Acta auff Pergament zu ſchreiben/ daher ſich offtmals
begeben/ daß die Partheyen zwey/ drey oder vier hundert Gulden/ und darüber/
um die Acta zu geben/ getrungen worden/ ſo doch die Hauptſach etwan nicht ſo
viel angetroffen: So wird geordnet und geſetzet/ das nun hinfüro in allen Ge-
richten die Acta nicht auff pergament, ſondern auff Papier geſchrieben/ oder ſo
ſie auff pergament geſchrieben/ daß ſie höher nicht/ dann als ob ſie auff Papier
geſchrieben/ taxirt, und die Partheyen mit überflüſſigen Koſten derhalben nicht
10. beſchweret werden ſollen. Ut maximè verò chartæ exile ſit pretium, Turcæ
tamen eam, ſuperſtitioſa opinione ducti, maximè venerantur, quod in ea no-
men DEI ſcribatur; itaque chartulam nullam humi jacere patiuntur; & ſi
in aliquam incidunt, ſubitò attollunt, rimæque alicui, aut foramini induunt,
ne pedibus proteratur; Supremi judicii tempore, cum Mahumetes ſuos ſe-
ctatores ex iis locis, ubi pro admiſſis criminibus pœnas dant, in cœlum vo-
cabit, ut ſempiternæ beatitudinis participes faciat, alia ad eum via non pate-
bit, quàm per ingentem ferream cratem, igne fervefactam, & candentem,
per quam nudis pedibus incedendum erit: (quo dolore tu cogita, & tibi ob
oculos pone gallum gallinaceum per prunas gradatim ſubſilientem) Ecce ve-
rò hic, mirabile dictu, charta illa omnis, quam ita ab iis à contumelia pedum
aſſervatam diximus, improviſa aderit, ſeque eorum pedibus ſubſternet, ma-
gno futura auxilio, quo minùs noxam candentis ferri ſentiant. Augerius
11. Busbequius *in itinere Conſtantinopol. p.* 44. Porrò, quod Pileus de forma ac
materia Sigilli annotat, nec non de corona Imperiali, de ſceptro & pomo
cum cruce, infra, in obſervationibus ad textum, ſuis in locis, explicabitur.
Illud autem hîc monere volo, eundem authorem etiam aquilæ mentionem
facere, ſed non exprimere qualis fuerit. Videre autem licet ex illis quæ tra-
didi *tomo* 1. *jur. publ. lib.* 1. *c.* 14. *ac tom.* 4. *in addit. ad dictum caput, item d. tom.* 4.
12. *l.* 6. *c.* 6. *p.* 94. in hoc non convenire ſcriptores. Figura Imperialis in majeſta-
te ſedens, nos docet, quid judicandum ſit de traditione Ludov. d' Orleans,
lib. des ouvertures des Parlement chap. 4. *p.* 49. Inquit ille, *les veſtimens des
Roys de France ſont du tout eſloignez de ceux que portent les Roys leur voiſins;
car jamais ils n'ont pris plaiſir qu'on les voit armez en leurs ſeaux, comme ſont
les princes eſtrangers, ſuperbement montez, l'eſpée au poing, ſur leurs grands
chevaux,*

Digitized by Google

chenaux, & faiſant parade de leur uaillance: cela ſe laiſſe aux Roys eſtrangers. Au contraire, en leur grand ſeau, & en toutes uieilles medailles qui s'en trouuent, on ne les uoit habillez que de long, & en habit pacifique, ſemé de fleurs de lys, & le lyon ſoubs leurs pieds, portans d'une main leurs ſceptre, & de l'autre la main de juſtice, pour monſtrer, que la force & brutalité & ferocité des armes giſt uaincue, & abatue ſoubs leurs pieds, & qu'en une main ils ont la puiſſance, & en l'autre la juſtice, dont ils gouuernent leurs ſubjects. Veſtimenta Regum Franciæ haud conveniunt cum illis, quibus utuntur Reges vicini: nunquam enim illis placuit ſe exhibere armatos in ſigillis ſuis, ut faciunt exteri Principes, qui apparent ſuperbis inſidentes equis, armati, & gladium manu gerentes, in ſignum fortitudinis ſuæ. Hoc apud exteros Reges in uſu eſt; Franciæ verò Reges in majori ſigillo ſuo, ac in omnibus antiquis nummis teſſerariis, quos invenire datur, conſpiciuntur trabeati, ac habitu pacifico, confusè liliato, & ſub pedibus jacente leone, una manu ferentes ſceptrum, altera manum juſtitiæ, innuere volentes, violentiam, brutalitatem & ferociam armorum devictam, & proſtratam jacere ſub pedibus, ſeque una manu tenere poteſtatem, altera juſtitiam, quibus regant ſubditos. Duos præterea obſervavit Pyleus clypeos, ille, qui à dextero latere poſitus aquilam exhibens, honoratiorem locum meritò obtinet, quia Imperialis eſt; alter à ſiniſtro, Leonem, inſigne Regni Bohemiæ oſtendit, de quo vide me. *d. tom.*1. *lib.*3. *cap.*8. *inf.* & Höpping. *de inſignium & armorum priſco, & novo jure cap.*6. *part.*3. § 2. *n.*554. *& ſeqq.* Denique verba ad encomium Romæ pertinentia, 13.
quæ in circumferentia ſigilli legi memorat, conveniunt cum *l.*3. *C. de Conſul. lib.*12. ubi Roma caput orbis terrarum dicitur; quam Aurelius Victor *de viris illuſtribus urbis Romæ* (*pag.* 717. *inter hiſt. Auguſtæ ſcriptores latinos minores edit. Gruteri*) ac Paulus Diaconus (*lib.*1. *hiſt miſcell. pag.*77. *apud Gruter. d. edit.*)
caput gentium nominant, & Lipſius caput mundi. *lib.*1. *de magnit. Rom. cap.*2. 14.
In bulla Ottonis Imperatoris, quæ appenſa conſtitutioni ejus, quam exhibet 15.
Goldaſt. *tom.*1 *conſtit. Imper. p.*40. etiam in inſcriptione unius lateris legitur 16.
Aurea Roma, quo elogio quoque uſus, Philippus Imper. in Aurea ſua bulla, cujus ex Gelenio meminit Mallinkrot *Archi-Canc. Imper. p.*235.

Obſervatio III.

1. *Exemplaria A. B. quæ typis edita, ſunt mendoſa.*
2. *Editio Moguntina non convenit cum Originali Palatino.*
3. *Palatino qui utantur.*
4. *Exemplaria alia.*
5. *Editio Moguntina an ab omnibus mendis repurgata.*
6. *Diſcrepantia inter Moguntinam, & illam.*
7. 8. *Quæ à Goldaſto edita.*
9. *Goldaſti editio continet contraria.*
10. *Videtur defectuoſa.*
11. *De Originali in Cancellaria Moguntina.*

Exemplaria

1. EXemplaria Aureæ bullæ, quæ typis excuſa, varia ſunt, mendoſa tamen
2. pleraque, (ut mihi videtur) ſi non omnia. Quod Goldaſtus *tom.1. Con-*
*ſtit. Imper. p.*105. exhibuit, ex autographo Palatino, ubi confertur cum edi-
3. tione Moguntina, varias lectiones nobis ante oculos ſtatuit. Idem exem-
plar Palatinum à Goldaſto hucusque mutuo ſumpſerunt alii, ſuisque Com-
mentariis, vel ipſi, adjunxerunt, vel, ab aliis iisdem, præmiſſum, aut in fine
appoſitum fuit. Reperitur illud poſt diſcurſus Academicos Dominici Aru-
mæi, ad auream hanc bullam, locatum; præmiſſum verò Martini Rumelini
4. diſſertationibus, ad eandem bullam, Stutgardiæ anno 1655. excuſis. Edi-
tionem aliam Onuphrii Panuinii liber de Comitiis Imperii exhibet, nec non
Conciliorum, Coloniæ impreſſorum, tomus primus, ac Cujacius inter opera
5. ſua pro appendice librorum de Feudis. In Codice Receſſuum Imperii,
Moguntiæ anno 1599. & iterum ibidem, anno 1615. editorum, primum lo-
cum occupat alia, à mendis, ut inſcriptio habet, recens repurgata; à quo ve-
ro repurgatio facta, & ad cujus originalis fidem, ſilentio tegitur, à multis
mendis eam liberatam non negaverim, ab omnibus autem, non habeo, quod
credam, fuit edita cum privilegio Imperatoris, ſed illud typographi ſecurita-
6. tem concernit, editionem autem haud reddit authenticam, nec à mendis
omninò immunem pronuntiat. Ego hanc cum Goldaſti editione non con-
venire alibi affirmavi, & nunc ingemino. Illa diſtincta eſt in capita, hæc in
titulos, Sigismundus in ſeiner güldenen Bull zu Nürnberg anno 1431. *cap.*1.
von den Pfalbürgern/ *apud* Goldaſt. *part.*2. der Reichsſatzungen/ *p.*105. allegat.
cap.6. A.B. Carol.IV, unde non ineptè colligere datur, diſtinctionem in ca-
pita magis rei convenire, quam in titulos. Illa triginta conſtat capitibus,
7. hæc ſaltem titulis viginti ſex; conjungit enim uno in capite, quæ altera, tan-
quam diverſa, diſtinctim in diverſis exhibet. Conjunctionis exempla ha-
bentur *tit.*24. quæ in Goldaſtina tribus exprimuntur capitibus; nempè *c.*24.
*c.*25. *c.*26. titulus vigeſimus quintus ea continet, quæ in Goldaſtina haben-
tur, *c.*27. & 28. ac titulus vigeſimus ſextus ea, quæ apud Goldaſtum *c.*29. & 30.
8. Conjunctionis iſtius alterum eſt vitium, quod & in rubrica non omnia indi-
cat tituli contenta; illius capita cifris diſtincta ſunt in paragraphos, hæc ci-
fris caret. Levia quidem hæc ſunt, unaque illa ubi verbis quandoque diſcre-
pant, & tolerari poſſunt ſine ſcandalo; at cum nec in realibus ac diſpoſitio-
nibus ipſis conſentiant, diſcordia vitii indicina erit. Goldaſti ad finem proœ-
mii, Imperii Caroli annum primum ponit, Moguntina habet ſecundum: illa
*c.*26. §.5. Imperatrici, vel Reginæ Romanorum, immediatum locum poſt
Regem, vel Imperatorem in proceſſionibus aſſignat; titulus verò 24. §. *die*
in f. aſſerit, eam poſt Regem Bohemiæ procedere. Item *tit.*26. §. *cum ſacri*,
Germanicam linguam pro Grammatica, ut in *cap.*30. §. *legitur*, ſubſtituit.
Utra autem in his præferenda ſit, in obſervationibus ad textum expendemus.
Hoc

Digitized by Google

Hoc ſaltem nunc monere volumus, 1. Goldaſti exemplar contraria docere; 9.
nempe *c.22. inf.* Regem Bohemiæ Imperatorem, ſeu Regem Romanorum, in proceſſionibus immediatè, nullo interveniente ſequi: capite verò *26. §.5.* Reginam Romanorum, vel Imperatricem, immediatè Regem, vel Imperatorem, ſubſequi. 2. Moguntinam editionem *d.tit.26.§. prætereà:* mentio- 10.
nem facere juris, cujus in Goldaſti nulla planè fit mentio. Ego hactenus 11.
cum deſiderio expectavi videre exemplar Originalis, quod in Cancellaria Imperii Germanica Moguntiæ extare ſemper mihi perſuaſum habui; at ſpes vana fuit; quod ſi fortè contra opinionem meam nullum ibi autographum reperiatur, rem admiratione dignam eſſe cenſeo, cauſam ignoro.

Obſervatio IV.

1. *Aurea bulla variæ editiones Germanicæ, ſed non ab Imperatore approbata.*
2. *A. B. textus latinus allegandus potius quam Germanicus.*
3. *Enumeratio variarum editionum.*
4. *Verſio Germanica, cum textu latino non convenit.*

VAriæ ſunt Aureæ Bullæ translationes factæ, in linguam germanicam, 1.
nulla tamen ex omnibus, quas ego vidi, authoritate vel juſſu, ac approbatione Imperatoris fulta, unde facile judicare datur, quam vim probandi habeant, & an illi, qui eas, omiſſa latina editione, ad deciſionem quæſtio- 2.
num allegant, (quod faciunt plures etiam inter Doctos, & juris publici peritos, non minoris ordinis) ſibi ſuisque ſcriptis benè conſulant. Varia autem 3.
translationum in linguam germanicam publicè proſtant exemplaria; duo habentur apud Goldaſtum *tom.1. conſtitut. p.121.* ſermone antiquo, *ac tom.2.* der Reichsſatzungen. *pag. 47. & ſeqq.* aliud impreſſum fuit Venetiis, à Johanne Janſonio, anno 1476. teſte Goldaſt. *in rational. ad conſtit. Imper. p.79. & ſeq.* aliud Argentinæ anno 1485. à Johanne Preüſſen, aliud anno 1527. à Petro Trachen, Schultheiſſen zu Speyer / aliud in hiſtoria morali german. Jacobi Schopperi *cap. 4. pag. 285. & ſeqq.* aliud Moguntiæ prodiit, opera Frantz Böhems / anno 1562. aliud Codici Receſſuum Imperii anno 1599. ac iterum anno 1615. ibidem excuſo, inſertum, quod ſenſu cum latino, in eodem 4.
Codice poſito, in multis non convenit; & prætereà *tit.11. § ult.* talia habet, qualia in latino exemplari omninò non leguntur: de quo dicam infra ad *cap. 11. §. ult.*

Obſervatio V.

1. *Summa A. B. à Speidelio relata.*
2. & 3. *Defectus hujus relationis.*
4. *Summa alia, & perfectior.*

SPeidelius *in ſpeculo Juridico-politico &c. lit. g. num. 191. pag. 541.* ſummam 1.
Aureæ Bullæ in ſubſequentibus conſiſtere ſcribit: Septemvirûm collegium

 gium

Digitized by Google

gium conſtituunt delecti ex ordine ſacro, tres Archiepiſcopi, totidemque Principes politici, ad quos Bohemiæ Rex, ceu arbiter honorarius, acceſſit. Archiepiſcopi ſunt, Moguntinus, Trevirenſis, & Colonienſis. Horum ſucceſſio conſiſtit in Electione, ſuccedente in locum defuncti illo, qui Collegii, vulgò Capituli, ſuffragiis, vel ex ipſorum numero deſignatur, vel ex aliis familiis depoſcitur. Principes ſunt, Palatinus Rheni, Saxo, & Brandenburgicus. Horum familiis dignitas Electoria eâ lege alligata eſt, ut patre mortuo, aut agnato, ea, cum hæreditate, tranſeat in filium natu maximum, aut proximum agnatum. Et ſi hæredes deſint, ſtirpe deficiente, Authoritate Imperatoris, & Electorum, in aliam transferatur familiam. Ætas verò, quæ in Principibus requiritur, 18. eſt annorum, quam ſi proximus hæres non attigerit, cedere Adminiſtrationem proximo agnato dignitatis tenetur. Iisdem præſcribitur ſtudium linguarum, Latinæ, Italicæ & Illyricæ, primis ab annis, quò earum adminiculo communicare ſermonem cum multis gentibus poſſint. Cæterum, cunctis Electoribus ſupremi Judicii, à quò nulla eſt provocatio, datur poteſtas, eò, quod æquales cenſentur, Authoritate, *Præfectis Prætorii.* Cœteris tamen hanc eripuit uſus contrarius longi temporis, conſuetudine roboratus, uno excepto Saxone, qui, quod Præfecto Prætorii propriè ſucceſſit, antiquum muneris hujus jus etiamnum obtinet. Officium Electorum, prout Conſtitutione Caroli deſcriptum extat, Interregni, vel Regni temporibus diſtinguitur. Proprium munus gerunt, Palatinus, & Saxo; quorum ille per Sueviam, Franconiam, & oram Rhenanam; iſte, per Juris Saxonici Provincias, Imperii agit Vicarium, Parteſque obit Imperatoris. Commune verò eſt omnibus, eligere Imperatorem, eidemque inſignia poteſtatis ſolennibus ritibus, conferre: quod quidem hoc ordine fieri ſolet. Defuncto Cæſare, Moguntinus, ubi primum reſcivit, cæteris id denunciat Electoribus, definitoque Conventus die intra proximum trimeſtre, cunctos Francofurtum evocat: Hic verò, ſi non ſatisfaciat muneri, reliqui nihilò ſecius convenire tenentur. Comitatus ſingulorum, ex lege, non eſt ſupra ducentos equites, & in his ſupra 50. armatos. Quod ſi ipſi Electores venire nequeant, per valetudinem, aliavè impedimenta, Legatos mittere permiſſum eſt, ſed plenis mandatis inſtructos, ne mora adferatur publicis deliberationibus. Qui nec ipſe venit, neque Legatos mittit, aut ante confectum negotium diſcedit, jus Electionis, eo quidem tempore, amittit. Deliberatio in æde S. Bartholomæi inſtituitur, ſacra peragente Moguntino, collegaſque jurejurando obſtringente, quod nihil, vel pacti, vel mercedis, vel ullius ſpei gratia, facturi ſint. Exinde, vel nominantur ex Ordinibus Imperii, quorum ratio habeatur, vel diſquiritur de iis qui ambiunt. Suffragia Moguntinus colligit, Primò Trevirenſis, Secundò Colonienſis, Tertiò, Bohemus, Quartò, Palatinus, Quintò, Saxo, Sextò, Brandenburgicus; Ipſe à Saxone poſtremo

Digitized by Google

ſuo rogatus, reſpondet. Pro ſuffragiorum numero de tota re ſtatuitur. Si convenire nequeant, atque diſſidentium contentionibus ultra diem 30. protrahitur deliberatio, omnibus aliis detractis cibariis, præter panem & aquam, nihil ipſis præbetur. Simul ac conſenſum eſt in unum, de conditionibus ei præſcribendis agitur, quibus tum dignitati Electorum, tum libertati Germaniæ caveatur. Hæ in literas relatæ, & manu, ſignisque Electorum confirmatæ, tranſmittuntur ad deſignatum, qui præſto eſſe inaugurationis cauſa jubetur. Sicut verò renunciatio Imperatoris Francofurti per unum Moguntinum; ita ejuſdem inauguratio per omnes, Aquiſgrani, antiquâ conſuetudine fieri ſolet, his penè ceremoniis: Imperator Trabeâ indutus, à Moguntino, & Colonienſi ad aram adducitur; Palatino orbis figuram, ſive Pomum Cæſareum; Saxone Gladium, Brandenburgico Sceptrum, præferentibus. Ibi, primo Trevirenſis ſacro oleo ipſum inungit, mox in leges Imperii, latasque ab Electoribus conditiones, ſacramento Moguntinus atque Colonienſis adigunt. Quo dicto, ab iisdem Imperiali redimitur Diademate, & enſem, ſceptrum, inſignia poteſtatis, accipit. A ſacris reverſus in Palatium, convivio ſplendidiſſimo excipitur. In triclinio Menſæ S. ſternuntur; Imperatoris editiore loco, Electorum depreſſiore. Ille ſolus accumbit: Hi ſuis ſinguli menſis, ſed demùm peractis miniſteriis. Eccleſiaſticorum eſt conſecrare menſam, Codicillos & Sigillum geſtare, atque in menſa deponere. Bohemus Pincernam agit: Palatinus Dapiferum: Saxo Mareſchallum, qui etiam avenam equitibus in foro diſtribuit: Brandenburgicus Cubicularius, aquam fundit lavandis manibus. Eadem miniſteriorum ratio in Nuptiarum Imperialium ſolennibus. Extra hæc, menſæ Imperatoris ubique adhibentur Electores, ſic ut Moguntinus, Colonienſis & Bohemus dextrum latus, ſiniſtrum Palatinus, Saxo & Brandenburgicus occupent; Trevirenſis ex adverſo ſedeat. Ad eundem modum diſtributæ ſeſſiones in Conventibus publicis. Hæc ferè ſunt Electorum in Interregno munia. Regni tempore Ephoros agunt Imperii, publicæque ſalutis cuſtodes ac defenſores. Partes igitur ipſorum ſunt, cunctis patrocinari Imperii Ordinibus, ne vel opprimantur, vel imminutionem patiantur priſcæ dignitatis: Cavere, ne Imperium Cæſar familiæ ſuæ hæreditarum reddat, vel facultates ejus diſtrahat, oppignoret, aut deteriores faciat; Interpellare Cæſarem, ut injuſtè acquiſita Imperio reſtituat, beneficiaque vacantia ad Patrimonium Imperii referat: impedire, ne citra conſenſum Senatusconſulti publici, vel bella ſuſcipiat, vel fœdera jungat cum exteris; ne nova portoria imperet, ne inducat, vel agat conventus Imperii ſe inconſultis, & non aſſentientibus. Ipſi verò quotannis, vel, quoties opus, conveniunt, deque Republ. deliberant, inſcio etiam, & inconſulto Imperatore. Palatino tamen hæc dignitatis eſt prærogativa, ut ipſum Cæſarem judicare, & damnare poſſit, quoties

ſcilicet lis ei ab aliquo Ordinum Imperii movetur. Atque hæc omnia Metis diu multumque deliberata, tandem Noribergæ, Anno Chriſti, M CCC LVI. authoritate Caroli IV. Ordinumque ſuffragiis, ſancita & promulgata ſunt. Hæc Speidelius, quæ ſi quis conferat cum textu Aureæ bullæ, facilè deprehendet duplicem hic commiſſum eſſe errorem, nempè unum in exceſſu, alterum in defectu; dum nonnulla in bulla contineri recitat, quæ ibi non reperiuntur, & alia, de quibus in illa diſponitur, omittit.

2. Ad primum refero. 1. Bohemiæ Regem eſſe ceu arbitrum honorarium in collegio Electorali. 2. Electorum Eccleſiaſticorum ſucceſſionem conſiſtere in Electione. 3. Electorum ſecularium ſucceſſoribus præſcribi ſtudium linguæ latinæ. 4. Electores authoritate æquales cenſeri Præfectis Prætorio. 5. Electoribus, excepto Saxone, uſum contrarium eripuiſſe privilegium de non provocando ab eorum ſententiis. 6. Saxonem Præfecto Prætorio propriè ſucceſſiſſe. 7. Electorum Legatos ideò plenis mandatis inſtructos eſſe debere, ne mora adferatur. 8. Moguntinum in electione Imperatoris à Saxone rogatum reſpondere. 9. Inter Electores de conditionibus electo præſcribendis &c. agi. 10. Renunciationem Francofurdi per Moguntinum fieri. 11. Trevirenſem electum Imperatorem ſacro oleo inungere. 12. Moguntinum & Colonienſem adigere electum in leges Imperii, latasque ab Electoribus conditiones, jurare. 13. Electorum Eccleſiaſticorum eſſe, codicillos & ſigillum geſtare. 14. Eandem miniſteriorum rationem eſſe in Nuptiarum Imperialium ſolennibus, quæ eſt in convivio poſt actum coronationis. 15. Extra hæc menſæ Imperatores ubique adhiberi Electores. 16. Seſſiones in conventibus publicis ita diſtribui, ut Moguntinus, & Colonienſis ad latus dexterum Imperatoris, Palatinus &c. ad ſiniſtrum ſedeant. 17. Partes Electorum eſſe cunctis patrocinari Imperii Ordinibus &c. 18. Cavere ne Imperium Cæſar familiæ ſuæ hæreditarium reddat, & 19. Electores convenire, inſcio etiam, & inconſulto Imperatore. 20. Cæſarem judicem habere Palatinum, quoties ei lis ab aliquo Ordinum Imperii movetur. 21. Illa omnia, quæ recenſita, Metis diu multumque deliberata, tandem Norimbergæ ſancita & promulgata fuiſſe. Verum, ut ſupra innui, hæc in ipſo aureæ bullæ textu non habentur, itaque malè ad ejusdem ſummam referuntur; ac, quod benè conſiderandum, partìm erronea ſunt, partìm non

3. ſummatorem, ſed explicantem textum redolent. Alterum obſervationis noſtræ caput conſtituimus, multa in hac ſumma ſilentio fuiſſe transmiſſa, de quibus tamen in textu bullæ diſpoſitum legimus. Exempli loco ſunt ea, quæ ſatis curioſè, & prolixè, de conductu Electoribus ad Electionem Imperatoris proficiſcentibus, & ab eodem redeuntibus, in capite primo leguntur; nec non quæ de Electorum privilegiis habentur. in *cap. 9. & 10.* de revocatione privilegiorum his contrariorum. *cap. 13.* de his quibus ut indignis auferun-

Digitized by Google

feruntur bona feudalia. *cap.*14. de conſpirationibus. *cap.*15. de Pfalburgeris. *cap.* 16. de diffidationibus. *cap.* 17. de crimine læſæ majeſtatis. *cap.* 24. aliisque, quæ lectio bullæ ſubminiſtrare poterit, & cognoſci poſſunt ex ſumma bullæ, quam ego hic ſubnecto; quæ ſi fortè non omnia, certè tamen pleraque exhibet, quæ in bulla noſtra continentur. De illis autem quæ hodiè aliter ſe habent, quam bulla conſtituit, agam in obſervationibus ad textum. Cœterum, Auream noſtram bullam tractare & diſponere conſtat:

- De Imperatoris
  - Electione ubi exprimitur
    - locus, ubi debeat eligi. *cap.*1.§ 18 §.19.*c.*2.§.1.*c.*28.§.5.
    - tempus *c.*1. §.18.19.*c.*2. §.3.*c.*4.§.2.
    - modus, *c.*2. §.1. *c.*4.§.3.
  - Coronatione Aquiſgranenſi.*c.*4. §.3.*c.*28. §.5.
  - Poteſtate, quam habet virtute Imperii. *cap.*2.§ 5. quæ conſiſtit
    - In adminiſtratione Imperii. *d.c.*2. §.5.
    - In confirmatione privil. *d.c.*2. §.6.
    - In datione privileg. *c.* 13.
    - In revocatione privil. *c.*13.
    - In collatione Electoratuum ſecularium vacantium. *c.*7. §.3.
    - In inveſtitura der Fahnenlehen *c.*5. §.1.
    - In præſentatione ad beneficia Eccleſiaſtica. *d.c.*5.§.1.
    - In exercitio judiciorum. *d. c.*5.§.1.*c.*3.§.2.
  - Obligatione, & debito,
    - reſpectu Electorū.
      - confirmando eorum privilegia. *d.c.*2.§.5.
      - ſub nomine Regali & Imperiali *d. cap.* §. 6. nec contra illa quicquam aliis concedendo.*c.*13.
    - reſpectu aliorum
  - Inſignis, nempe
    - Coronis Aquiſgranenſi, Mediolanenſi, Imperiali, ſeu Romana. *cap.*26.§.4.
    - Sceptro, Pomo, Enſe *cap.*22. *cap.*26. §.3.
    - Sigillis & typariis. *d. cap.*26. §.2. *cap.* 27. §.2.

- De Auguſta
  - Quem locum teneat in ſolenni proceſſione. *cap.*26. §.2.
  - De qualitate menſæ ejuſdem in ſolenni curia. *cap.*28. §.5.

- Electores debent proficiſci ad Electionem Regis Romanorum. *c.*1.§.1. (ſive ad hanc vocati, & non vocati fuerint. *d. c.* 1. §. 18. & 19.) vel ad eandem mittere nuncios, aut legatos ſuos.*d.c.*1.§.1.cum plena & omnimoda,

moda poteſtate ad eligendum. *d.c.*1. §.18. *c.*19. eò non proficiſcentes, nec mittentes, aut recedentes ante electionem perfectam, non conſtituto legitimo Procuratore, carent electionis jure iſta vice. *c.*1. §.21. tardè verò venientes admittuntur, ſi electio non eſt facta *c.*2. §.4.

- **De Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus in genere.**
  - *Primò*, quando proficiſcuntur ad locum, ubi electio Imperatoris conficienda.
    - Electores, euntes ad electionem, vel ab eà redeuntes, ſecuritate gaudent publica. *c.* 1. §.2. *&* 4. & à territoriorum Dominis. *c.*1. §.9.17. conduci debent. *c.*1. §.1.2. ac illis victualia in communi precio ſubminiſtrari. *c.*1.§.3. ſub gravi pœna, quæ hæc negligentibus dictata. *c.*1. §.1.2.3.4.5.8. Electores conductum petere debent regulariter. *c.*1. §.1.2.17. & tempeſtivè. *c.*1. §.16. ut etiam victualia, ſi quæ ſibi vendi velint. *c.*1. §.3. non tamen præcisè hunc conductum petere tenentur. *c.*1. §.4.
  - *Secundò*, quando locum illum ingrediuntur,
    - Electorum quilibet, locum vel civitatem, ubi electionis actus perficiendus, cum ducentis equitibus tantummodo (inter quos quinquaginta ſaltem armati, vel pauciores, non plures eſſe poſſunt) introire poteſt. *c.*1. §.20. *&* 22.
  - *Tertiò*, quando ibidem electionis actum incipiunt, & perficiunt,
    - Adeſſe debent Electores miſſæ de Spiritu ſancto, ante electionem celebrandæ. *c.*2. §.1. Præſtare debent juramentum, quod velint eligere Regem Romanorum, ad illud munus idoneum, procul habito omni pacto, ſtipendio, precio, vel promiſſo. *c.*2. §. 2. Poſtquam incepta fuit electio, non debent à loco illo diſcedere, antequam major illorum pars Regem Romanum elegerit. *c.*2. § 3. hoc enim in actu valent vota majora. *cap* 2.§.4. Electionem intra triginta dies, à die præſtiti juramenti numerandos, perficere debent, quam ſi ultra diſtulerint, pro victu habebunt panem, pro potu aquam. *c.*2. §.5.

De

Digitized by Google

De Electorum munere, quod eſt,

- Eligere Imperatorem. *d. cap.*2.§.3. *c.*4.§.2. *c.*18. *c.*20.
- Conſiliis ſuis Imperatori adeſſe. *c.*3.§.2. *c.*4.§.1.
- Convenire ſæpè, & tractare de Imperii ſalute. *c.*12.§.1. *&* 2.
- Imperatorem in proceſſione, quæ fit, quando ſolennis curia habetur, concomitari. *c.*21. *c.*22. *c.*26.

De Electorum Privilegiis, quæ ſunt,

- Quod in omnibus actibus ad curiam ſpectantibus, eundo, ſedendo vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis exiſtat, illis præferri debeat. *c.*6.
- Quod mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuſcunque metalli, ac etiam ſalis, in principatibus, terris, & dominiis ſuis exiſtentes, juſtè poſſint & legitimè poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, ut poſſunt, ſeu conſueverunt talia poſſideri. *c.*9. §.1.
- Quod poſſint in ditionibus ſuis Judæos habere. *d. c.*9.§.1.
- Quod poſſint telonia, ante auream bullam in terris ſuis inſtituta, exigere, & percipere. *d. c.*9.§ 2.
- Quod poſſint cudere monetas aureas & argenteas. *c.*10.§.1.
- Quod illis liceat à quibuſcunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, & perſonis aliis, quaſcunque terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia, ſivè bona, emere, comparare, ſeu in donum, vel donationem ex quacunque cauſa, aut in obligationem recipere. *d. c.*10. §.2.
- Quod illorum ſubditi non poſſint ad tribunal extraneum evocari. *c.*11.§.1. *&* 3.
- Quod à ſententiis, ab ipſis latis, non liceat ad aliud judicium appellare, niſi in caſu denegatæ juſtitiæ. *d. c.*11. §.2. *&* 3.
- Quod dum feuda ſua, ſive Regalia, ab Imperatore recipiunt, ad dandum vel ſolvendum nulli penitùs ſint adſtricti. *c.*29. §.1.

De variis Encomiis quæ Electoribus attribuuntur.

- Dicuntur candelabra lucentia in unitate Spiritus, quibus illuminari debet Imperium. *in exordio A.B.*
- Propinquiora ſacri Imperii membra. *c.*2.§.5.
- Columnæ proceres, ſacrum ædificium Imperii circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentantes. *c.*3.§.1.
- Columnæ immobiles. *cap.* 12. §.1. columnæ & latera. *cap.* 30.§.1.
- Solidæ baſes Imperii. *d. c.*12. §.1.
- Eorum præſidio dextera Imperialis potentiæ roboratur. *d. c.*3.§.1.

Sunt

Sunt pars corporis Imperatoris. *cap*.24. §.1. & hinc in illis committitur crimen læſæ majeſtatis. *d. c*.24.§.1.

Imperatori aſſiſtunt in partem ſolicitudinis conſtituti. *cap.* 30.§.1.

De Electoribus Eccleſiaſticis in genere.

Sunt Archiepiſcopi. *c*.1.§.10.11.12. *c*.3.§.2.

Sunt Archicancellarii Imperii. *c*.1.§.11 *&* 12. *c*.2.§.2.

Præſtant Juramentum de eligendo idoneo in Imperatorem, admotis manibus pectori cum reverentia. *d.c*.2.§.1.

Benedicunt menſam Imperatoris. *c*.27. §.2.

Adſtant ad menſam Imperatoris. *c*.27. §.2.

Recipiunt à Cancellario Curiæ Sigilla Imperialia. *d.c. &* §.

Manibus contingunt, & portant baculum, cui ſigilla & typaria Imperialia adpenſa, & ante Imperatorem reverenter ponunt in menſam. *d.c*.27.§.2.

Is, in cujus Archicancellariatu ſolennis curia habetur, majus Sigillum Imperiale collo appenſum uſque ad *finem* menſæ geſtare debet, ac deinceps, donec ad *hoſpitium* ſuum perveniat, ab Imperiali Curia equitando. *d.c. &* §.

Idem poſtquam rediit ad hoſpitium ſuum, ſtatim Sigillum illud tranſmittit Curiæ Cancellario, ſuper equo. *d.c. &* §.

Is, in cujus Archicancellariatu Curia Imperialis celebratur, in ſolenni proceſſione portat ſuper baculo argenteo omnia ſigilla & typaria Imperialia. *c*.26. §.2.

Dicunt gratias poſt cibum ab Imperatore ſumptum, ordine *in c*.23. præſcripto.

Idem ordo ab illis obſervatur, in confeſſione, quæ ante miſſam dici conſuevit, ac in portatione Evangelii oſculandi, & pace poſt agnus Dei portanda, *d.c*.23.

Moguntinus.

Eſt Archicancellarius ſacri Imperii per Germaniam. *d. c*.2.§.2. *c*.3.§.2.

Intimat coelectoribus ſuis mortem Imperatoris, infra unum menſem à die notitiæ. *c*.1.§ 19.

Convocat coelectores ſuos ad eligendum Imperatorem. *c*.1.§18. *c*.4.§ 2.

Præſcribit iisdem formulam juramenti de eligendo Imperatore idoneo. *d. c*.2.§.1.

Ipſe inter eosdem primus præſtat hoc juramentum. *d. c*.2. §.1. *&* 2.

Exquirit in actu electionis vota cæterorum Electorum. *d.c*.4. §.2.

Ipſe

- De Electoribus Eccleſiaſticis in ſpecie.
  - (continued)
    - Ipſe autem ſuum profert loco ultimo. *d. c.*4.§.3.
    - In Cancellariatu ſuo, (ſola provincia Colonienſi excepta) in ſeſſionibus tenet locum primum à dextero latere Imperatoris. *c.* 3. §. 2. *c.*28. §.3.
    - Eundem locum tenet quoque in proceſſionibus ſolennibus, quæ fiunt in Cancellariatu ſuo, ſola provincia Colonienſi excepta. *c.*21.
  - Trevirenſis.
    - Eſt Archicancellarius ſacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelatenſe *c.*1. §.12.
    - In electione Imperatoris habet votum primum. *c.*4.§.3.
    - In actibus Imperialibus ſedet ex oppoſito, & lineari Directione verſus Imperatoris faciem. *c.*3.§.2.*c.*28.§.3.
    - In proceſſionibus directa diametrali linea antecedit Imperatorem. *c.*21.
  - Colonienſis.
    - Eſt Archicancellarius Imperii per Italiam. *cap.*1. §.11.
    - In electione Imperatoris habet votum ſecundum. *c.*4 §.3.
    - Ejus officii eſt Romanorum Regi primum Diadema Regium imponere. *d.c.*4. §.3.
    - In diœceſi, & provincia ſua, ac extra eandem in tota Italia, & Gallia, ſedet à dextero latere Imperatoris. *c.*3.§.2.*c.*4.§.1. *c.*28.§.3.
    - Idem latus dictis in locis occupat etiam in proceſſionibus. *c.*21. *c.*26.§.1.
- De Electoribus ſecularibus, in genere.
  - Præſtantes juramentum de eligendo Imperatore, corporaliter tangunt manibus ſuis Evangelium B. Johannis. *c.*2. §.1.
  - Elector ſecularis poteſt eligi in Imperatorem. *c.*2.§.7.
  - Elector ſecularis voto ſuo ſe poteſt promovere ad Imperium. *d. c.*2. §.7.
  - Jus eligendi Imperatorem obtinent virtute ſuorum Principatuum. *c.*20. *c.*7.§.2.
  - Annus decimus octavus completus habetur in Electore ſeculari pro termino legitimæ ætatis. *c.*7. §.2.
  - Electoratus ſeculares non debent dividi, nec dimembrari. *c.*25. §.1.

Digitized by Google

- In curiis ſolennibus non debent menſæ accumbere, niſi tunc, quando omnes ex illis officia ſua peregerint. c. 28. §.4.

De Electorum ſecularium liberis, & ſucceſſoribus.

- Primo-genitus, legitimus & laicus, ſuccedit patri in Electoratu. c.7.§.2. c.25.§.2. cum onere, ut erga fratres, & ſorores, ſe clementem & pium exhibeat. d. c.25.§.2.
- Secundo-genitus ſuccedit, quando primo-genitus eſt mortuus abſque heredibus legitimis laicis. c.7.§.2.
- Vel quando primogenitus eſt mente captus, fatuus, vel alterius famoſi, & notabilis defectus. c.25. §.2.
- Electorum liberis deficientibus, ſuccedit in Electoratum proximior conſanguineus, ex paterno ſtipite. d. c.25.§.2.
- Frater ſenior primogeniti eſſe debet tutor liberorum primogeniti, defectum ætatis patientium. c.7.§.2.
- Filii, vel hæredes, & ſucceſſores Electorum ſecularium, debent addiſcere linguam Germanicam, Italicam & *Slavicam*. c.30.§.1.

- **Rex Bohemiæ.**
  - Tenet inter Electores ſeculares primatum. c. 4. c.3.
  - Obtinet votum tertium in electione Imperatoris. d. c.4.§.5.
  - Sedet ad Imperatoris latus dexterum, loco ſecundo. d.c.4.§.1.
  - In proceſſionibus immediatè ſequitur Imperatorem. c.22.
  - In celebratione Curiarum præfertur omnibus aliis Regibus, in illis præſentibus. c.6.
  - Eſt Archipincerna Imperii. cap.1.§.10. c.27.§.5. & in ſolenni Curia Imperatori exhibet potum primum. cap.4.§.4. cap 27.§.5.
- **Comes Palatinus.**
  - In Electione Imperatoris habet votum quartum. cap.4.§.3.
  - Sedet ad dexteram Imperatoris, poſt Regem Bohemiæ d. c.4.§.1.
  - Eſt Vicarius, vel proviſor Imperii, in partibus Rheni, *Sueviæ*, & in jure Franconico. cap.5. §.1. cum poteſtate ea peragendi, quæ d. cap.5. §.1. exprimuntur.
  - Eſt judex Imperatoris. d. cap.5 §.3.
  - Eſt Archidapifer Imperii. cap 1.§.13.

- **De Electoribus ſecularibus, in ſpecie.**
  - In ſolenni Curia affert cibum ad menſam Imperatoris. *cap*.27.§.4.
  - In proceſſione ſolenni ante Imperatorem portat pomum Imperiale. *cap*.22.
  - Dux Saxoniæ.
    - Habet votum quintum in Electione Imperatoris. *cap*.4.§ 3.
    - Ad ſiniſtram Imperatoris ſedet loco primo. *d. c*.4.§.1.
    - Eſt Vicarius, vel proviſor Imperii, in locis ubi Saxonica jura ſervantur. *cap*.5.§.2.
    - Eſt Archimareſchallus Imperii. *c*.1.§.14. vel ſuperior Mareſchallus. *c*.29.§ *ult*.
    - In ſolenni proceſſione defert Imperialem enſem, immediatè ante Imperatorem. *cap*.22.
    - In feſtivitate ſolennis Curiæ equo inſidens ingreditur acervum avenæ, poſitum ante ædificium ſeſſionis Imperialis, habens in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quam implet avena, & illam miniſtrat famulo primitus venienti. *c*.27.§.1.
    - Si præſens ſit, quando Princeps aliquis, equo, vel alteri beſtiæ inſidens, feuda ab Imperatore recipit, accipit equum illum, vel beſtiam *cap*.29.§ *ult*.
  - Marchio Brandenburgenſis.
    - Habet in electione Imperatoris votum ſextum. *cap*.4.§.3.
    - Sedet ad ſiniſtram Imperatoris. *d. cap*.4.§.1.
    - Eſt Archicamerarius Imperii. *c*.1.§.15.
    - In ſolenni proceſſione Imperatori præfert ſceptrum. *cap*.22.
    - In ſolenni curia miniſtrat Imperatori aquam, manibus abluendis. *d. c*.4.§.4. *c*.27.§.3.
  - Quilibet Electorum ſecularium habet in officio Vicarium, ſeu ſubofficialem. *c*.27.§.6.
  - Rex Bohemiæ vicepincernam de Limpurg, cui, ſi curiæ adſit, debet dare equum, & ſcyphum, quo uſus in expediendo officium ſuum in ſolenni curia. *d. cap*.27.§.6.
  - Comes Palatinus Rheni pro Vicario habet Magiſtrum coquinæ de Nortenberg, cui debet dare equum, & ſcutellas, quibus uſus in expeditione officii in curia ſolenni. *d. cap*.27.§.6.

De Electorum ſecularium Vicariis.

Dux Saxoniæ Vicemareſchallum de Pappenheim, qui in ſolenni Curia, poſt peractum officium ab Archimareſchallo, diſtribuit avenam, *cap.*27.§.1. & accipit ejusdem equum, baculum & menſuram argenteam. *d. c.*27. §.*ult.* Eidem quoque debetur equus Principis, cui, dum feuda ſua ab Imperatore recepit, inſedit: quod tunc obtinet, ſi Vicemareſchallus tempore inveſtituræ præſens; Archimareſchallus verò abſens fuerit. *c.*29. §.*ult.*

Marchionis Brandenburgenſis ſubcamerarius eſt ille de Falckenſtein, cui cedunt equus, & pelves, quibus Archicamerarius uſus Imperatori exhibens officium, in ſolenni Curia. *d.c.*27.§.6.

Cuilibet horum officialium, ſi præſens ſit, quando Princeps ab Imperatore inveſtitur de feudis ſuis, debentur decem marcæ argenti, de illis, quas inveſtitus ſolvere tenetur. *cap.*29.§.3.

De Electorum nunciis.

Superius dictum Electores ad electionem Imperatoris poſſe mittere Nuncios: Illi autem inſtructi eſſe debent literis patentibus, ſigillo majori Electoris mittentis ſigillatis, plenam, liberam, ac omnimodam poteſtatem continentibus ad eligendum Imperatorem. *c.*1.§.2. *c.*19. In itinere conduci debent à territoriorum Dominis. *c.* 1. §.1. Comparentes in loco electioni deſtinato, admittendi ſunt ad electionis actum. *cap.*2.§.4. loco committentis. *c.*28.§.6. (præſtitis præſtandis. *c.*2. §.1. *&* 3.) Excipitur menſa, quæ pro Electore deputata in ſolennis Curiæ convivio; ad illam enim nuncius Electoralis, cujuscunque dignitatis, vel ſtatus ſit, non admittitur. *d.c.*28.§.6.

De miniſtris Curiæ, vel aulæ Imperialis, cottidianis.

De Cancellario Curiæ, ejuſque jure, agitur. *cap.* 27. §. 2. *cap.*29. §.2.

De Magiſtro Curiæ, & emolumentis ad eum ſpectantibus, videri debet. *d.c.*28.§.7. *&* *c.*29.§.2.

De Mareſchallo Curiæ. *cap.*27.§.1. *cap.*28.§.*ult.*

De Magiſtris, Notariis, Dictatoribus, Sigillatore. *cap.* 29. §. 2.

Generaliter id mente tenendum, Imperialis Curiæ cottidianos miniſtros, in abſentia Vicariorum Electoralium, in Curia ſolenni, ac inveſtitura Principum, vicem abſentium ſubire, quemlibet ejus, cum quo in vocabulo officii convenit, eoque caſu ferre fructum. *cap.*27.§.*ult.*

De

Digitized by Google

De civitatibus.
- Civitates tenentur conducere Electores, vel eorum Nuncios, ad electionem Imperatoris proficiſcentes, vel ab eadem, redeuntes. *cap.*1 §.2.10.11.12.14.
- Civitates ad petitionem Electoris, vel Nuncii ejusdem, eunti ad electionem Imperatoris, & ab ea redeunti, debent victualia in communi precio vendere. *c.*1.§.3.
- Aquiſgrani debet Imperator coronari. *c.*28.§.5.
- Francofurdi debet eligi Imperator. *d.c.*28.§.5. *c.*1.§.19.
- Ea civitas debet Electoribus permittere introitum, cum numero comitum à lege definito. *cap.*1.§.20. ac illis præſtare ſecuritatem, & protectionem, eo tempore, quo eligendus eſt Imperator. *cap.*1.§.22.
- Norimbergæ debet celebrari prima Regalis Curia. *c.*28. §5.

De feudorum.
- Acquiſitione. cap.10.
- Inveſtitura. *cap.*5 §.1.*cap.*29.§.1. *&* 2.
- Reſignatione. *cap.*14.
- Amiſſione. *cap.*1.§.2.*cap.*14.

De conſpirationibus, colligationibus, ſeu confœderationibus, agitur *in c.*15.
De diffidationibus diſponitur. *cap.* 17.
De Pfalburgeris tractatur. *cap.*16.

Obſervatio VI.

1. *Catalogus authorum, qui in A. B. commentati ſunt.* | 2. *Cur author eandem explicare voluerit.*

AUthores, qui in auream noſtram bullam commentati ſunt, & mihi viſi, 1.
non uno omnes modo uſos fuiſſe deprehendi. Goldaſt. *in rationali tom.*1. *Conſtit. Imper. pag.*96.*& ſeqq.* breves notas exhibuit; Buxtorffius ſcripſit diſſertationem Hiſtorico-Politicam ad ſeptendecim priora bullæ capita; Dominicus Arumæus exhibuit diſcurſus Academicos ſex, quibus totam bullam publicis diſputationibus examini ſubjecit; Martinus Rumelinus diſſertationibus Academicis eandem tractavit; ad quas poſtea Nicolaus Müllerus ſcripſit additiones. Dn. Georgius Theodorus Dietrich nuper edidit notas ad auream bullam; & longè ante in Italia Hier. Caninius diſcurſum ad eandem, poſtea traductum in linguam gallicam à J. leſecq. Lutetiis impreſſum anno 1613. ſcripſerunt etiam de eadem alii, quos non vidi, niſi hinc inde allegatos; quorum numero accenſeo paraphraſin Oſtermanni, Lindeſpurum, Lehemannum, Speidelium, aliosque, qui diſputationibus publicis unum vel alterum caput Aureæ bullæ enodare voluerunt. Cur autem ego nunc poſt 2.
tot authores eandem Bullam obſervationibus meis illuſtrare conſtituerim,

Digitized by Google

ratio eſt, quod viderim multa ſupereſſe, quæ alii, aut alto ſilentio præterie-
runt, aut non ſatis accuratè trutinarunt, mecumque prætereà perpenderim,
licere etiam viam jam benè tritam inire, & aliorum premere, vel ſua quoque
imprimere veſtigia. Denique, poſtquam hactenus in libris meis, quos de
jure publico edidi, nonnullas materias, de quibus aurea bulla conſtituit, ex-
plicaverim, viſum mihi fuit, etiam reliquas aggredi, & utraſque connectere,
ſecundum ordinem capitum, quem textus nobis præſcribit.

Obſervatio VII.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Elogia A.B.
9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. De-
fectus A. B.
22. Carolus IV. excuſatur.

1. VT aurea noſtra bulla à quam plurimis egregiis mactatur elogiis, ita ab
aliis imperfectionis, & defectuum arguitur. Ad elogia pertinent,
quando dicitur lex fundamentalis, à Heigio *quæſt.5.lib.1.num.2.* darauff/ als
auff einer Grundfeſt/ das Reich ruhet/ ut paululum immutata verba Caroli V.
2. in exordio deß R.A. zu Wormbs *anno* 1521. *pag.* 106. *& p.*132. huc accommo-
3. dem: nervus firmiſſimus pacis publicæ. Peucer. *lib.3. Chron. in vita Caroli IV.*
*pag.*807. firmamentum, propugnaculum, murusque tranquillitatis & pacis
4. in Imperio. Zieritz *de princip. inter ipſos dignitatis prærog. pag.7.* Firmiſſi-
ma Romani Imperii petra, ſuper qua etiamnum majeſtas & pax ejusdem tu-
5. tò quieſcit. Arumæus *diſſert.1.ad A.B.theſ.2.* unicum, atque adamantinum
vinculum, quo tenue hoc, & exangue Imperii corpuſculum, quod vix oſſi-
bus hæret, conſtringitur, quoque ſalus & dignitas Imperii continetur:
6. Pruckmann. *§. ſoluta poteſtas. effect.3. num.3.* Veriſſimum Imperii noſtri
7. palladium. Ego *tom.1. de jure publ. lib.1. cap.11. n.98.* lex nobiliſſima. Fre-
8. her. *in not. ad Petr. de Andlo. cap.5.* Vinculum concordiæ inter Electores.
9. *argument. procem. A.B. verſ. ad unitatem inter Electores &c.* Ad defectus re-
ferunt, quod in illa nihil diſponatur de Rege Romanorum, qui vivo, & im-
perante adhuc Imperatore eligitur. de quo egi *dict. tom. 1. de jure publ. lib.2.*
cap.15. num.23. & ſeqq. ac *tom. 5. in addit. ad d. cap. & num.* nec non *in anno-*
10. *tam. ad procemium Capitulationis Ferdinandi I. verb.* mit folgender gelebhal-
tung/ *num.* 15. *& ſeqq. p.* 429. *& ſeqq.* Nihil de proceſſione ad Eccleſiam,
quando celebratur miſſa ſolennis ante electionis actum; nihil de conclavi,
ubi eligendus Imperator; nihil de ordine, quo Electores præſtant juramen-
11. tum de eligendo Imperatore, nihil de juramento Imperatoris, quod præſta-
12. re tenetur Imperio; nihil de capitulatione, nihil de coronatione Imperato-
13. ris, nihil de Vicariis Imperii abſente Imperatore, nihil ferè de Comitiis Im-
14. perii generalibus. Prætereà in *c.4. §.3.* generaliter dicitur, Archiepiſcopo
Colonienſi competere dignitatem, & officium, Romanorum Regi primum
diadema Regium imponendi, quod tamen, ſi Roman. Rex in diœceſi Mo-
gunti-

Digitized by Google

guntinenſi coronatur, fallit, & ſi extra utriusque diœceſin fiat, diſputationem noſtro tempore peperit, ut notum. *Eodem* § 3. *in fin.* ſex Electoribus 15.
attribuitur, quod ab uno expeditur. *C.*7. § 2. diſpoſitio tutoris legitimi tan- 16.
tum facit mentionem, teſtamento dati non meminit, unde ante aliquot an- 17.
nos in Imperio diſſidium natum. *Cap.*21. de Electore Saxoniæ refertur, quod 18.
Imperatori, ſeu Regi Romanorum, Imperialem, ſeu Regalem enſem præferre debeat; ſed non exprimitur, an enſis debeat eſſe evaginatus, an in vagina
reconditus *C.*26 §.1. diſponitur de hora, ſed citra determinationem, an ante- 19.
meridiana vel poſtmeridiana ſit. *C.*27. §.3. diſponitur, ut Elector Branden- 20.
burgenſis accedat, inſidens equo, habens argenteas pelves in manu, ſed numerus ſpecialiter non exprimitur. *Eod. cap.* §.4. non exprimitur, unde Elector 21.
Palatinus capere cibos, & quales afferre debeat. Ad hæc autem generaliter
reſponderi poterit, Carolum multa omiſiſſe in bulla ſua, tanquam ad ipſius 22.
mentem, & ſcopum, tunc non pertinentia; capitulationem nondum eo modo, quo poſtea cœpit, fuiſſe in uſu; aliquando fieri, ut poſteaquam lex lata, de ejus intellectu controverſia oriatur; quod multis competit poſſe ab uno communi nomine fieri; omiſſum haberi pro excluſo; uſum explicare legem; tempus intelligi de eo quod commodius ad rem perficiendam; numerum pluralem ſatis innuere ſingularem non ſufficere, tot autem requiri, quot ad actum ſufficiunt; cibum ex culina peti, talemque qui moribus præſcriptus, aut arbitrio determinatur, ſi non ſit præſcriptus.

Obſervatio IIX.

1. *Carolus IV. voluit bullam ſuam perpetuò obſervari.* | 2. *Sed fruſtrà.* 3. *Votum authoris.*

QUamquam Aurea Bulla, ex voto Authoris ſui, perpetua eſſe debeat. *cap.* 1. 1.
*in pr. cap.*3. §.2. *c.*4. §.1. & 2. *c.*5. § 1. *c.* 6. *c.*7. § *ſanè generaliter.* *c.*8. §.1. & 2. *cap.*9. §.1. *cap.*21. *cap.*10. §.2. *cap.*11. §.1. *c.*13. *c.*14. *c.*16. §.1. *c.* 17. *c.*20. *c.*21. *c.*25. §.1. & jugiter obſervari, excepto illo caſu, de quo *cap.* 12. §.2. diſpoſitum legimus, quod illa ordinatio ad Imperatoris, & Electorum beneplacitum duntaxat
durare debeat; notum tamen eſt hucusque in multis articulis haud ſtrictè 2.
obſervatam, imò uſu, vel lege, in nonnullis correctam fuiſſe; idque, ubi utilitas publica ita ſit, fieri potuiſſe, nullus dubito, nec ante hac dubitavi. *d. tom.* 1. *Jur. publ. lib.* 1. *cap.*11. *num.*125. & *ſeqq.* & *tom.*5. *add. ad h cap. pag* 170. Illuſtre hujus ſententiæ exemplum eſt nova conſtitutio Electoratus octavi, quem Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis cauſa, noſtro tempore introduxit, atque ſic ſacrum illum ſeptenarium augere voluit nova acceſſione. *Inſtrument. pacis Oſnabrug. anno* 1648. *artic.*4. §. *quod ad domum. Inſtrument. pacis Monaſter. d. anno.* § *quod ad Domum*, quo facto aliquot aureæ bullæ capita correctioni ſubjecta fuerunt; de quibus infra in obſervationibus ad textum.

Digitized by Google

textum, quemadmodum etiam de aliis uſu abolitis, ſpeciatim dicendi dabitur
3. occaſio. E re autem Imperii omninò futurum arbitror, ſi nova Aurea bul-
la conficiatur ab illis, ad quos ea poteſtas pertinet, in qua uſus hodiernus, &
deciſio quæſtionum, inter Electores hactenus controverſarum, exhibeatur,
aliaque, quæ vel in veteri omiſſa, vel non ſatis exactè tradita, explicentur,
hocque modo perfecta fiat ſanctio Imperii fundamentalis. Cum verò non
ſufficiat ad quietem Imperii Concordia Electorum, verum etiam cœtero-
rum Statuum, atque membrorum cum his, ac inter ſemetipſos invicem, re-
quiratur, in id quoque diligenter incumbendum, quo unicuique ſuum ſal-
vum ſit, & plana fiant ſingulis competentia jura. Hæc demum revera, meo
judicio, erit aurea bulla, & adamantina conſtitutio. His ita præmiſſis, ſub-
necto nunc obſervationes meas, quas ut Benevolus lector ſerena excipiat
fronte, ac mihi favere pergat, obnixè rogatur.

AD PROOEMIUM.

Obſervatio I.

Ad verb. Caroli.

1. *Diverſa lectio.*
2. *Quæ ex illis admittenda, quæve reſicienda.*
3. *Utrum melius ſcribatur Karolus, vel Carolus.*
4. *Kerl, quid ſignificet in lingua Germanica.*
5. *Error Iacobi Charronij Galli.*
6. *Carl, Karl, Carle, Carol.*

1. INſcriptio hujus Conſtitutionis alicujus privati eſſe videtur, qui epigra-
phamhanc præmiſit, ut lectori conſtaret, quid eo libro exhiberetur; eſt
verò diverſa. Goldaſti editio habet, Karoli IV. Romanorum Impera-
2. toris Aurea Bulla. Moguntina, Receſſibus Imperii præmiſſa, Aurea
bulla Caroli IV. Romanorum Imperatoris, & Regis Bohemiæ &c. Ego
eam conformandam duco verbis, quæ in initio Proœmii habentur, &
authoris ſtylo, quo etiam aliis in conſtitutionibus ſuis latinis uſus fuit, nem-
pè, ut non ſolum Imperatoris nomen, ſed etiam Regis Bohemiæ, omiſſo &
3. cœtera, exprimatur. Illud in arbitrio cujusque ſitum, ſcribere Karolus,
vel Carolus, cum utroque uſus fuerit idem Imperator; ut & alii ante ipſum
ejusdem nominis; ac quandoque in uno eodemque diplomate utrumque
reperiatur: quorum unum tamen magis ad Germanicam vocis originem
Kerl accedit, quod virum notat Goldaſt. *tom.* 1. *Alemann. rerum. p.* 1. *p.* 185.
4. & cum adjuncto in laudem, vel vituperium vertitur, ein rechtſchaffener Kerl/
5. ein redlicher Kerl/ ein ſchlimmer Kerl/ ein loſer Kerl. Fallitur enim Jacques
de Charron *en l'hiſtoire univerſelle de toutes nations chap.* 91. *p.* 583. qui ſcribit,
Carl ne ſignifie rien en Allemant: additque, *il y a bien plus d'apparence de
croire, que le nom de Carolus derive de l'ancien mot Gaulois, Caroleur, qui ſe
trouve*

Digitized by Google

trouue encores en pluſieurs dictionaires Francois, auec pareille ſignification que ſaulteur, ou danſeur. Verum Gallis non dicitur Carolus, ſed Charles, quod à Caroleur planè alienum. Apud noſtrates diverſa hodiè hujus nominis eſt 6.
ſcriptura; modò enim Carl, modo Karl exprimitur; Carolus autem V. Imperator promiſcuè uſus fuit Carl, Carle, & Carolo.

Obſervatio II.

1. *Bulla Latinis quid ſignificaverit.*
2. *Bulla ornamentum pueritiæ apud Romanos.*
3. *Bulla nomen ſigillis datum.*
4. *Materia ſigillorum.*
5. *Imperatorum ſigilla.*
6. *Pontificis ſigilla.*
7. *Aurea bulla uſi ſunt Imperatores.*
8. 9. *Vt & Reges Romanorum.*
10. 12. *Quibus literis adhibita A. B. aut adhibenda.*
11. *Nonnulla Impp. privilegia aureis literis ſcripta.*
13. *Magni Ducis Moſcoviæ ſigillum aureum.*
14. *Regum Neapolitanorum.*
15. *Principis Capuani.*

BUlla priſcis Latinis rem tumidam, ut in aquis ſunt guttæ, quæ orbiculan- 1.
tur, in cingulis ornamenta, in clavis capita &c. ſignificavit Lipſius *in analect. ad milit. Roman. pag.* 281. Fuit quoque ornamento pueritiæ apud 2.
Romanos ut docui *tom.* 1. *jur. publ. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 5. *& ſeqq.* quæ hic repetere nolo. Sufficiat dicere, invaluiſſe, ut nonnulla ſigilla quoque, propter 3.
formam ſuam dicta fuerint bullæ, dehinc bullare pro ſigillare, bullator pro ſigillatore, ac ipſa diplomata ita ſigillata, bullæ. *Martin. in lexico philolog. verb. Bulla.* Materia, quibus ſigilla repræſentantur, varia fuit, & eſt adhuc ho- 4.
diè. Julius Cæſar Bulengerus *de Romano Imperatore lib.* 2. *pag.* 349. docet, tempus fuiſſe, quo Imperatores uſi fuerint bulla aurea, argentea, cerea, plumbea; de quibus vide *d. lib.* 1. *jur. publ. cap.* 11. *num.* 20. *& ſeqq.* Hoc ab 5.
uſu poſtea ita receſſum, ut Imperatoris ſigilla ſint, vel aurea, vel cerea: (ſolo, quod norim, Ottonis III. exemplo excepto, qui plumbea bulla uſus pro appendice conſtitutionis, quam exponit Goldaſt. *tom.* 1. *Conſtitut. Imper. p.* 40.) argentea omninò uſurpari deſierit. Plumbeam Pontifex Romanus ſibi pro- 6.
priam fecerit, & earum uſum per peculiaria privilegia conceſſerit aliis; cereis tamen etiam utatur. (ac quandoque aurea, niſi me fallit Decius *conſil.* 175. *num.* 7. Borellus *lib.* 3. *de magiſtrat. edictis cap.* 13. *n.* 14. Choppinus *liu.* 2. *des droits des Religieux, & Monaſteres. tit.* 1. *num.* 33. *pag.* 320. & Spreng. *in Roma noua lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 36. ubi tradit, aurum adhiberi diplomatibus collati Cardinalatus.) Idem etiam fit ab aliis quibus ſigillandi jus eſt, diverſitate tamen coloris ceræ obſervatâ. vide *dict. cap.* 11. *num.* 26. Ubi Imperii morem expendimus, certi reddimur. 1. Imperatorem uti Aurea bulla, quod 7.
multis exemplis, tam ante Carolum IV. quam ipſius, ac ſequentium conſtat. 2. Eâdem uſum etiam Regem Romanorum, & adhuc uti poſſe, qui non- 8.
dum à Pontifice coronatus, ſive vacante Imperio electus, ſive eo non va-

tante electo Imperatori adjunctus. Eſt enim aurea bulla, & dicitur, ein
ſchraltes inſigne eines Römiſchen Keyſers oder Königs. Capitul. Ferdin. III.
artic. 46. Ferdin. IV. *artic.* 44. nulla addita diſtinctione, an coronatus ſit à
Pontifice, vel non coronatus; hæc enim prærogativa illi confertur per ele-
ctionem, non verò per coronationem Pontificis, fruſtra in contrarium eun-
tibus, Lancelloto *in templo omnium judicum. lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *quaſt.* 3. cum ſe-
quacibus, qui innixi Clement. Romana. *in f. de jurejur.* Illis enim non ex-
9. empla modò electorum Imperatorum, & Regum Romanorum, (Fride-
rici II. qui ſex annis antequam à Pontifice coronaretur bulla aurea uſus. Ca-
nin. *ſur la bulle dorée pag. m.* 61. Sigiſmundi apud Goldaſt. *tom.* 1. *conſtit. Im-
per. pag.* 170. Ferdinandi II. cujus meminit Mallinkrot *de Archicancellariis
S. Imperij part.* 2. *pag.* 117.) qui nunquam coronam Romanam ſuſceperunt,
adverſantur, verum etiam ipſa ratio, ac Capitulationes, quas modò allega-
10. vimus. 3. Auream bullam non omnibus Imperatorum aut Regum Ro-
manorum diplomatibus, literis, ac conſtitutionibus, indiſtinctim appendi;
ſed illis tantum, quæ majoris momenti; ac inter illas, ſecundum excellen-
tiam, Conſtitutioni Caroli IV. de qua hic agimus, attribui præ cœteris omni-
bus titulum aureæ bullæ, propter præſtantiam materiæ de qua diſpoſuit; ita
ut nihil ſplendoris illi deeſſe videatur, niſi quod aureis literis non fuerit con-
11. ſcripta, ut eſt ſcriptum privilegium, quod anno 1147. Conradus III. conceſ-
ſit Corbeienſibus. Kleinſorgius *in Chron. Weſtphal. Eccleſiar. lib.* 6. Mallinkrot.
d. part. 2. *pag.* 118. & ante illum, Ottonis I. confirmatio jurium Romanæ Ec-
12. cleſiæ. Idem *d. tr. in notis pag.* 235. 4. Auream bullam non aliis Imperatorum
diplomatibus appendi debere, quam illis, quæ in Cancellaria Imperii conſenſu
Imperatoris conficiuntur, die güldene Bull ſol an kein ander diploma, als
welches bey der Reichs-Cantzley mit Keyſerl. oder Königl. Verwilligungen auß-
gefertigt worden/gehencket werden/ *d. capit. Ferdin. III. art.* 46. *Ferd. IV. art.* 44.
13. Extra Imperium noſtrum, quilibet Monarcha, qui poteſtatem & manum
habet liberam, aurea bulla uti poteſt, licet non viderim illam ab ullo uſurpa-
tam fuiſſe, excepto ſolo magno Moſcoviæ Duce, cujus teſtimonium Medi-
co ſuo datum, quod in Bibliotheca Academiæ Oxonienſis, in Anglia, mihi
14. exhibitum, aurea bulla ornatum & roboratum deprehendi. Neapolitanos
Reges in more habuiſſe Reverſales, quas vocant, literas, tempore infeuda-
tionis Romanæ ſedi dari conſuetas, aureo ſigillo munire, pluribus exemplis
15. confirmat Cardinalis Baronius *in tractatu de Monarchia Sicilia.* Refert etiam
Oſtienſis Leo, accuratus rerum Caſſinenſium ſcriptor *lib.* 2. *cap.* 66. Guaima-
rium, Principem Capuanum, præceptum (diploma confirmatorium) feciſſe
S. Benedicto, cum aurea bulla, de omnibus Monaſterii Caſſini montis per-
tinentiis. Mallinkrot. *dictis in notis pag.* 235.

Obſerva-

Obſervatio III.

De quantitate, vel magnitudine Aurearum Bullarum.

Ratione quantitatis Aureæ Imperatorum Bullæ inæquales ſunt; Andronici Imperatoris Græci bullam deſcribens Mallinckrot *d. tr. pag.* 119. ait, ea magnitudine inter duplicem aureum Hungaricum, & Imperialis unciarii argentei nummi (Taleros vulgo vocatos, à Valle Joachimica, quæ omnium primos percuſſit) quadrantem media eſt. Majores ſunt Caroli IV. quæ integrum plus minus Imperialem exæquant. Omnium maximæ noviſſimorum Principum, certè Ferdinandi II. bullæ quadruplo ferè majores Carolinis apparent. Idem tamen Mallinckrotus *in notis ad tr. ſuum pag.* 236. fatetur, erratum nonnihil eſſe in deſignanda juſta quantitate; nam Carolinæ bullæ, ſi exactè menſurentur ad Matheſeos regulas, duplicem circiter orbiculari circumferentia Imperialem exæquare; Diametro enim quarta circiter parte, vel tertia hujus dimetrum excedere.

Obſervatio IV.

Verb. in nomine.

1. *Invocatio nominis divini eſt pia, & Chriſtiana actio.*
2. *Fit autem diverſo modo.*
3. 4. 5. 6. *Exempla.*
7. *An invocatio nominis divini in conficiendis inſtrumentis ſit neceſſario exprimenda.*

Invocatio divini Numinis, ut actiones, atque conſilia noſtra ſecundet, pia & chriſtiana eſt, atque Imperatoribus noſtris uſitata. Fit autem illa, vel mente, vel verbis, vel ſcriptura, ſed non ſemper una & æquali formula. Juſtinianus, hâc uſus fuit frequenter; In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, *in proœmio Inſtitutionum juris. ac l.* 1. *& C. de præf. prætor. Africa*: In exordio conſtit: dedit nobis Deus. *C. de vet. jur enucl.* In nomine Domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti, Carolus Magnus, conſtitutionem ſuam, de pace conſtituenda & conſervanda, & diviſione Regni facienda inter filios, apud Goldaſt. *tom.* 1. *conſt. Imper. pag.* 10. ita exorſus; in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Henricus II. conſtitutionem ſuam, de Regalibus beato Petro conceſſis, apud Gold. *d. tom.* 1. *pag.* 42. In nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Alii uſi ſunt hâc formula; in nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis; *ut* Carolus Craſſus apud Gold. *d. l. pag.* 28. Fridericus II. *apud eundem pag.* 73. *&* 85. ac Carolus IV. *in pr. hujus bullæ, & ejuſdem cap.* 3. nec non in aliis apud Chifletium, *in Commentar. Lotharienſi cap.* 4. *pag.* 17. *cap.* 5. *pag.* 20. Inſtrumenta pacis, noſtro tempore Oſnabrugis & Monaſterii, Weſtphalorum, anno 1648. confecta, in fronte habent, In nomine Sacroſanctæ, & individuæ Trinitatis. Cum verò ante in pace alibi facta, nec in initio ejuſdem talis, vel ſimilis formula appoſita, ac in ipſo

(margin: 1. 2. 3. 4. 5. 6.)

Digitized by Google

contextu ſequenti, Dei mentio vix ſemel, vel bis, aut ter, facta fuiſſet, à non-
7. nullis joculariter dicta fuit, der gottloſe Friede. Hæc verò nominis divini invocatio in ſcriptura apud nos neceſſaria non eſt, nec, ſi omittatur, actum vitiat: conſuetudine tamen alicubi neceſſaria fieri poteſt. Receſſibus Imperii illam præmittere uſus non introduxit. Quid Notariis in conficiendis inſtrumentis obſervandum ſit, docet Maximiliani I. Conſtitutio, zu unterrichtung der offenen Notarien, wie die ihre Aempter üben ſollen/ facta Coloniæ anno 1512. §. und nach dem von gemeinen *in c. receſſ. Imper. pag.* 95. & apud Gold. *d. tom.* 1. *Conſtit. Imper. pag* 223. *c.* 1. §. 2. ac quæſtio hæc ferè prima eſt, quæ dupondiis in explicatione Inſtitutionum juris innoteſcit.

Obſervatio V.

Verb Carolus IV.

1. *Carolus in baptiſmate nomen Wenceslai accepit.*
2. *A quo fuerit progenitus.*
3. *Quando pervenerit ad Imperium.*
4. *Laudes Caroli.*
5. 6 7. 8 9. 10. 11. 12. *Ejuſdem vitia.*
13. *De Caroli liberalitate, & translatione Regni Arelatenſis in Regem Franciæ.*

1. IN Catalogo Imperatorum quinque reperiuntur Caroli, inter quos hic noſter numero quartus fuit, in baptiſmate dictus Wenceslaus, in confirmatione (*vide me d. lib.* 1. *jur. publ. cap.* 11. *num.* 45. *& ſeqq.*) poſtea, authore Rege Franciæ Carolo pulchro, apud quem pueritiæ rudimenta exegit, Ca-
2. rolus appellatus. Filius fuit Johannis Regis Bohemiæ, & Comitis Lützel-
3. burgenſis, ex altera ejus uxore Eliſabetha, Wenceslai ſenioris filia. Ad Imperium pervenit, vivente adhuc Ludovico Bavaro Imper. Pontificii anathematis execratione oppreſſo. Verùm nec illud liberè tunc nactus, nec poſt mortem Ludovici quietè tenuit, ſed corrivales habuit, ex parte Edoardum Anglum, Fridericum Marchionem Miſniæ, ac Guntherum, Comitem Suarceburgenſem; at ipſi fortuna præ reliquis tandem favit, & Imperii adminiſtrationem confirmavit. An virtutibus magis, & actionibus laudabilibus prævaluerit, an verò vitiis victus ſit, non unum eſt ſcriptorum judi-
4. cium. Ad ea, quibus laudem meritus, referri debent, quod dicatur vir Religioſus. *Cuſpin. in ejus vita p.m.* 385. quod fuerit Patronus & Cultor juſtitiæ. Leheman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 7. *cap.* 36. *pag.* 782. Miles ſtrenuus. Peucer. *in Chron. Carion. lib.* 5. *p.m.* 806. Linguarum quinque peritiſſimus, ſcilicet Italicæ, Gallicæ, Allemannicæ, Boemicæ, & Latinæ, Cuſpin. *d. l.* Studiorum cultor ac promotor, & literatorum fautor; cujus teſtis eſt Univerſitas Pragenſis, quam paulò poſtquam eam fundaverat, aliquando ingreſſus, doctos audivit diſputantes in horas quatuor; purpuratis moleſtè id ferentibus, ac cœnæ tempus inſtare dicentibus, reſpondit, mihi tempus eſt minimè, nam cœna hæc mea eſt. Peucer. *d. lib. pag* 809. Conditor aureæ bullæ, quam nunc præ manibus habemus: quæ operum ejus præcipuum ac laudatiſſimum.

Peucer.

Digitized by Google

Peucer. *d. pag.* 807. Kyriander *part.* 14. *Comment. de Aug. Trevir. pag.* 118.
Cœterum, ab aliis variis argui ur vitiis, & actionibus parum honeſtis de- 5.
ditus fuiſſe dicitur. Dignus fuerat laude, inquit. Peucer. *d. pag.* 809. ni
Regnorum Bohemiæ, & Franciæ, quam Imperii amantior; ni rei privatæ
quam publicæ, ſuæque Poſteritatis, quam majeſtatis Imperii amplificandæ,
conſervandæque ſtudioſior; ni pecuniæ, quam recti, juſtique fuiſſet avi-
dior: & niſi maluiſſet ex diminutis potius paſſim, in Germania & Italia di-
gnitatibus, & opibus Imperii, alienatione regnorum, & publicorum vecti-
galium, venditione immunitatum, conceſſione libertatum &c. Niſi ergò
ex his diminutis & labefactatis potius, quam adauctis, ac ſtabilitis, maluiſſet
pernicioſa magis Reipubl. quam ſuis utilia, & tuta comparare præſidia, ad
diuturnitatem ac firmitatem: ſi denique florente Republica, ſuis etiam be-
nefactorum cogitaſſet. Hæc ſecum expendens Maximilianus I. Cæſar, ſæ- 6.
pius dixit, Carolo IV. peſtilentiorem peſtem nunquam Germaniæ contigiſ-
ſe. Jac. Spigelio. *teſte lib.* 5. *ad Ligur. Guntheri*; vel, ut Waremund ab
Erenberg *de regni ſubſid. cap.* 5. *num* 42. & Latherus *de cenſu lib.* 1. *cap.* 16.
num. 30. referunt, fuiſſe Carolum diſſipatorem Imperii, alterum Craſſum,
vitricum Imperii, & peſtilentiorem peſtem Germanis nunquam contigiſſe.
Vis ſcire (ſcribit Nicolaus Burgundus *de Elect. Bavar. pag.* 256.) quam pius
fuerit Carolus IV. ſpecta quomodo pervenerit ad Imperium: Non accepit
illud, ſed rapuit: ut rapere poſſet, perfidus eſſe ſuſtinuit. Quod autem ra-
puit, ſervire coegit, & perdidit. Vis ſcire quam juſtus fuerit? ſpecta quo-
modo Imperium adminiſtraverit. Cujus tota cogitatio à publicis commo-
dis longiſſimè averſa, Bohemiæ ſuæ bonum tantummodo curavit. Et hoc
de illo quoque Maximilianus Cæſar veriſſimè confeſſus eſt. Quot diplo-
mata perperam dediſſe putandum eſt, ſi idem Maximilianus nullum planè ra-
tum habuit, quod pater ejus Fridericus Imperator non approbaſſet &c.
Objiciunt illi alii, quod veneno inſidiatus fuerit vitæ Guntheri Suarcenbur- 7.
gici, contra ipſum in Regem Romanorum electi. Peucer. *d. pag.* 805. quod
Wenceslaum, filium ſuum, cujus mores, ingeniumque præ omnibus no- 8.
verat, ad Imperium promoverit, contrà juramenti tenorem, quod Electo-
ribus in bulla ſua *cap.* 2. §. 2. præſcripſerat, magnis pollicitationibus ac largi-
tionibus Electores corrumpens; quas cum exſolvere nequiret, publica ve-
ctigalia illis oppignoraverit, ac Romanum Imperium ad hanc calamitatem,
in qua hodie adhuc eſt, deduxerit. Quandoquidem, ait Cuſpin. *in vita*
Car. pag. 385. Electores Imperii ea ſibi retinent, quæ Imperatoris ſunt, at-
que ideò ſe Romanum Imperium attollere, atque lacertos movere vix poteſt:
nam tunc Principes Imperatorem jurejurando coegerant, ne pignora revo-
caret. Erga creditores ſuos non admodum fuiſſe promptum in ſolvendo 9.
debito. Albertus Argentinenſis in Chronico (apud Urſtiſ. *parte altera Ger-*

Digitized by Google

*man. hiſtor. pag.*144.) refert, Carolum IV. Moguntiæ mane volentem recedere, expectante omni gente ſua armata ante hoſpitium ſuum, non pagatis hoſpitibus Curiæ, & coquinæ ſuæ, & diu expectante tota gente, ad querelam unius carnificis (verba ſunt authoris, vult autem innuere fuiſſe lanium) Regem arreſtantis, ne diſcederet, factus eſt in populo tumultus. Promittentibus autem pluribus, ne diſcederent hoſpitibus non pagatis, Rex Spiram perrexit. Proſcripto autem carnifice à Wormatia, ipſe Spiræ ad gratiam Regis veniens, ad preces Regias eſt reſumptus: Extant Caroli IV. co-
10. dicilli ſolennes, dati anno 1355. Norimbergæ, quibus ſub ſuo ſigillo fatetur, & Regnum Bohemiæ ſolutionis ergò in hypothecam conſtituit, ſe Erkingero à Seinsheim in Gnetzheim/ Equiti, ſibi ſingulariter dilecto, debere 9300. aureos Rhenenſes, probos in pondere, numero, & menſura, quos ipſe Erkingerus repræſentarit ſuæ majeſtati Norimbergæ, ad ejusdem & Imperii luculentum uſum; nimirum 7000. aureos in prompta pecunia, reliquos 2300. ad exſolvendum ipſum nexu debiti, quo hoſpiti ſuo Norimbergenſi obſtrictus tenebatur. Quod penè incredibile videri queat, tantum *ſcilicet* Imperatorem in eas anguſtias redactum fuiſſe, niſi de ejusdem Caroli largitionibus pro ſe augendo, ſuisque extollendis, ad imminuendam potentiam Imperii, & dignitatem, & aliis defraudandis, ab ejus ſeculi ſcriptoribus, communi propè calculo commendaretur. Thraſybulus Lepta, *de ortu, vita, & rebus geſtis Georgij à Seinsheim. lib.*1. *pag.*19. *&* 20. ubi adjicit: Seinsheimiis iſtos Codicillos adhuc in manibus eſſe, nec ſolutionem à Carolo factam.
11. Præterea Carolo noſtro à quibusdam magiæ ſtudium impingitur: Nec præteriit id in ejus vita hiſtoriographus Colonienſis, qui de eo hunc in modum ſcribit, Ind was ein geleirt wyß Fürſte/ He hatte lange zo Parys in Franckrych geſtanden/ ind ſtudiert/ ind konde die ſchwartze Kunſt/ als etzliche ſagen. Gold.
12. *in ration. ad. d. tom.*1. *Conſtit. Imper. pag.*103. Accuſatur præterea in ſpecie, quod Regnum Arelatenſe pro uno opiparo convivio donaverit Ludovico Andegauenſi, fratri Caroli Regis Galliæ. *ex Theodorico à Niem.* Lehem. *Chron. Spir. lib.*7. *cap.*40. *pag.*785. & præterea, quod omne jus Imperatorium in Italiam neglexerit. Magiam quod attinet, iſtius exprobratio ſine fundamento eſſe videtur, unicus enim eſt teſtis, isque obſcuri nominis, qui hujus fecit mentionem. Fortaſſis ſtudium philoſophiæ, cui Lutetiis Pariſiorum incubuerat, eo tempore, quo fama ferebatur, ibidem magiam publicè
13. doceri, huic conjecturam præbuit, ut ſophia pro magia fuerit habita. Quod de translatione Regni Arelatenſis à noſtratibus ſcriptum, illud plurimi ex Gallis elevare, imò negare conantur. *Les Empereurs pretendans quelque droit de Souueraineté ſur la Seigneurie du Dauſiné* (verba ſunt hiſtorici Regii Dupleix *tom.*2. *del hiſtoire generale de France. pag.*484. *n.*6. *&* 7.) *comme dependante du Royaume d'Arles, Charles de Boheme, Empereur eſtant venu en France*

France en l'ann 1377. en fit ceſſion, & donation à Charles Daufin, ſon petit neueu, fils de Charles V. & auſi luy donna des chaſteaux de Pompes & de Chameaux, les quels ils poſſedoit encore au pays de Daufiné, dont les Allemans l'ont grandement blamé, luy impoſant faulſement, qu'il auoit donné le Daufiné au fils du Roy de France, comme s'il euſt eu la proprieté meſme. Theodoric. de Niem (*labyr. tract. 6.*) *encherit ſur tous cette impoſture, diſant, que cet Empereur donna au Roy de France tout le Royaume d'Arles, qui auoit eſté ſoubs la juriſdiction de l'Empire depuis Otton le grand, pour un ſeul diner, que Louys d'Anion, frere du meſme Roy luy fit à Villeneuue d'Auignon, & en ſuite adiouſte, qu'il aliena auſſi le pays de Daufiné, en faueur des Francois. Tout cela eſt notoirement ſuppoſé, puis que long temps auparauant, il y auoit eu des Seigneurs particuliers, qui poſſedoient en proprieté le pais du Daufiné, le quel par l'union qui en a eſté faite à la Couronne de France, eſt enſé de meſme nature, & partant independant que de Dieu, & de l'eſpée Royale.* (Imperatores prætendiſſe, jus quoddam ſuperioritatis in Delphinatum, tanquam dependentem à Regno Arelatenſi, & Carolum Bohemiæ Regem, ac Imperatorem Romanum, anno 1377. in Gallia hoſpitem, eum donaſſe Carolo Delphino, nepoti ſuo, filio Caroli V. Regis Franciæ, ac ſimul obtuliſſe caſtrum Pompet, & Chameau, quæ tum temporis adhuc poſſidebat in eadem provincia; quam ob rem Germani Carolum multis conviciis proſcindunt, eidem exprobantes, ſed falsò, quod Delphinatum filio Regis Galliæ contulerit. Theodoricus de Niem hanc impoſturam Inſigniorem reddit, quando affirmat, hunc Imperatorem Regi Franciæ dediſſe totum Regnum Arelatenſe (quod ad Imperium pertinuerat à tempore Ottonis Magni) remunerationis ergò ob convivium, ſibi à Ludovico Andegauenſi, fratre dicti Regis, exhibitum in Villanova Avenionenſi; & addit præterea alienaſſe etiam Delphinatum in favorem Gallorum. Hæc omnia notoriè falſa ſunt, quoniam longo tempore antea Delphinatum tenuerant certi Dynaſtæ particulares; quæ ditio, poſtquam cum bonis Regni Gallici uniri cœpit, ejusdem naturæ & conditionis facta eſt cum cæteris ad illud pertinentibus, ac proinde haud aliunde dependens quam à DEO, & Gladio Regis.) Multa hic nobis offeruntur, quæ examen integrum merentur, quod hoc loco inſtituere noſtri non eſt propoſiti; hoc nobis nunc ſufficiat, Carolum id non egiſſe, quod alii ei objecerunt. Illum in Gallum ſolito benigniorem fuiſſe fatetur Conring. *de fin. Imper. German. lib. 2. cap. 24. pag. 596.* Cæſarea vero jura Gallo in perpetuum ceſſiſſe, falſum judicat. Quid in Italia à Carolo factum, expendit idem author *d. tr. cap. 20. pag. 425. & ſeqq. pag. 431. cap. 23. pag. 507.*

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio VI.

Verb. divinæ favente clementia.

1. *De formula, qua utuntur ſummi Principes, Nos DEI gratia.*
2. 3. 4. 8. *An eadem formula rectè utantur Principes Imperij.*
5. *Rex Daniæ an dici poſſit Souuerain.*
6. *Quis conſtituat Imperatorem, DEVS ne, an Electores?*
7. *Omnis magnatum poteſtas à DEO.*
9. *Qui inter Imperij ordines utantur prædicato DEI gratia.*
10. *Vnde id fieri cœperit.*

1\. QUod Carolus fatetur, ſe divina favente clementia eſſe Imperatorem, id communiori ſtylo effertur, DEI gratia; quamquam verò alii aliis utantur verbis, res tamen eodem recidit; ſic dicitur, divina clementia, divina favente gratia, divina propitiante gratia, divina ordinante providentia, ſecundum voluntatem DEI Salvatoris, pia DEI ordinatione, DEI patientia, DEI diſpoſitione, nutu DEI; hæc enim ſingula obſervavi, fuiſſe uſurpata. Qui prædicato DEI gratia utantur, docui *lib. 4. de jure publ. cap. 6. num. 15. & ſeqq. ac tom. 1. addit. ad d. cap. & num. pag:* 419. *ſeqq.* nec non in Notitia Regni Franciæ *lib. 2. cap. 6. lit. iii. & ſeqq.* quò benevolum lectorem remitto. Hoc ſaltem hic iterum ſub incudem revoco, quo jure Imperii noſtri Princi-
2\. pes hoc titulo, non minus quam Imperator, utantur? Videbatur enim omninò hoc prædicatum nulli convenire, niſi illi, qui ſuperiorem non agnoſcit alium, niſi DEUM, à quo eſſe & dependentiam ſuam habeat immediatè, non verò aliunde mediatè. Rebuffus *tom. 2. conſtit. Reg. tr. ut benef. vac. art. 2. gloſ. 1.* Chaſſanæus *ad conſuetud. Burgund. in proœm. ad verba, par la grace de Dieu.* Loyſeau, *des Seigneur. chap. 3. n. 66.* Aerodius *lib. 7. rer. ju-*
3\. *dicat. tit. 3. cap. 9. pag. 563. De quoy on peut inferer* (anteſignano Car. le Bret. *de la ſouueraineté du Roy liu. 1. chap. 2. p. 12.*) *que les Roys de France, tenans leur ſceptre de Dieu ſeul, n' eſtans obligez de rendre aucune ſoumiſſion à pas une puiſſance de la terre, & iouiſſans de tous les droits que l' on attribue à la ſouueraineté parfaite, & abſolue, qu' ils ſont pleinement ſouuerains dans leur Royaume: & c' eſt pourquoy dans leurs lettres Ils prennent ce tiltre, par la grace de Dieu, Roys de France; ſans que pas un de leurs ſubjects, de quelque dignitè qu' il ſoit ſe le puiſſe attribuer, qu' à peine de crime de leze Majeſté; comme il arriua du temps de Charles VII. à un Comte d' Armagnac, pour auoir eſté ſi temeraire, de prendre cette qualité dans ſes tiltres.* (unde poteſt colligi, Reges Franciæ, quoniam poteſtatem ſuam tenent à ſolo DEO, nec obligati ſunt ad ſubmiſſionem ulli terreſtrium, ac gaudent omnibus juribus, quæ attribui poſſunt perfectæ independentiæ, eſſe omnimodo abſolutos in ſuo Regno. Hinc utuntur in literis prædicato DEI gratia Rex Franciæ, quod nulli in hoc Regno, cujuscunque etiam ſit dignitatis, facere licet, niſi velit incurrere pœnam criminis læſæ Majeſtatis; ut contigit tempore Caroli VII. quando quidam Comes Armagnacenſis temerario auſu eo prædicato in literis ſuis uſus fuerat.)

Digitized by Google

fuerat.) Cum hac Galliæ Regis poteſtate, ſi conferatur poteſtas Imperatoris noſtri, manifeſtum fit, illam hanc longis poſt ſe relinquere paraſangis. Idem plane, & à fortiori, dicendum quoque erit de poteſtate Principum Imperii: unde Bret. *d. l. pag.* 11. expreſsè docet, *les Potentats d' Italie, & Allemagne, ne peuuent eſtre mis au rang des princes ſouerains, pource quils ſont uaſſaux del' Empire, que pluſieurs d' entre eux ſont comme du nombre des domeſtiques de l' Empereur, & prennent la qualité de Bouteilliers, d' Eſcuyers, & d' Eſchanſons, & que tous ſe qualifient uicaires del' Empire, qui ſont des tiltres incompatibles auec la Souueraineté.* Addit idem (quod contra Imperatorem, quoniam jurat in Capitulationem, àdduci poterit) *pluſieurs graues autheurs adiouſtent encore, que ſi les Roys par le ſerment quils ſont à leur ſacre, s' obligent enuers leurs ſubiects en des choſes, qui derogent aux droits de la Souueraineté qu' on ne peut pas les tenir pour ſouuerains; & rapportent pour exemple le Roy de Dannemarch, qui en la ſolennité de ſon couronnement, promet en pleine aſſembleé, de ne faire mourir, ny confiſquer aucun homme noble, & qu' il en laiſſera le iugement au Senat: que tous les gentils hommes auront iuriſdiction, & puiſſance de condamner à mort leurs uaſſaux, ſans appel: qu' il ne prendra point de part aux amendes, ny aux confiſcations, & qu' il ne pouura contreuenir à toutes ces choſes, ſans le conſentement de ſon peuple: certes il y a grande apparence de ſouſtenir, que ce Roy ne ſoit pas entierement ſouuerain, puiſque par ce ſerment il remet à ſes uaſſaux les principaux droicts de la ſouueraineté.* (Italiæ & Germaniæ Principes non poſſunt referri in numerum Principum abſolutorum, quoniam ſunt Vaſalli Imperii, & plurimi ex iisdem quaſi miniſtri domeſtici Imperatoris, ac utuntur titulo Pincernæ, Mareſchalli, Camerarii & omnes ſe nominant Vicarios Imperii; qui tituli excludunt independentiam, & ſuperioritatem. Multi graves viri addunt etiam, Reges, qui juramento, quando ſacrantur, ſe obligant ſubditis, reſpectu rerum, quæ derogant juribus Majeſtatis, non poſſe haberi pro abſolutis. Exempli loco proferunt Regem Daniæ, qui dum coronatur, promittit publicè, nolle ſe morti addicere virum Nobilem, nec ejus bona confiſcare, ſed judicium committere Senatui, omnibus nobilibus permiſſurum exercitium juriſdictionis, & poteſtatis in Vaſallos ſuos, etiam usque ad mortem, remota appellatione, nec velle partem mulctarum, & confiſcationum, ſibi attribuere, nec quicquam horum agere ſine conſenſu populi. Certè videtur dicendum, hunc Regem non eſſe omninò abſolutum, poſtquam hoc juramento Vaſallis ſuis permittit majora Majeſtatis jura) Ut compendioſi ſimus, potiſſimum duo hic obſervanda veniunt, unum, à quo Imperator conſtituatur, an à DEO, an ab hominibus, alterum, qualem obtineat poteſtatem? In conſtituendo Imperatore concurrunt DEUS, & Electores; cum autem hi ipſi gratiam, & adjutorium DEI requirant ad electionem peragendam, ſatis

P patet

4. 5. 6.

patet eos non ſufficere ſolos, ac in illo concurſu DEI ſummas eſſe partes. Eligunt Electores, ſed ductu divino eligere debent, non proprio *A.B.c.2.§.2.* inſtrumenta ſunt ad electionem pertinentia, ſed inſtrumenta illa dirigit cauſa cauſarum ſuprema, cujus gratia regna conſtituuntur, Regesque regnant. In illo qui hoc prædicato utitur, modeſtiæ ſignum eſt; apud ſubditos autem illi majorem reverentiam ac authoritatem conciliat, dum perpendunt à Deo magis ſibi datum caput, Rectorem, Regem, Imperatorem, quam ab hominibus.
7. Ubi ad poteſtatem oculos dirigimus, deprehendere licet, non omnium Regum unam ac æqualem eſſe, ſed pro diverſitate Regnorum diverſam, & ita comparatam, ut ubi illa major, ibi ſtatuum & ſubditorum durior conditio, ubi minor, libertas horum major ſit: utraque tamen à DEO eſt, qui rerum publicarum author, & hominibus liberum arbitrium reliquit ſe dare in ſervitutem alterius, vel in patrocinium.
8. Quod contra Regem Daniæ diſputat Bretius, illud etiam alios concernit, qui vel ſimilia, vel majora per Capitulationes Regno, & ſubditis promittunt, quorum exempla ſuppeditat Arnilæus *de jure majeſtatis lib.1. cap.6. num.*11. *pag.*134. *& ſeqq.* qui tamen, licet poteſtatem omninò abſolutam non habeant, non minus gratia DEI Regis ſunt, quam illi qui abſolutiorem nacti ſunt.
9. Supereſt ut explicemus in ſpecie, unde titulus DEI gratia Principibus Germaniæ, qui tamen Imperii Vaſalli ſunt, & quo ſenſu competat. Eos non proprio jure hoc prædicato uti, ſed ex privilegio, tradit Müllerus *in addit. ad Rumelini diſſert.*1. *ad A.B. theſ.*4. *lit.a.* ſecutus Beſoldum ſuum *in tr. de majeſt. pag.*17. Mihi de privilegio non conſtat, & facti cum ſit, probari prius debet, vel exhiberi. Carpzovius *d.l. Reg. German. cap.*1. *ſect.*1. *num.*10. pro ratione ſpecioſè allegat, quod Principes ad Regiminis Imperii conſortium ſint aſſumpti. Verum huic obſtat, quod non ſoli principes, ſed etiam dignitate his inferiores, & Civitates quoque Imperiales, ad illius Regiminis conſortium aſſumpti ſint, nec tamen prædicato DEI gratia utantur. Ut mores noſtri ſunt, prædicato hoc utuntur majorum ſubſelliorum Principes, Fürſten und Fürſtmäſſige / & in Receſſibus Imperii illud attribuitur Electoribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & qui his connumerantur, item Principibus politicis, non autem Prælatis, Comitibus, Baronibus, nec Civitatibus liberis. Extra Comitialia acta verò etiam Comites, aliosque nonnunquam prædicato DEI gratia uſos, reperire datur. A multis Prælatis, ſo doch nicht Fürſtenmäſſige / idem factum teſtatur Caſpar Klock *conſ.*3. *pertinente ad materiam contributionum, addito tractatui de contributionibus pag.*43. verb. von Gottes Verhängnüß.
10. Origo hujus tituli ab inveterata conſuetudine eſt, cui ne quidem Imperatores ipſi contrarii fuerunt, ſed paſſi ſunt membra principaliora eodem ſecum prædicato uti, in ſignum majoris libertatis. Promovit fortaſſis conſuetudinem, communis illa JCtorum theorica, Principem in ſuo territorio tantum poſſe, quantum

quantum Imperator poteſt in Imperio; quæ ſuo ſenſu, qui vagus eſſe nimium haud debet, generalis quidem eſt omnibus ſtatibus, licet prædicatum DEI gratia conſuetudine non omnes apprehenderint. Placuit tantum principalioribus, ſuæ poteſtatis, & dignitatis originem, æque ac Imperatoris, à divina repetere gratia. Hujus prædicati præ cœteris compotes eſſe debent, ſi reperiuntur, illi qui cum territoriis ſuis propriis, quæ gratia DEI illis contulerat, ad Imperium acceſſerunt: Cœteri qui ab Imperatoribus principes creati ſunt, uſu & conſuetudine ſibi hoc attribuerunt prædicatum, etiam Imperatoribus conniventibus; tandemque eò ventum, ut licet in diplomatibus, quibus Imperator Principis dignitatem vel confert, vel à ſe collatam atteſtatur, diſertis verbis hujus tituli non ingeratur mentio, attamen ſub generali illa conceſſione den Fürſtlichen Titul/ und Nahmen zu führen/ comprehendi illis videatur, quaſi titulus DEI gratia, & nomen Principis, connexa ſint.

Obſervatio VII.

1. *Maximilianus uſus fuit titulo Imperatoris Romani, & ſimul Regis Germaniæ.*
2. *Sed non ſemper.*
3. *Germani victores Romanorum.*
4. *An aſſumptio tituli Imperatoris, vel Imperii Romani, Germaniæ fuerit utilis, an verò detrimentoſa?*
5. Das Heyl. Römiſche Reich Teutſcher Nation.
6. Das Reich von Achen.
7. *Regnum Noviomagenſe.*

Verb. Romanorum Imperatoris.

CArolus IV. dum ſe Romanorum Imperatorem nominat, morem ab anteceſſoribus obſervatum ſequitur, Germanici Regni nulla adjecta mentione. Fuit hoc in uſu usque ad tempus Maximiliani I. qui uti cœpit hoc titulo, Wir Maximilian/ von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Keyſer/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ in Germanien ꝛc. König/ ut videre datur in pr. deß Reichs Abſchieds zu Trier und Cölln *anno 1512. in Cod. Receſſ. pag. 91.* Quo anno primum id factum, non habeo quod aſſeram, hoc novi, eodem titulo Maximilianum jam anno 1509. uſum, in decreto, quod legitur apud Knipſchild. de civitatum Imperialium Juribus, & privilegiis *lib. 3. cap. 29. num. 24. pag. 862.* In Imperii actis hoc obſervare licet, eundem Cæſarem in der Ordnung zu Trier und Cölln auffgericht/ anno 1512. 26. Auguſti. non uſurpaſſe titulum Regis Germanorum, in Receſſu autem, iisdem in Comitiis, eodem anno & die, illum expreſſiſſe. *d. pag. 91.* & in conſtitutione de Notariis, Coloniæ d. anno 1512. 8. Octobr. lata: iterum omiſiſſe *pag. 95.* quamquam hanc quod attinet, credibile mihi ſit, in autographa prædictum titulum reperiri. Certè apud Goldaſtum *d. tom. Conſtit. Imper. pag. 222.* ubi illam conſtitutionem latino ſermone profert, expreſsè legitur; ac ita à ſequentibus Imperatoribus poſteà continuatus fuit. Hinc patet, Germanorum

norum Regnum, quod antea ſub nomine Imperii regebatur, ab illo ita ſeparatum, ut nomine & re differant, quamquam ab uno Imperatore regantur, vi electionis à Septemviris Germanis factæ. Nempe, Germani tenent Romani Imperii reliquias, non Romani Germaniæ Regnum. Victores ſunt Germani, & ſuo ſanguine ſibi acquiſiverunt Imperium, ut Fridericus I. Imper. Romanis maſculè reſpondit apud Ottonem Friſingenſem *de geſtis hujus Imper. lib.1. cap.21. pag.461. & ſeqq. edit. Urſtiſii tom.1. German. hiſtoric. illuſtr.* Rem probè perpendens Conringius *d. tr. de Germanor. Imper. Ro-*
4. *man. cap.12. pag.*108. ait, id ſilentio præterire non licet, poſſe cui, haud ſine cauſa fortaſſis, videri Imperialis nominis aſſumptionem, ut nulla neceſſitate exigente fuit inſtituta, ita Germaniæ non tantum non fuiſſe utilem, ſed etiam detrimentoſam. Certè nihil cauſæ obtendi poteſt, cur debuerit neceſſariò id nominis in Germaniam, atque Italiam Longobardicam derivari: Neque enim jus ullum, ſive divinum ſive naturale, id ipſum potuit expoſcere: Neque appellatione illa dignitatis aliquid Germaniæ accrevit; quippe quæ & alias nobiliſſima ſit regionum Europæ, & ſi disertè audiiſſet Domina Romani Imperii, (exigui ſcilicet illius Urbici) qualis profectò eſt, longè apertius majeſtatem ſuam oſtendiſſet. Ambigua verò illa ſignificatio nominis Romani Imperii, non poteſt non obſcurare jura, auctoritatemque Germaniæ: prono ſcilicet errore, ſubdita credi poteſt illius, cujus eſt Domina. Et verò haud pauci, tantum una illa de cauſa, graviſſimè peccaverunt, quod in republica profectò momenti eſt maximi. Neque Papa Romanus plus aliquandiu in Germania, quam in Gallia, Hiſpania, vel alibi potuit, niſi quod Romanum Imperium, adeoque & Germaniam, à ſe dependere nonnullis perſuaſiſſet. Quid ſi per errorem aliquid juris Papæ tribuiſſent in Imperio urbis Romæ, & Germaniam ritè diſtinxiſſent, nihil detrimenti ac turbarum hinc cepiſſet res Germanica; cepit autem plurimum, & ſatis quidem frequenter. In univerſum porrò, nemini, paulò prudentiori, ignotum eſt, quam facile convellantur jura rerumpublicarum, quæ forte fortuna ſub uno Principe coierunt, ſi pro antiquis, & diſtinctis nominibus, unum aliquod novum commune, aut unum ex multis pro omnibus uſurpetur, Si propriè loqui, & ſcribere amamus, Imperium Germanorum non Romanorum; Rex Germaniæ, non Italiæ, Longobardiæ, aut Romanorum; Imperator Germaniæ, non Romanorum, dici debet; ſed ab errore inveterato uſu nunc
5. vix licebit recedere. In actis tamen Imperii non raro fit mentio deß Heyl. Römiſchen Reichs Teutſcher Nation. R. A. zu Regenſpurg / *de anno* 1532. in exordio *pag.*229. Capitul. Caroli V. *art.*30. Rudolphi *art.*31. Matthiæ *art.*38. Ferdinandi II. *art.*37. Ferdin. III. *art.*39. Ferd. IV. *art.*37. Leopoldi *art.*37. deß Heyl. Reichs Teutſcher Nation / *d.* R. A. *de anno* 1522. *in exord. pag.* 228. R. A. zu Regenſpurg / *anno* 1541. *in pr. pag.*249. R. A. zu Speyer / *anno* 1544.

§. aber

Digitized by Google

§. aber das alles *pag.* 292. R.A. zu Wormbs/ *anno* 1545. Dieweil wir aber §. da-
mit nun *pag.* 310. R.A. zu Regenſpurg/ *anno* 1348. *in pr. pag.* 316. Cæterùm, 6.
reperio quoque nomen Reich particularibus civitatibus in Imperio attributum: Tales ſunt, civitas Aquiſgranenſis, de cujus Reich und Gebiet/ agit Noppius in der Aacher Chronic/ *lib.* 1. *cap.* 38. *tit.* von dem Reich von Aach/ *pag.* 140. Zeilerus apud Knipſchild de juribus & privilegiis civitatum Imper. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. *pag.* 704. ac civitas Noviomagenſis; de qua hæc refert. 7.
J. de Laet. *in Belgic. confœder. Republ. ſub tit. Geldria num.* 6. *pag.* 16. territorium urbi vicinum, Regnum Noviomagenſe vocatur. Regnum dicitur, quia Noviomagum, à quo nomen ſortitur, olim inter Regia palatia fuit; ut Aquiſgranenſium fines Regni quoque nomine cenſentur.

Obſervatio IIX.

1. *De titulo:* ſemper Auguſtus.
2. *Judicium Goldaſti de eodem.*
3. Allezeit Mehrer deß Reichs.

Ad verb. ſemper Auguſtus.

De prædicato, ſemper Auguſtus, notari meretur. I. illud ordinarium eſſe, aliquando tamen ita legi, Romanorum Imperator, vel Rex, & ſem- 1.
per Auguſtus; cujus exempla ſuggerit Leheman, *in Chron. Spir. lib.* 5. *cap.* 86. *pag.* 595. *cap.* 94. *pag.* 607. *lib.* 7. *cap.* 21. *pag.* 758. & Author fundamentorum diſcurſus von den Reichs-Vogteyen/ *ſub lit. I. pag.* 43. II. Goldaſtum *in rational. ad d. tom.* 1. *conſtit. Imper. pag.* 65. arbitrari, τὸ ſemper haud reperiri in hac 2.
nota ante ævum Friderici I. Imper. quo primum Auguſti nomen ab augendo, ſtoici noſtri juris interpretes derivare cœperint. Quam nominis definitionem, ſive potius rei ipſius etymologiam noſtros interpretes exædificare Pontifices Romani docuerint, Imperii incubatores. Unde Germanicum illud epitheton profluxerit, quod ante id temporis incognitum, allezeit Mehrer deß Reichs. Additque idem ibidem, quod in Caroli Magni Conſtitutione Theodonis Villana legitur, Imperator Cæſar Carolus, Pius, Felix, Victor ac Triumphator ſemper Auguſtus; ſcias, tota hæc verba tranſumpta eſſe ex procemio Inſtitutionum Juſtiniani Imperatoris, ubi τὸ ſemper non ſequenti verbo Auguſtus, ſed præcedentibus victor ac triumphator adjungitur, atque cohæret, quorum & ipſum nomen Auguſtus quodammodo videtur eſſe adjectivum, ut Grammatici loquuntur. Hottomanni commentio de Auguſto ſubtilior eſſe videtur, quam verior, quem tamen eſt ut videas, qua ratione Auguſti nomen Carolo velit uſurpatum, *in Comment. ad d. procem.* ſine dubio æmulatione quadam ductus Carolus, Juſtiniani titulos ſibi vindicavit, quod ita pulſis Longobardis Imperium Romanum recuperavit, ut Juſtinianus devictis Gothis. Primus, quod ſciam, adverbium ſem- 3.
per τῷ Auguſtus aſtrinxit Accurſius gloſſator, cujus hæc ſunt verba: ſemper

Auguſtus, quia hujus debet eſſe propoſiti quilibet Imperator, ut augeat, licet hoc non ſemper faciat; quem plerique Doctores ſequuntur. Et Engelbertus Abbas Admontenſis, *de ortu & fine Roman. Imperij cap.*10. termini Romani Imperii priſtinis temporibus per aliquos Imperatores, vel ex decreto, vel ex pacto cum aliis gentibus, ſunt quaſi licitè & utiliter limitati, & anguſtati, qui tamen Imperatores, quod ad hoc, tunc non Auguſti ab augendo, ſed anguſti ab anguſtando fines Romani Imperii poterant appellari. Hucusque Goldaſtus, cui quid, adverbium ſemper, quod attinet, oppoſuerim, vide *tom.*1. *jur. publ. lib.*2. *cap.*1. *num.*31. Tertiò, uſum apud nos, viciſſe rationem, dum ſemper Auguſtus à noſtratibus redditum, allzeit Mehrer des Reichs.

Obſervatio IX.

1. *An Ducatus Bohemiæ rectè evectus fuerit in Regnum.*
2. *Friderici Imper. reſponſum, datum Carolo Burgundiæ Duci.*
3. *C. Scitote 6. quæſt. 3. ſenſus.*
4. *Bodini judicium.*
5. *Cenſura authoris.*
6. *Regni Ivetotani, in Francia, exiguus tractus.*

1. SUnt, qui ex c. ſcitote 6. quæſt.3. probare voluerunt, Ducatum Bohemiæ non debuiſſe evehi in Regnum, cum non haberet niſi unicum Epiſcopum Pragenſem. Hoſtienſis *in c. conſtitutus d. teſtib.* Baptiſta Caſtellanus *in d. c. ſcitote,* Spiegel. *ad lib.6. Ligur. pag.*372. apud Reuber. *tom.*1. *veter. ſcriptor.*
2. Eandem ob cauſam, cum Carolus Dux Burgundiæ Regiam dignitatem affectaret. Fridericum Imperatorem reſpondiſſe affirmat author Magni Chronici Belgici *pag.*402. *apud Joh. Piſtorium inter Germ. veter. ſcriptores ſex*, cer-
3. tum illi deeſſe numerum Epiſcopatuum, Regiæ majeſtati debitum. Verum, id d.c. ſcitote ſancitum non eſt, cum ſaltem referat, certam provinciam eſſe, quæ habet decem aut undecim civitates, & unum Regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & unum metropolitanum, alioſque ſuffraganeos de-
4. cem, vel undecim Epiſcopos judices, Ac rectè, me quidem judice, ſcribit Bodinus *de Republ. lib.*1. *cap.*9. *p.m.*227. non ideò, quia finibus anguſtis Bohemia continetur, Regni appellatione indigna eſt, ut quidam ſcripſerunt;
5. neque enim Regiam majeſtatem locorum ſpatiis metiri debemus. Certè, ille Epiſcoporum numerus, non magis neceſſarius eſt ad Regni conſtitutionem, quam illa nonnullorum traditio, *qu'il faule qu'un Empereur ayt ſoux ſoy quatre Royaumes, un Roy quatre Duchez, un duc quatre Comtez, un Comte quatre Baronies, un Baron quatre Chaſtellenies, & un Chaſtellain quatre fiefs.* (Imperatorem debere ſub ſuo habere Imperio quatuor Regna, Regem quatuor Ducatus, Ducem quatuor Comitatus, Comitem quatuor Baronatus, Baronem quatuor Caſtellannas ſatrapias, Caſtellanum quatuor feuda) quam

Digitized by Google

quam refert, & rejicit Paſquier *liu. 2. des recherches de la France, chap. 11. pag. 72. veter. edict. choſe,* (ait) *que ie croy auoir eſte inuentée à credit par gens plus plains de loiſir que de ſçauoir* (credo iſtam traditionem niti potius authoritate quorundam otioſorum, quam veritate) ut hominum ſtatura una & æqualis non eſt, ita nec Regnorum amplitudo. Juetotanum Regnum, 6.
in Francia, ſeptendecim ſaltem parochiis circumſcriptum fuit, *Vide meam notitiam Regni Franciæ. lib. 1. cap. 4. lit. ddd. eee.*

Obſervatio X.

Ad Verb. perpetuam rei memoriam.

De Verbis inſtrumentorum ad perpetuam rei memoriam.

IN vicem verborum ad perpetuam rei memoriam, Henricus VII. Imper. uſus fuit, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum, *apud Goldaſt. d. tom. 1. Conſtitut. Imper. pag. 95.* Fuit autem & eſt adhuc prior formula magis in uſu, in inſtrumentis, Wodurch die Handlungen und Willen der Menſchen / damit ſie nicht in Vergeſſen geſetzt / durch Mittel der Schrifft / in ewiger Gedächtnuß behalten werden / verba ſunt Maximiliani I. in der Ordnung zu unterrichtung der offenen Notarien zu Cölln 1512. auffgericht / *in Cod. Receſſuum Imper. pag. 95.*

Obſervatio XI.

Ad Verb. omne Regnum.

1. *Exordium A. B. unde petitum?*
2. *Diſcordia effectus.*
3. *Inſcriptio Curiæ Leodienſis.*

EXordium hujus conſtitutionis, partim petitum ex ſacris literis, ut Eſaiæ 1.
cap. 1. verſ. 23. Matth. cap. 12. verſ. 25. Marci cap. 3. verſ. 24. Lucæ cap. 11.
verſ. 17. &c. partim ex hiſtoriis profanis; pertinet autem ad locum commu- 2.
nem de effectu Concordiæ, ac diſcordiæ & diviſionis animorum in Republica, de quo paſſim apud Politicos, & in der Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg / *anno* 1522. auffgericht *in pr. pag. 138. Codicis Receſſuum Imper.*

Fronti Curiæ Leodienſis literis aureis inſcriptum; 3.

Stare diu neſcit quod non fulcitur ab alto.
Et diſcors in ſe regnum durabile non eſt.
Sic decet imprimis illum, qui cuncta potenter
Condidit, amplecti: Dominumq; fideliter unum
Quærere, poſt uno concordes vivere voto,
Hinc virtus, hinc pax, hinc & Reſpublica floret.

Digitized by Google

Obſervatio XII.

Ad Verb. dic ſuperbia.

1. *Carolus non ſatis excellens Rhetor.*
2. *Cauſa diviſionum.*
3. *Trojanum excidium.*

1. CArolus in hoc exordio, ſtudioſâ affectatione Rhetorem agere voluit, ſed, ut mihi videtur, non admodum feliciter: Seculum quo vixit, ve-
2. niam meretur. Cœterùm, quando diviſionis cauſas enarrat, ſuperbiam, inobedientiam, luxuriam, iram, ſi applicatio fiat ad Electores, eorum fama
3. ſatis videtur gravari. In repræſentatione harum cauſarum ſequor exemplar Bullæ Moguntiæ editum, ac propterea recedo à Palatino codice, qui iram ante luxuriam ponit; quoniam, ut fertur, deſtructio Trojæ ante bella Pompei, & Julii, contigit.

Obſervatio XIII.

Ad Verb. Chriſtianum Imperium.

1. *Chriſtianum Imperium, & Regnum Chriſtianiſſimum.*
2. *Rex Galliæ Chriſtianiſſimus.*
3. *Hunc titulum alij attribuunt Hiſpaniæ Regi.*

1. CHriſtianum Imperium, quod Romanum eſt, (eo nomine inſigne eſſe cœpit poſtquam Chriſtianam Religionem ſuſcepiſſet) diſtinguit Carolus à chriſtianiſſimo Regno, quo Germanicum indigitari arbitror, quod fundamentum eſſe dicitur, quo Imperium ſtabilitur. Unde inferre licet, fundamentum Regni non eſſe Imperium, ſed hoc ab illo dependere, tanquam à
2. fundamento quo nititur. Glorientur autem, quo usque velint, Francogalli de titulo Chriſtianiſſimi, tanquam Regi ſuo debito, (*vide meam notitiam Re-*
3. *gni Franciæ lib.2. cap.6. lit.zzz. pag.*437. & his contradicant Hiſpani quousque libuerit, (*videatur Chifletius in vindiciis Hiſpanicis, cap.*15. *pag.*149.) noſtræ Reipublicæ id parum oberit.

Obſervatio XIV.

Ad Verb. palmites.

1. 2. 3. 4. *Varia Elogia Electorum.*

1. VAriis elogiis mactantur Electores in hac bulla Carolina. Hic, in proœmio, audiunt palmites Imperiales, & Membra propinquiora Imperii,
2. (quod reiteratur *cap.*2.§.5.) Candelabra lucentia in unitate Spiritus, (quod petitum videtur *ex Apocal. Johann. cap.* 1. *verſ.* 13.) Solidæ baſes Imperii,
3. Columnæ, Proceres, *cap.*3.§.1. Columnæ immobiles. *cap.*12.§.1. Columnæ
4. & latera. *cap.*30.§.1. Pars corporis Imperatoris. *cap.*24.§.1. His adde, quæ conſignavi *tom.*1. *jur. public. lib.*3. *cap.*2. *num.*1. & *tom.*4. *in addit. ad d. cap.*2. & *num. pag.*286. *ac tom.*5. *addit. ad d. c.* & *num. pag.*142. nec non quæ leguntur *in annotam. ad Capitulat. Impp. in mantiſſa Capitul. Ferdin.II. pag.*619. ubi dicuntur:

Digitized by Google

dicuntur: deß Reichs Hauptſtände/ und innerſte Räthe/ auff welchen/ als Grundveſten/ das Reich vornemlich beruhet/ und beſtehet.

Obſervatio XV.

Imperium dicitur ædificium, cujus columnæ ſunt Electores.

Ad Verb. concuſsis columnis.

IMperium comparatur ædificio, quod vocatur ſacrum *d. cap.* 3. §. 1. cujus columnæ ſunt Electores, qui illud ſuſtentant, quibus concuſſis ruina imminet ædificio.

Obſervatio XVI.

1. *Olim fuerunt ſeptem Electores.*
2. *Nunc ſunt octo.*
3. *Maximilianus Primus inſtat, ut Archidux Auſtriæ interſit electioni Imperatoris.*
4. *Septenarius numerus cur placuerit olim.*

Ad Verb. ſeptem candelabra.

ELectores Imperii ſeptem numerat Carolus, & totidem etiam fuerunt ad noſtram usque ætatem, donec Oſnabrugis, & Monaſterii, Weſtphalorum, anno 1648 Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis cauſa conſenſit, ut vigore conventionis ibidem initæ, inſtitueretur Electoratus octavus. 1. 2.
vide Inſtrumentum pacis d. l. confectum. art. 4. §. *Quod ad Domum.* Sacer autem antea adeo habitus fuit ille numerus ſeptenarius, ut Maximilianus I. Imperator, Electores ſollicitans de jure ſuffragii in electione Imperatoria Archiducibus Auſtriæ communicando, repulſam tulerit, *vide me d. tom.* 1. *jur. publ. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 42. & nunc, in dicto pacis inſtrumento *d. art.* 4. §. *quid ſi vero contigerit.* caſus conſignatus reperiatur, quo eveniente, octavus Electoratus prorſus iterum expungi debeat. Cujus rationem non ex perfectione & præſtantia ipſius numeri, quam alii multis deprædicant (vide Andr. Laurentium *lib.* 8. *hiſtor. anatom. quæſt.* 31. & authorem, *du Labyrinthe Royal de l'Hercule Gaulois triomphant. chap.* 1. *pag.* 26. & *chap.* 9. *pag.* 100. quibus contradixi *d. tom.* 1. *jur. publ. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 33.) deduco, ſed à beneplacito conſtituentium, quibus ſeptenarius propter longum uſum à primo Electoralis collegii ortu familiaris factus. 3. 4.

Obſervatio XVII.

1. Keyſerlich Ampt.
2. *Caroli V. teſtimonium.*
3. *Imperatoris nomen, eſt nomen officii.*

Ad Verb. cum ex officio.

OFficii Imperatoris, quod Germanicè dicitur das Keyſerliche Ampt/ frequens eſt mentio in Imperii actis publicis, ut demonſtravi *in annotam. ad Capitul. Caroli V. artic.* 1. *verb.* Königliche Würden/ ꝛc. *pag.* 128. & *ſeq.* De Carolo V. Imperatore conſignavit Guilhelmus Zenocarus à Schauenburg. *de vita Caroli lib.* 3. *pag.* 167. quod ſemper Imperium, Imperialeque Diadema, 1. 2.

Q

non

Digitized by Google

non ut patrimonium ſuum ſe poſſidere, ſed ut magiſtratum gerere, profeſſus
3. fuerit. In eundem ſenſum concedit Charles Loyſeau *au traicté des ſeigneuries chap.2. num.18. pag.21.* ubi ait, *l'Empereur meſme eſt un nom d'office, non de Seigneurie, ſignifiant celuy, qui exerce le commandement:* quod ejusdem verbis, quibus utitur *d. chap.2. num.14.* explicari poteſt, quod ſit *le premier Magiſtrat, qui exerce la ſouueraineté comme officier, mais qui n'a pas la proprieté, comme Seigneur*; vel ut *num.15.* loquitur, *le premier officier de l'Eſtat, qui y a le premier commandement, & la puiſſante Souueraine, mais non pas en proprieté, comme un Seigneur Souuerain, ains en a ſeulement l'adminiſtration & l'exercice, comme tout officier de ce qui depend de ſa charge.* Etiam ipſum Nomen Imperatoris eſt nomen officii, non autem dominatus, illi competens, qui habet jus Imperii: id eſt, ut idem author alibi explicat, qui eſt primus magiſtratus, qui ſupremam poteſtatem exercet tanquam officialis, non jure proprio tanquam Dominus; vel ut poſtea ſubnectit, primus inter officiales ſtatus, cui imperandi facultas delata, cum poteſtate ſuprema, non ut eam exerceat jure proprio, ut Dominus abſolutus, verùm ut adminiſtrator, & quilibet alius officialis illa, quæ ejus officio annexa ſunt.

Obſervatio XLIX.

Ad Verb. ratione duplici.

1. *Imperator poteſt ſimul eſſe Elector.*
2. *Vnius hominis diverſi dantur reſpectus.*
3. & 4. *Exempla hujus propoſitionis.*

1. ESſe Electorem, & ſimul Imperatorem, non ſunt incompatibiles qua-
2. litates. Poteſt autem idem homo diverſis reſpectibus, diverſo jure, & diverſis qualitatibus cenſeri. Gail. *lib.1. obſerv.30. num.8. obſerv.40. num.8. lib.2. obſerv.124. num.14.* & de arreſtis *cap.6. num.14.* Knipſchild. *de Civitatat. Imper. Jurib. & privileg. lib.1. cap.3. num.17. & ſeqq. pag.27. & ſeq.* Cujus rei varia adduxi exempla *in annotam. ad Capit. Ca-*
3. *roli V. artic.7. verb.* Für uns / *pag.158. & ſeq.* quibus nunc agglomero. 1. quod Spartianus in vita Ælii veri *cap.6. pag.255. edit. Grut.* ſcripſit; Hadrianus Imperator doluit Ælii Veri mortem, ut bonus pater, non ut bonus prin-
4. ceps. 2. quod refert Hilarion de Coſte *tom.2. des eloges. part.5. pag.3. Louys XI. eſtoit d'un naturel defiant, & faſcheux à tous ſes proches, & par, je ne ſcay quel, malheur, on à remarqué qu'il à eſté mauuais fils, mauuais frere, mauuais gendre, mauuais mary, & mauuais pere.* Ludovicus XI. Rex Galliæ, maximè ſuſpitioſus erat, & moleſtus omnibus ſuis propinquis; ac obſervatum ab aliis, quod fuerit improbus filius, malus frater, pravus gener, malus maritus, & improbus pater.

Obſerva-

Obſervatio XIX.

Ad Verb. infra ſcriptas leges.

1. 2. *A. B. Varias continet leges.* 3. *Quæ olim fuerunt in ſcripturam redactæ*

AUrea hæc bulla non unam ſaltem, ſed varias leges exhibet, *cap.*1. §.8. *c.*21. 1.
*cap.*26. §.1. unde etiam liber dicitur. *cap.*1. §.18. qui variis conſtat capitu-
lis. *cap.*28. §.3. Unumquodque autem caput legis rectè lex dicitur, ut Do-
nellus *in comment. jur. civil. lib.*8. *cap.*22. contra Vallam *lib.*4. *elegant. cap.*48.
annotavit. Illæ autem leges, vel ſunt confirmatoriæ conſuetudinum rece- 2.
ptarum, vel definitivæ controverſiarum, vel novorum jurium collativæ, vel
jam antea latarum legum reiterativæ. Illarum, quæ ex legibus non ſcriptis, 3.
in ſcriptas translatæ ſunt, generaliter meminit Leheman *in Chron. Spirenſi
lib.*7. *cap.*35. *pag.*781. hiſce verbis: Als Keyſer Carolus zu Rom die Keyſerli-
che Cron empfangen/ und biſsher in Zeit ſeiner Regierung geſpürt/ das viel Un-
ordnungen im Reich daher entſproſſen/ daß die Recht und die Gewonheiten/ bey
der Keyſerlichen Wahl/ und viel andere Ding mehr/ daran dem Reich/ zu er-
haltung ruhigen Weſens/ viel gelegen/ in Schrifft nicht begriffen/ ſondern das
man nach Bericht und Weiſung der Alten/ die Gewonheiten und Gebräuch im
Römiſchen Reich gehalten/ dabey aber ſich offt zugetragen/ daß man die Sa-
chen/ ſo ſelten zum Fall kommen/ in ungleichen Bericht befunden/ und darauß
offt beſchwerliche Irrungen hergefloſſen/ als hat Keyſer Carl ſolchen Beſchwe-
rungen/ und Anlaß zu ſo mannigfaltigen Spaltungen abzuhelffen/ im Jahr
1356. einen Reichstag im Januario gen Nürnberg gelegt; darauff die Ständ in
groſſer Anzahl angelanget/ daſelbſt der Keyſer mit dem Reichs-Rath/ das iſt/
mit Churfürſten/ Fürſten/ Graven/ Herren/ und der Reichs-Städt Geſand-
ten/ viel heilſame/ nützliche Ordnungen und Gebräuch im Teutſchen Reich/ in
Schrifften verfaßt/ zum theil vermehrt und verbeſſert.

Obſervatio XX.

1. 2. *Quem in finem A. B. fuerit condita.*

QUem in finem hæc bulla à Carolo condita fuerit, ipſe hîc exprimit; 1.
nempe, ad unitatem inter Electores fovendam, & electionem unani-
mem introducendam, ac deteſtandæ diviſioni, variiſque periculis, ex ea ſe-
quentibus, aditum præcludendum: Cui conſonat. *cap.*3. §.2. *cap.*7. *in pr. &c.*
Comprehendere hanc bullam, ſcribit Cario *Chron. lib.*5. *p.m.*807. leges, ri- 2.
tusque, ſervandos in electione Imperatoris, ac conſulere atque cavere pote-
ſtati, authoritati ac dignitati ordinum omnium: ſed hoc mihi nimis generale
videtur, credoque Caroli intentionem principalem fuiſſe, quam ipſe in hoc
proœmio expreſſit; non nego tamen, etiam nonnulla, quaſi parerga, ad pa-
cem communem pertinentia, addita reperiri, *in cap.*14.15.16. & 17.

Q 2 *Obſervatio*

Digitized by Google

Obſervatio XXI.

Ad Verb. in ſolenni Curia.

1. *Curia quid notet.* 2. *Solennis Curia.*

1. CUria hic accipitur pro Comitiis, vel conventu Imperii, ac proinde *in c.11.* §.2. conjunctim effertur, colloquium, curia & congregatio ac §.3. curia ſeu congregatio. Germanica verſio utitur vocabulo Hoff/ de cujus varia ſignificatione egi *in annot. ad Capit. Caroli V. art.29. verb.* erſten Hoff. *pag.* 304.
2. ut & de Curia. *tom.1. jur. publ. lib.3. cap.9. num.68. & ſeqq.* Deprehendo autem in hâc bulla noſtra aliquando ſolennis Curiæ, ac quandoque Curiæ ſimpliciter ſine adjuncto, mentionem fieri, uno tamen ſignificatu, idque docui *d. cap.9. num.77.*

Obſervatio XXII.

Ad Verb. Nürembergenſi.

1. *Aurea Bulla partim Norimbergæ, partim Metis condita.*
2. *Explicatur locus ex bulla Sigiſmundi.*
3. *Error Sigiſmundi.*
4. *A. B. deſcriptio.*

1. QUando dicitur, Auream Bullam editam fuiſſe in ſolenni Curia Norimbergenſi, intelligi debet de Capitulis prioribus viginti tribus; reliqua enim quæ poſtea ſubjiciuntur, promulgata ſunt in Curia Metenſi; ſi inſcri-
2. ptioni *cap.*24. fidem attribuimus. Legitur quidem in aurea bulla Sigiſmundi Imper. apud Goldaſtum *d. tom.1. Conſtitut. Imper. pag.*166. anno 1431. Norimbergæ facta. *cap.*1. Carolinam Bullam confectam fuiſſe Metis; verum, licet hoc generaliter, & ſic de tota dici videatur, tamen ſi veritatem ſalvam vo-
3. lumus, de parte tantum intelligi debet. Ille autem error manifeſtus eſt, quando ibidem Sigiſmundus affirmat, in Bulla Metenſi. *cap.*16. agi de Pfalburgeris: Reperitur enim illud caput in Bulla Norimbergenſi, non vero in Metenſi. Credunt, & affirmant multi ex Norimbergenſibus, Aureæ Bullæ prædictam partem factam fuiſſe in domo ibidem ſita auff dem Ponersberg/ cujus inſigne hodie eſt, & dicitur zum güldenen Schild. Incidi nuper in manuſcriptum quoddam Chronicon Norimbergenſe, in quo legi, anno 1356. den 4. Jenner/ wurde ein groſſer Tag durch Keyſer Carl den IV. gen Nürnberg gelegt/ da hat er die gülden Bull promulgiren laſſen/ ſo zu Metz von den Fürſten deliberiret worden/ als das man forthin zu Franckfurt am Mayn einen Römiſchen Keyſer erwehlen ſolt/ ꝛc. Die ſieben Churfürſten ſeind täglich in deß von Plauen Hauß/ bey dem Roſenbad zuſammen kommen/ allda
4. Rath gehalten/ ꝛc. Quicquid ſit, ex textu noſtro, & inſcriptione *c.*24. patet, quid de definitione bullæ noſtræ, quam Dn. Georg. Theod. Dietrich/ in elegantibus notis ad A.B. *pag* 3. profert, judicandum veniat. Ait autem ille, Aurea bulla eſt pragmatica ſanctio, lata Norimbergæ, ab Imperat. & Statibus

Digitized by Google

bus Imperii, anno Chriſti 1356. leges continens fundamentales, juxta quas Regimen, & acta Imperii graviſſima ſunt ſuſcipienda, & expedienda.

Obſervatio XXIII.

1. *In quorum præſentia A. B. fuerit promulgata.*
2. *Solus conſenſus Electorum in nonnullis interveniat.*
3. *Cur hoc factum.*
4. *Obſervatio ad conſtitutionem Sigiſmundi, de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum.*

Ad verb. aſsidentibus.

Qui in dictis Comitiis præſentes fuerint generaliter indicatur, non expreſ- 1.
ſis in ſpecie illorum nominibus, ut moris fuit, & adhuc eſſe notum fit ex
ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii. Fuerunt autem præſentes. 1. Im-
perator. 2. Omnes Electores, tam Eccleſiaſtici quam ſeculares. 3. Alii
quoque Principes. 4. Comites. 5. Barones. 6. Proceres. 7. Nobiles. 8. Ci-
vitates magno numero. Quæ cujusque partes fuerint, & an omnium æqua-
les, diſquiri poteſt. Mihi videtur, Electorum omnium in pleriſque, in pau- 2.
cis vero ſaltem Electorum Eccleſiaſticorum *cap.* 23. conſilium & conſenſum
primas tenuiſſe, & adeò quidem, ut cæterorum, qui præſentes fuerunt, con-
ſilium in multis capitibus non fuerit requiſitum, tanquam in re potiſſimum
Electores concernente. Quod confirmare videtur, *cap.*3.§.2. *cap.*12.§.2. 3.
& *cap.*23. At cur in materia communi, quæ *cap.*16.§.1. continetur, tantum
conſilii Electorum mentio fiat, hæreo. Novi tamen, in re Electores con-
cernente, etiam conſilium aliorum aliquando interveniſſe, idque probari Si- 4.
giſmundi Imperatoris conſtitutione, de jure & ſucceſſione Electorum Palati-
norum, lata anno 1434. apud Goldaſtum *d. tom.*1. *conſtit. Imper. pag.*144. §.3.
Ubi prætereà & hoc annotatione dignum, Comitum (licet, ut ex ſubſcri-
ptione conſtitutionis apparet, eorum aliqui præſentes fuerint) nullam fieri
mentionem *in d.*§.3. ac Nobiles. Proceribus præponi.

Obſervatio XXIV.

1. & 2. *Nobiles immediati an fuerint, vel ſint ſtatus Imperii.*

Ad verb. Nobilium

Fruſtra laborant, qui Nobiles immediatos tempore Caroli IV. fuiſſe ſtatus 1.
Imperii inde colligunt, cum hîc dicantur comitiis interfuiſſe; aut, ſi
quicquam ex hoc peti poſſit, malè ex eo ad formam præſentem inferunt, vide
me *tom.*2. *jur. publ. lib.*6. *cap.*3. *num.*18. & *ſeqq.* & *tom.*4. *in addit. ad d. cap.*3.
*num.*9.10.18.19.23 &*c.* *ac in annot. ad Capitul. Caroli V. artic.*15. *verſ.* und dem
Adel. Quanto autem favore Imperatores illos proſecuti fuerint ex privile- 2.
giis eorum cognoſcitur. *vide d. tom.*2. *lib.*6. *cap.*3. *num.*49. & *ſeqq. ac d. tom.*4.
in additam. ad lib. 6. *cap.*3. *num.* 32. & 70. quibus à Ferdinando III. acceſſit
hæc gratia, Anno 1654. Das die Freye ohnmittelbare Ritterſchafft / im Land

zu Schwaben / Francken / und Rheinſtrom / auch deß Bezircks im untern Elſaß/ als iedes Corpus, Viertel/ Ritter-Ort und Bezirck/ und deſſen erbethene Directores, Hauptleut / Räth und Außſchuß / mit dem Prædicat und Ehren-Wort / Wohlgebohren / und Edel / ihre Mitglieder aber / welche nicht Herrenſtands ſeyn/ auch alle die jenige/ ſo ſich bey ihnen gebührend angeben/ und mit ihrer Erlaubnuß/ als tüchtige Mitglieder erkannt/ und ordentlich auffgenommen werden/ auch ihren hergebrachten Statutis ſich/ wie billig gemäß bezeigen/ mit dem Titul Edel/ die aber Herrenſtands ſeyn / Wohlgebohren / allergnädigſt begabt/ und verſehen; thun das/ (verba ſunt diplomatis) und geben ihnen die gedachte Ehren-Titul hiermit auß Römiſcher Keyſerlicher Majeſtät und Vollkommenheit/ wiſſentlich in Krafft diß Briefs/ alſo/ das nun hinführo von Uns/ und Unſern Nachkommen am Heiligen Reich/ Römiſchen Keyſern und Königen/ obgedachten Ritter-Creiſen / Viertheln / Orten und Bezircken / das prædicat Wohlgebohren/ und Edel/ und denen Mitgliedern/ jeden in privato und abſonderlich/ der Ehrentitul Edel/ die aber den Herrenſtand würcklich führen Wohlgebohren/ auch alſo ihren Nachkommen und ehelichen Leibs-Erben / und derſelben Erbens Erben in Ewigkeit/ von Uns/ allen Unſern und Unſern Nachkommen am Heiligen Reich und löblichen Hauß Oeſterreich / Cantzleyen / in Unſern und ihren Reden/ Schrifften/ Briefen / Miſſiven und andern/ ſo Uns und Unſern Nachkommen/ ſie betreffend / oder darinnen ſie ſonſt benennet oder beſtimmet/ außgehen werden / der Titul / Prædicat und Ehrenwort/ Wohlgebohren und Edel / obverſtandener maſſen gegeben / geſchrieben werde / und folgen ſollen / inmaſſen Wir dann ſolches zu geſchehen bey Unſern Cantzleyen allbereit durchgehend beſtellt und anbefohlen haben.

Obſervatio XXV.

1. *Nobiles præponuntur civitatibus.*
2. *Indeq; præcedentiam ante illas ſibi competere aſſerunt.*

1\. 2. VIdemus hic Nobiles præponi civitatibus; quod civitatibus Imperialibus opponunt immediati Nobiles, & ſibi præcedentiam præ illis competere concludunt. vide me *d. tom. 2. de jur. publ. d. lib. 6. cap. 3. num. 35. & tom. 4. in addit. ad. d. num.* 35. ac Hippol. à Treiſpach in den unfürgreifflichen Bedencken über etliche Fragen der Freyen Reichs-Ritterſchafft Stand / und Seſſion betreffend/ *quæſt. 6. pag.* 108. *num.* 401. *& ſeqq.*

Obſervatio XXVI.

Ad Verb. in Solio Majeſtatis

1. *Solium majeſtatis, ſella Regia, thronus.*
2. *Solium deauratum.*
3. *Sedes Saxea ex marmore.*
4. Der Königs Stul.
5. *Thronus Imperatoris in Comitiis.*
6. *Thronus Salomonis.*
7. *Thronus Regis Franciæ in Parlamento.*
8. 9. *Unde dicatur lectus juſtitiæ*, le lict de juſtice.

Quod

QUod hic dicitur ſolium majeſtatis Cæſareæ, illud à Johan. à Leidis *lib.23.* 1.
Chron. Belgic. c.9. appellatur Sedes majeſtatis, Sella Regia à Jovio *lib.34.*
*hiſtor. pag.*287. Thronus *c. Conſtantinus* 14. *diſt.*96. Petr. Gregor. Tholoſan.
de Republ. lib.6. cap.6. num.6. Höpping. *de inſignium priſco & novo jure cap.2.*
*§.7. ſect.2 membro 2. tit.4. num.*831. *pag.*146. Eſt verò hoc Imperatoris So-
lium non uniusmodi, ſed varium. Dum Aquisgrani coronatur, primum 2.
deducitur in Solium deauratum Sleidan. *lib.2. hiſtor. p.m.32. b. in f.* Noppius
in der Aacher Chronick. *lib.2. cap.2. p.m.56.* ad ſignificandum, ex mente Cru-
ſii, quam refert Höpping. *d.l. num.*832. Imperatoris in promiſſis conſtan-
tiam, in jure dicendo, juſtitiaque in terra adminiſtranda immaculatam con-
ſcientiam. Deinde collocatur in Sede Saxea. Sleidan. *d. l. pag.* 33. *a.* von 3.
weiſſen Marmol/ vulgò genannt deß Königs Stuel. Noppius *d. cap.2. pag.*58.
Fuit etiam alia ſedes lapidea inter nuceta Rheni, ſupra confluentem, ad op- 4.
pidulum Rens, nominata der Königs Stuel/ de qua nonnihil annotavi *tom.*
*1. jur. publ. lib.2. c.3. num.*88. Quam Imperator in comitiis occupat, ea pre- 5.
tioſis ſtragulis ita contegitur, ut ejus materia vix, & ne vix quidem incurrat
in oculos. Ut verò hæc omnia ſatis ſint ſplendida, haud tamen decore ſuo
imitantur thronum Salomonis, Regis Judæi, cujus magnificentia deſcribi-
tur. 1. *Reg. c.*10. *verſ.*18 19.20. Fecit (habet textus) Rex Salomon thronum 6.
de ebore, grandem, & veſtivit eum auro fulvo nimis, qui habebat ſex gra-
dus, & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori, & duæ manus hinc
atque hinc tenentes ſedile, & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas, &
duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde. Non eſt fa- 7.
ctum tale opus in univerſis Regnis. Solium Regis Franciæ, cui inſidet in
Curia Parlamenti dicitur *le lict de juſtice*; (lectus juſtitiæ) de cujus appellatio-
nis ratione non ſatis conveniunt ſcriptores Galli. Louys d'Orleans *lib. des* 8.
*ouvertures des Parlements. chap.*19. *pag.*241. ait, *ce qui eſt fondé, peut eſtre ſur*
le ciel, qui eſt tendu ſur la teſte du Roy, & ſur les aureilliers, ſur les quels ſa
majeſté ſe repoſe, comme dans ſon lict. (hoc inde eſt, quoniam ſupra caput
Regis uraniſcus extenſus conſpicitur, & pulvinaria adhibentur, quibus in-
cumbit Rex, quaſi in lecto ſuo quieſcens.) Petr. Greg. Tholoſ. *d.l. de Republ.* 9.
*lib.6. cap.6. num 6. p.*189. inquit, vocant Galli *le lict de juſtice*, quaſi in quo
quieſcat, vel reſideat juſtitia, quæ per Principem diſtribuitur & redditur.

Obſervatio XXVII.

1. *Infula Imperiales.*
2. *Ubi infularum fiat mentio in conſtitutionibus Impp antiquorum.*
3. *Infula Epiſcoporum & Abbatum.*
4. *Infula an accipiatur pro corona.*
5. 6. *Inſignia Imperialia.*
7. *Diadema quid?*
8. *Diadematis deſcriptio.*

Ad verb. Imperialibus Infulis.

Carolus

Digitized by Google

1. CArolus IV. in ſolio majeſtatis ſedens, decoratus fuit. 1. Imperialibus infulis. 2. Inſignibus Imperialibus. 3. Diademate Imperiali. Infulæ dicuntur Imperiales, ad differentiam infularum aliarum; idque non ſolum in jure civili antiquo obſervatum deprehendimus, ſed & poſtea in uſu per man-
2. ſiſſe certum eſt. Imperialium Infularum fit mentio *in l. benè à Zenone* 3. *C. de quadrienn. præſcript.* Infularum aliorum honorum in *l.* 1. *C. de tempor. appell. l. fin. C. de primicer. lib.* 12. vel dignitatum *l. murileguli* 11. *C. de Murileg. lib.* 11. ut conſulatus, præfecturæ, prætorii *l. fin. in pr. Cod. de decur. lib.* 10.
3. Imperialium Infularum mentionem facit Carolus noſter hîc, ac hujus Bullæ *cap.* 2. § 5. nec non *cap.* 26. §. 4. ut diſcernantur ab Infulis Epiſcoporum, & Abbatum. De quibus agit Höpping. *de inſign. priſco & novo jure c.* 2. §. 6.
4. *ſect.* 3. *membro* 6. *num.* 409. *& ſeqq.* Sunt, qui infulas in hoc textu accipiant de corona Imperiali, forſan quod Epiſcopali Infulæ non admodum diſſimilis ſit, ut ex Marquardo Frehero *in notis ad Petrum de Andlo. lib.* 2. *de Imper. Rom. cap.* 6. *pag.* 181. monet Höpping. *d. tr. cap.* 2. §. 7. *ſect.* 2. *membr.* 2. *num.* 760. *pag.* 136. Ego verò inter infulas, & coronam hîc diſtinguendum cenſeo, (licet ſub infulis aliquando coronam venire non negatum eam) ut Imperatoriæ locutioni ſua conſtet authoritas, qua tria ſeparatim exponuntur; arbitrorque omninò diademate coronam ſignificari; Infulam autem huic ſubjacere; quod me docet Lizius *lib.* 9. *coron. R.R. cap.* 2. *pag.* 756. *& cap.* 18. *p.* 802.
5. Quid porrò Carolus per inſignia Imperialia intelligi velit, ex ipſa bulla, hoc eſt ſigillo hiſce conſtitutionibus annexo, cognoſcitur, quod, ut *ſupra obſerv.*
6. *prælim.* 2. diximus ex Pileo, Imperatorem repræſentat, manu dextra tenentem ſceptrum, & in ſiniſtra pomum cum cruce. Tertium, cujus Carolus meminit, eſt Diadema, ſeu Corona Imperialis. Non fugit me Petr. Gregor. Tholoſan. *de Republ. d. lib.* 6. *cap.* 20. *num.* 31, *pag.* 232. tradere, coronam cum
7. diademate perperam, à quibusdam, confundi; nec animus mihi eſt huic contrariari, ſi exactè loqui voluerimus; at poſtquam verba valere dicuntur ſicut nummi, hoc eſt, ſecundum uſum, negari nequit Diadema nobis coronam ſignificare: Imò verò nihil obeſſe, quo minus hodierna Imperatoris Romani corona, Diadematis voce indigitetur, judicat Höpping. *d. tr de in-*
8. *ſign. priſco & novo jure cap.* 2. §. 7. *ſect.* 2. *memb.* 2. *pag.* 135. *num.* 758. Erant etenim, inquit, Germanorum Regibus ſuæ olim coronæ, quas, translata ad ſe Imperii Majeſtate, patrio more retinuerunt, & diadema vetus, diviſum in duas ſectiones, ſuperpoſuerunt. Quoties enim Imperiale Diadema intuemur, inferior Sphæra, quæ caput tangit, coronam veterem auream omninò exprimere videtur, niſi quod noſtro ſeculo magis floſculis aureis, lapidibusque precioſis ornetur; ſuperior autem pars, quæ in altum ſurgit, & ſupra quam crux refulget, atque cui infula ſacra ſubjacet, diſſectum planè diadema demonſtrat, veluti Sphæram auream ſecueris, ſectionesque rurſus per

modum

Digitized by Google

modum crucis conjunctas coronæ, qua caput præcingitur, impoſueris. Hæc ille ex Lazii, paulò ſuperius allegato loco, de inſignibus, & diademate; infra amplior dicendi dabitur locus, in obſervationibus ad cap. 25.

Obſervatio XXVIII.

Ad Verb. matura deliberatione.

1. *Legislationem præcedit matura deliberatio.*
2. *An ſemper hoc fuerit obſervatum.*

PRovidè, & ſapienter à Carolo noſtro factum, quod has leges ſuas non aliter ediderit, quam matura deliberatione prævia, hoc enim humanum 1.
eſſe ſtatuitur *in l. 8. C. de legibus*, & in Imperio noſtro neceſſarium factum eſt, *vide me in annotat. ad Capitulat. Caroli V. art. 2. verb.* beſſern/ *pag.* 138. *ac Inſtrumentum pacis Oſnabrug. artic.* 8. §. *gaudeant*. Atque in eo non valet opinio illorum, qui tradiderunt, ſummum Principem non poſſe ſolum ſine conſilio procerum ardua negotia expedire, hoc autem magis fieri decentiæ cauſa quam neceſſitatis. Anton. de Padilla *ad l. univerſa. C. de diverſ. reſcript. num. 9.* Cævallos *in ſpec. commun. opinion. contra communes quæſt.* 645. An 2.
autem ab omnibus in Comitiis præſentibus deliberatio ſuſcepta fuerit, ſupra *obſervat.* 23. expendi. De legibus, quæ in Curia Metenſi promulgatæ dicuntur *cap.* 24. non dicitur, quod prævia deliberatione aſſiſtentium fuerint editæ; probabile tamen eſt, id non minus factum, quam in anterioribus, ſed ita, ut illi tantum ad deliberationem admiſſi, quorum interfuit, & ſic ab ea excluſi, Epiſcobus Albanenſis ac Delphinus Viennenſis

Obſervatio XXIX.

Ad Verb. poteſtatis plenitudine.

1. 2. 3. 4. 5. 6. *Plenitudinis poteſtatis frequens eſt mentio in actu Imperii. ſed diverſimode.*
7. *Ea etiam attribuitur Regi Romanorum.*
8. *Quomodo intelligatur plena.*
9. *Vasquii explicatio.*

PLenitudinis poteſtatis Imperialis frequens eſt mentio hac in Bulla (ut hic *in proœm. cap. 1. § 1. cap. 3. §. 2. cap. 13. in fin. cap. 16. §. 2.*) ac aliis in actis 1.
Imperii, ſed non una loquendi formula. Ea, quæ præ cœteris frequentior, 2.
auß Römiſcher Königlicher Macht und Vollkommenheit: in dem Königlichen Land-Frieden zu Worms/ *anno* 1495. auffgericht. *tit.* Auffhebung aller Freyheit/ *pag.* 25. Handhabung deß Land-Friedens/ *d. l. & anno, tit.* von Sachen/ *pag.* 27. *Reformation* deß Weſtphäliſchen Grichts/ *d. d. anno pag. 33. m. & fine.* R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1500. *tit.* das die Dienſtleute/ *pag.* 64. *& ſexcentis aliis in locis.* Aliquando legitur, auß Römiſcher Königlicher Macht (omiſſa voce Vollkommenheit) *d.* Land-Friden zu Wormbs auffgericht/ *titul.* Welche umb Friedbruchs willen/ꝛc. *pag.* 25. Keyſerl. Land-Frid zu Augſpurg/ *anno* 1548. §. Und gebieten/ *pag.* 363. *Quandoq;* von Röm. Königl. Macht/ Krafft und Ge- 3.
walt. *Reformation anno* 1442. zu Franckfurt auffgericht/ *pag.* 15. interdum, 4.

auß Vollkommenheit Unſerer Macht / Cammergerichts-Ordnung zu Aug-
5. ſpurg/ *de anno* 1500. *tit.* die *Succeſſion* der Richter; aliquando, Vollkommen-
6. heit Unſerer Majeſtät. R.A. zu Trier und Cölln/ *de anno* 1512. §. Und nach dem/
pag. 93. interdum, von Röm. Keyſerl. Macht/ Hoheit und Ampts wegen.
7. Neuer Beſtallung zu Speyr/ *anno* 1570. *artic.* 41. *pap.* 631. Non ſolus au-
tem Imperator, verum etiam Rex Romanorum, qui vivente Imperatore
electus, hanc plenitudinem poteſtatis ſibi attribuit. R.A. zu Speyre/ *de anno*
1542. §. Würde ſich aber/ *p.* 275. & §. Hierumb *p.* 277. R.A. zu Nürnberg/
8. *de d. anno* 1542. §. Und damit/ *pag.* 286. Eſt vero hæc plenitudo intelligen-
da cum moderamine, & ita ut capitulationi, quæ Imperatori, vel Regi
Romanorum præſcripta, conveniat; unde etiam fit, ut ſi Imperator tali ple-
nitudine, qualem ab Imperio obtinuit, utatur; rem nihilominus perficiat,
auß Keyſerl. Macht/ Vollkommenheit/ und mit der Curfürſten/ Fürſten und
Ständen deß Reichs/ gemeinem zeitigen Rath und Willen. R.A. zu Augſpurg/
de anno 1530. §. Und meinen/ *p.* 200. Hæc enim poteſtas, licet ſuo ſenſu ple-
na dici poſſit, non tamen omninò abſoluta, & legibus ſoluta eſt, niſi exple-
9. nitudine poteſtatis velimus introducere plenitudinem tempeſtatis. Perti-
net huc Ferdinandi Vaſquii *illuſt. controv. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 2. explicatio; Si quando Princeps, ait ille, adjecerit clauſulam de plenitudine poteſtatis, vel de poteſtate abſoluta, perinde erit, ac ſi diceret, de poteſtate ſua; id quod in eo utile duntaxat, ut ejus magis ac magis declaretur voluntas, & animi deliberatio, non ut ejus augeatur potentia; ſicque illa clauſula de plenitudine poteſtatis, ubi adjecta fuerit, id efficiet, ut quatenus potentia ſe porrigebat, eatenus, nihil omninò dempto, porrigatur effectus illius actus, vel actionis, ſed ultra non porrigetur. Sicque eſt perinde, ac ſi diceret Princeps, ſe id facere ex certa ſcientia, inducit plenitudinem poteſtatis. Quem locum quoque adduxi *in prolegom. annot. ad Capitulat. Imperat. ſect.* 8. *num* 6. *pag.* 22.

Obſervatio XXX.

Ad Verb. duximus ſanciẽdas.

1. An Carolus Imperator, an vero Bartolus, auream Bullam conſcripſerit.
2. Dn. Dieterich carpit authorem.
3. 4. 5. 6. 7. 8. Sed immeritò.

1. GOldaſtus, *in Seniore lib.* 3. *cap.* 19. §. 3. laudat pro authore Bullæ noſtræ
Bartolum; qui fuit Conſiliarius Caroli, & Privilegio Comitivæ dona-
2. tus, ut tradit ipſe Bartolus *in extravag. ad reprimendum.* Dubitat de hoc
Limnæus *lib.* 1. *jur. public. cap.* 11. *num.* 82. ubi Bartolum anno publicationis in vivis deſiiſſe notat; addens, ipſum Carolum compoſuiſſe librum. Et negari ſane nequit, Carolum IV. literis apprimè fuiſſe doctum, teſte Reinecc. *in orat. de dignit. hiſtor. pag.* 19. ſed verò potuit Bartolus ex mandato Caroli conſcripſiſſe librum, & tamen ante publicationis diem mortuus eſſe, ut adeo nihil

Digitized by Google

nihil concludat allegata Limnæi ratio. Et ſententia Limnæi, Carolum IV. authorem Bullæ eſſe, eo ſenſu vera eſſe poteſt, quo Juſtinianus Imperator legitur divulgaſſe Inſtitutiones, Digeſta, Codicem, & Novellas, ita ſcribit Dn. Georgius Theodor. Dietrich *in not. ad A. B. in proœm. pag.* 2 Video 3.
hunc authorem, opinionem meam non ſatis ponderaſſe, nec ut à me prolata, repetiiſſe. Hoc verum eſt, me dubitaſſe, & adhuc dubitare de compoſitore aureæ bullæ, cum certi nihil de hoc traditum reperire detur. Inficias haud eo, in illa alicubi extare veſtigia cujusdam Jurisperiti, ſed qui nam ille fuerit, mihi manet incognitum. Carolum Imperatorem hanc compoſuiſſe bullam, nec ſcripſi, nec dixi, proindeque immeritò id à me factum affirmatur. Verba mea ita ſonant; nonnullorum fert opinio, Carolum IV. 4.
propriâ manu hanc compoſuiſſe bullam; quod, ſi fortaſſis non verius, attamen bullæ noſtræ decentius, quam cum aliis Bartolo hoc adſcribere; præſertim cum is eo, quo hæc publicata eſt, anno in vivis eſſe deſierit. Impoſ- 5.
ſibile non eſt, difficile licet fuerit, potuiſſe Bartolum, hominem non Germanum, ſed Italum, dum adhuc vitalem duxit Spiritum, juſſu Imperatoris ea in ſcripturam redigere, de quibus poſtea plenis in Comitiis deliberandum fuerit; at verò, non omne quod poſſibile eſt, pro facto haberi debet.
Porrò incredibile haud eſt, deliberatione matura Statuum nonnulla anno- 6.
tatis Bartoli (ſi illa præſupponimus) fuiſſe addita, nonnulla detracta, quæ certè mortuo non licuit ſuis miſcere. Totam ergo bullam, quam poſtea edidit Imperator, Bartolum conſcripſiſſe mihi perſuadere non patior. Di- 7.
cant, pero, contrariæ opinionis magiſtri, ſi Bartoli opera tota hæc bulla concepta, cur non tota ſimul in Comitiis Norimbergenſibus fuerit edita, ſed poſtea demum in Comitiis Metenſibus augmenta ſumpſerit. Quo ſenſu opinio illa (quam perperam meam eſſe dixit Dietrich) quæ Carolum IV. autorem bullæ hujus fuiſſe aſſeverat, vera eſſe poſſit, non ſatis congruè ab exemplo Juſtiniani accerſitur. Impoſſibile fuit Juſtiniano, Imperatori o- 8.
mnium literarum ignaro, (ut Cuſpinianus *in ejus vita p. m.* 14. annotavit, & ante eum alii) legum libros componere; Carolo verò, Principi apprime docto, non fuit impoſſibile auream conſcribere Bullam. Divulgari, quod ab aliis conſcriptum erat, benè potuit Juſtiniani juſſu, eademque poteſtas nec Carolo adempta fuit; verum non de divulgatione, vel promulgatione, hìc quæſtio eſt, ſed de compoſitione, quæ ab illa planè ſeparata.

Obſervatio XXXI.

1. *à quo fiat promulgatio legum in Imperio.*
2. *Sluteri explicatio* der Königl. Satzung von dem gemeinen Pfennig/ *de anno* 1495.
3. *Hæc examinatur, & rejicitur.*
4. *Quomodo fiat promulgatio.*

Digitized by Google

1. LEgum univerſalium promulgationem in Imperio ſolius Imperatoris
nomine fieri, certum eſſe tradit Sluterus, *in animadverſ. in Hippol. à*
2. *Lapide diſſertat. de ratione ſtatus part. 1. cap. 6. ſect. 2. n. 5.* additque: etſi enim
uno, eodemque ſermonis tenore, in pr. Königl. Satzung von dem gemei-
nen Pfennig/ anno 1495. (*in Cod. Receſſ. Imper. pag.* 28.) Ordines cum Im-
peratore, ſive Rege Romanorum, collocati reperiantur; id tamen non pro-
mulgationis, ſed conventionis ratione factum eſt, iis itidem, quæ ſolum
3. Regem propriè reſpiciunt, brevitatis ergò ſimul adjectis; ita ut verba illa,
uns mit einander vereiniget / und beſchloſſen / ad Regem & Ordines, verord-
net und geſetzt haben / ad ſolum Regem referenda ſint. Verum errore hæc
ſcatet interpretatio, quando verordnet und geſetzet/ refertur ad promulga-
tionem, cum tamen accipi debeant de conſtitutione, ad quam requiritur con-
ſenſus Statuum, & poſtea ſequitur promulgatio. Hoc probant clariſſima
verba Caroli V. in exordio der Reformation guter Policey zu Augſpurg anno
1530. (in *Cod. Receſſ. Imp. p.* 213.) Demnach haben Wir/ ſampt Churfürſten/
Fürſten und Ständen ꝛc. im Heil. Reich folgende Ordnung auffgericht / die
Wir auch allen ſampt und ſonders hiermit verkündigen. Porrò, ſeparationi
ſi locus dandus, verba ita debuiſſent exhiberi, Wir (puta Rex, & ſtatus
ibi enumerati) haben uns mit einander vereiniget / und beſchloſſen/ und Wir
4. Römiſcher König/ verordnet und geſetzet. Promulgatio ſolennis fit publicè,
præſente (utplurimum) Imperatore, & Statibus, vel eorum Legatis; ac,
ut ad notitiam omnium perveniant, quæ in receſſu conſtituta, typis excudi-
tur; prætereà, aliquando ad mandatum Imperatoris à Statibus, aliiſque
Dominis, ſubditis notificatur, hanc & hanc legem in Comitiis latam eſſe,
quam ſequi debeant. *vide in Cod. Receſſ. Imper. pag.* 189. *Caroli V. Conſtitu-
tionem*, Wie Brüder oder Schweſter-Kinder ihres Vatters/ Bruder oder
Schweſter verlaſſene Erbſchafft unter ſich theilen ſollen.

Obſervatio XXXII.

Ad Verb. Anno Domini.

1. *Epocha, qua annus à nato Chriſto diplomatibus additur, olim non fuit uſitata.*
2. *Sed introducta primum à Carolo Craſſo.*

1. ANtiquis temporibus non fuit in uſu data diplomatum ſignare numero
annorum à nativitate Chriſti, ſed anno Regni, hoc eſt Regiminis Im-
peratoris (*Author* der gründlichen Außführung der Reichs-Statt Lindau / die
ohnverſehens abgelöſte Reichs-Pfandſchafft betreffend/ *pag.* 864.) Aſt poſteà
2. à Carolo Craſſo introductum, ut in diplomatibus epocha illa obſervaretur,
qua annus à nato Chriſto deſignatur. Hæc communior eſt opinio, ut ex
allegatis *d. pag.* 864. cognoſcimus de epocha annorum regni vel Imperii, vi-
de me *in annotam. ad Capitul. Caroli V. artic.* 34. *verb.* Nach Chriſti Geburt/
num. 4 *& ſeq. pag.* 367.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio XXXIII.

Ad Verb. Indictio-em.

1. *De Epocha indictionum.*
2. *Hac uti debent Notarii.*
3. *Indictionis periodus ab Auguſto Cæſare originem habet.*

CArolus IV. ſolitus fuit conſtitutionibus & diplomatibus ſuis in fine addere numerum indictionis; quod etiam ab aliis Imperatoribus factum, ſed nec ab illo, nec ab his ſemper obſervatum. De eo conſtat, excepta hac Caroli Bulla, in toto Codice Receſſuum Imperii, Moguntiæ impreſſorum, nullibi in Receſſibus ejus apparere veſtigia. Quantum enim ordinationem Maximiliani, anno 1512. Coloniæ factam, *quæ habetur d. Cod. p.* 95. §. Und nachdem/ attinet, diſpoſitio tantum ad Notarios pertinet, non ad Imperatorem. Certè poſtquam indictiones illæ vetuſtum tempus Romanorum ſpectant, & res apud nos amplius antiqua forma in uſu non eſt, exigua virtus huic additioni adſcribi debet. Dicitur autem Auguſtus Cæſar, anno 3. ante Chriſtum natum, indictionis periodum excogitaſſe, ut indicium eſſet ſubditis, quando tributa perſolvenda eſſent: nam, primis quinque annis, aurum erat Romam adferendum; ſub finem ſecundi, id eſt, alteriùs quinti anni, ſive quinquennii, argentum; ſub finem tertii quinti anni; id eſt ſub finem decimi quinti, æs & ferrum erat adferendum, ad reparanda arma; & ita quinque anni ter repetiti, dicebantur Indictio, ſubintellige, tributi Romani. Keckerman. *ſyſtem. Aſtronom. lib. 2. c. ultimo ad finem.*

(Margin: 1. at line 1; 2. at "Maximiliani"; 3. at "ante Chriſtum natum")

Obſervatio XXXIV.

Ad Verb. quarto. Idus

1. *Qua die A. B. ſit edita.*
2. *Idus quid. & cujus uſus apud Romanos.*

BUcholzerus in indice Chronologico *p. m.* 365. Auream hanc bullam editam fuiſſe tradit. 10. Januarii die: Germanica verò bullæ editio, quæ, Codici Receſſuum Imperii inſerta, habet, am vierten Idus, oder neunden Tag deß Monats Januarii. Deciſio petenda eſt ex Romanorum more numerandi, apud quos ab Idibus denominationem habebant ſeptem dies, nonas immediatè ſubſequentes, non quod ipſæ eſſent Idus, ſed quod eas antecederent. Unde octavo, ſeptimo, ſexto, quinto, quarto, tertio & pridiè idus dicebant, hoc eſt, octavo, ſeptimo, &c. die ante Idus; qua ratione etiam ipſe iduum dies incluſus intelligebatur. Idus autem erant, in Martio, Majo, Junio & Octobri, decimus quintus dies menſis, in reliquis decimus tertius. Wagnerus *inſtit. hiſtor. lib.* 1. *cap.* 7. *pag.* 58. vel decimus quartus, ut docet Keckerm. *d. lib.* 2. *ſyſtemat. aſtronomic. cap.* 5. *pag.* 387.

(Margin: 1. at line 1; 2. at "Majo, Junio")

Digitized by Google

Obſervatio XXXV.

Ad verb. anno.

1. *Caroli IV. ſubſcriptiones diplomatum diverſa.*
2. *Ratio diverſitatis.*
3. *Formula ſubſcriptionis, qua uſus Sigismundus.*

1. CArolus IV. antequam Romæ coronam Imperialem ſuſceperat, ſe ſcripſit Regem Romanorum, & Bohemiæ, & in fine diplomatum ac conſtitutionum, addidit annum Regnorum. Hujus Exempla varia videre licet apud Goldaſtum *part.* 2. der Reichs-Satzungen/ *pag.* 35. *& ſeqq.* ac Leheman. *lib.* 7. *Chron. Spir. cap.* 41. *p.* 786. *& ſeq.* Poſt ſuſceptam verò coronam Imperialem uſus fuit titulo Imperatoris, & Regis Bohemiæ, ac in fine diplomatum appoſuit annum Regnorum & Imperii. In priori illa formula nihil
2. eſt, quod notari poſſit; at in ſecunda videtur non admodum benè proponi annum regnorum, cum tunc unius tantum regni nempè Bohemiæ Rex fuerit, nec amplius Rex Romanorum, ſed illorum Imperator. Ad mitigandum, vel potiùs planè evellendum hunc ſcrupulum, dicendum eſt, *hoc* ex more recepto ita factum, ut in initio nomen Regis Romanorum ab eo, qui in Imperatorem coronatus erat, non exprimeretur, quaſi Imperatoris Romanorum nomen Regis Romanorum abſorpſiſſet. In memoriam autem prius ſuſcepti Regni placuit in fine diplomatis etiam annorum Regni (Romani, vel Germanici) facere mentionnm, eosque ab anno ſuſcepti Imperii
3. diſtinguere. Singularis hâc in re fuit Sigismundus, qui in diplomatibus & literis ſuis, aliquando hac formula uſus; Regnorum noſtrorum Ungariæ &c. anno trigeſimo, Romanorum electionis ſexto, coronationis verò ſecundo; ut legitur in literis ad Concilium Conſtantienſe datis anno 1416. apud Goldaſt. *inter ſtatuta & reſcripta Imperialia pag.* 148. & in bulla, ubi agit de jure, & ſucceſſione Electorum Palatinorum, data anno Domini 1414. Aquisgrani, ipſa die coronationis noſtræ, quæ fuit octava Novembris, Regnorum noſtrorum, anno Hungariæ vigeſimo octavo, Romanorum verò electionis quinto, apud Goldaſt. *d. tom. conſtit. & ſtatut. Imper. pag.* 145. Olim in nonnullorum Imperatorum literis, & diplomatibus, diſtinctio facta fuit inter annum ordinationis, & annum regni, diverſimodè tamen, ſecundum temporum intervalla. Sub Carolinæ ſtirpis Monarchis, & Othonibus, obſervatum fuiſſe docet Malinckrot *de Archicancellariis Imperii part.* 2. *pag.* 62. *& ſeq.* ut illi annos Regni computarint, non à tempore mortis illorum, quibus ſucceſſerant, ſed ab ipſa primæva Regis tituli conſecutione, in arrham, & certitudinem ſucceſſionis ſecuturæ delati: id Ludovici Regis Germaniæ, Imperatoris Ludovici pii filii, Othonis Imperatoris, ejus nominis ſecundi, diplomata oſtendere: e contrario Henricos, tertium, quartum, & quintum, annos ordinationis numeraſſe à primæva electio-

Digitized by Google

electione, & coronatione Regia (hac enim, & in literis antiquis, & ab hiſtoricis paſſim, ordinationem nominari) annos Regni à termino cœpti regiminis & adminiſtrationis regiæ. Omnes autem tres Henricos, à vivis parentibus, in conſortium Regni aſſumptos fuiſſe, procerum Imperii aſſenſu.

Obſervato XXXVI.

Ad Verb. Regnorum.

1. *Quæ Regna tenuerit Carolus IV.*
2. *Regnum Romanorum, an aliud ſit, quam Imperium Romanum?*
3. *Partes Imperii noſtri diverſæ.*
4. *Quarum potiſſima eſt Germania.*
5. *Rex Francorum & Longobardorum.*
6. *Corona Aquiſgranenſis, Mediolanenſis, Romana, ſeu Imperialis.*
7. *In Capitulationibus tantum fit mentio coronæ Aquiſgranenſis, & Romanæ.*
8. *Carolus V. ſuſcepit coronam Longobardicam.*
9. *Rex Romanorum in Imperatorem promovendus.*
10. *Electus Imperator.*

CArolus annos Regnorum ab annis Imperii ſeparans, nobis occaſionem 1.
præbet inveſtigandi, an aliud ſit Regnum, aliudque Imperium, & ſic diſtincta? Regna, quæ Carolus tenuit, diverſa fuerunt; nempe, Romanorum, & Bohemiæ. De hoc conſtat eſſe Imperii noſtri Provinciam particularem, ſuumque habere Regem, qui Imperii quidem Vaſallus, ſed non electione Septem virorum ad id promotus; unde ſi caſus contingat, ut ſæpius contigit, Regem Bohemiæ eligi in Imperatorem, vel Imperatorem illud alio jure obtinere, extra controverſiam eſt, illud ſub nomine Regni Romanorum titulotenus non comprehendi, quemadmodum etiam pluralis locutio, in hoc proœmio à Carolo uſurpata, id haud obſcurè innuit. Quæſtionis itaque cardo in hoc ſolum hîc vertitur, an aliud ſit Regnum Romanorum, aliud Imperium Romanum, eo ſenſu quo hic conſiderandum venit, 2.
& conſequenter, an alius ſit Rex Romanorum, alius Imperator? Primo 3.
loco, & ante omnia hîc annotari debet, Regnum Romanorum, Imperiumque Romanum, ab antiquo ad nos traducto more, appellari, quod Germanis, non autem Romanis competit, ut ita ſincero intellectu appellari poſſet Regnum, & Imperium Germanorum. Eſt enim Germania, quæ ſibi ſua induſtria acquiſivit Imperium Romanum, quantum quidem tempore acquiſitionis Urbi fuit reliquum, nec non Longobardorum, vel Italiæ, Regnum, ut à nonnullis nominatur; non autem Roma, nec Italia, Germaniæ Regnum unquam ſui juris fecit; proinde Germani jus tenent imperandi Romæ, atque Italiæ. Quo de nunc amplius diſſerere opus non eſt, poſtquam de eo jam dixi, ſupra obſervat. VII. Ad quæſtionis deciſionem fa- 4.
cit, quod Imperii noſtri corpus diverſis conſtet partibus, quorum principale eſt Regnum Germanorum, alterum Romanorum Imperium, tertium Regnum Lombardiæ, vel Italiæ; hæ partes ſeparatim, & extra conjunctionem conſi-

conſideratur, ut fieri poteſt, diverſæ ſunt, tam nomine quam reipſa. Fuit
Germanorum Regnum antequam ſibi adjunxit vel Romam, vel Italiam, &
conſiſtere poterit etiam ſi ab illo avellantur (quod tamen ſine cæde & ſan-
guine fieri poſſe, vix eſt credibile) Roma, & Italia. Poſtquam verò Ger-
mania hæc Regno ſuo acquiſivit, benignè adeo cum illis egit, ut non modo
earum memoriam in titulis, ſed etiam in diverſis coronis conſervare ſtudue-
rit. Titulos quod attinet, Romæ major, quam Longobardiæ cura fuit;
hujus enim rarò facta eſt mentio, cujus una ſaltem mihi nunc ſuccurrit,
quam aliquando legi apud Lupoldum de Babenburg, libroque m ſcripſit de
jure Regni & Imperii *cap. 5.* ubi ex Privilegio quodam Henrici II. dato Ec-
cleſiæ Herbipolenſi, refert, illum Imperatorem, ante unctionem & coro-
5. nationem Imperialem, ſe ſcripſiſſe Regem Francorum, & Longobardorum.
6. Coronarum diſtinctio in hac ipſa bulla noſtra reperitur. *cap. 26. §. 4.* nimi-
rum, Aquisgranenſis, Mediolanenſis, & Imperialis. Aquisgranenſis (quæ
eſt Regni Germaniæ, vel, ut olim loquebantur, Regni Francorum; aut,
ut, Fridericus Imper. in quadam epiſtola ad Ottonem Friſingenſem patru-
um ſuum, eam appellitat, Regni Teutonici) fit etiam mentio in bulla no-
ſtra *cap. 4. §. 3.* ubi appellatur diadema Regium. *& cap. 28. §. 5.* Imperialis
corona venit nomine Imperialium infularum. *cap. 2. §. 5. & d. cap. 26. §. 4.*
Ego de ſingulis egi *tom. 1. jur. publici. lib. 2. cap. 4. num. 2. & ſeqq. In annota-*
7. *ment. ad Capitul. Caroli V. artic. 30. pag. 310. ac 341. & ſeqq.* ubi *pag. 312. num.*
8. 20. notavi, in capitulationibus Imperatorum, duarum ſaltem coronarum,
ſcilicet Regiæ, quæ Aquisgranenſis eſt, & Imperialis, quæ Romana, com-
memorationem fieri; Longobardicam verò ſilentio tranſmitti, tanquam
non neceſſariam. Carolum tamen V. ſponte ſua voluiſſe antiquum morem
obſervare, vel Italorum voto locum dare: (qui æque, ut cæteri orbis po-
puli, magnifacere ſolent, ut ſibi conſervetur conſuetudo vetus) vel etiam
admonitionem Pontificis venerari &c. Pontificem autem hujus coronæ
memoriam non depoſuiſſe illo tempore, ſatis patet ex juramento quod Ca-
rolo præſtandum præſcripſit, (legitur apud Rouſſellum *hiſtor. Pontific. ju-*
risdictionis lib. 7. cap. 3. pag. 728. num. 43.) hac initiali formula; Ego Caro-
lus Rex Romanorum, & Longobardorum, promitto &c. Porro etiam
9. hæc ipſa bullæ noſtra *cap. 2. §. 5. & 6.* differentiam eſſe docet inter titulum
Regalem, & Imperialem, idemque confirmat, dum phraſi hâc ſæpius re-
petita utitur, Rex Romanorum, in Imperatorem promovendus. (*vide in-*
fra ad cap. 1. §. 1. obſervat. 5.) Quæ differentia hodiè non multum attendi-
10. tur, quando placet, Imperatoris electi nomine uti, & coronationem Ro-
manam non amplius ambire, tanquam ſupervacuam.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio XXXVII.

Ad Verb. Imperii verò primo.

1. Error latinæ editionis A. B. Moguntinæ.
2. Carolus IV. quo anno Romæ coronatus.
3. à tempore ſuſcepta Corona Romana olim anni Imperii numerati fuerunt.

CArolus anno Imperii ſui primo bullam hanc edidiſſe diſertè profitetur; 1.
at Moguntina editio latina, Codici Receſſuum Imperii præmiſſa, & à mendis recens repurgata, (ut rubrica ſonat) pro anno primo Imperii ſubſtituit ſecundum, ſed malè. Etenim Carolus Romæ coronatus fuit Imperator anno 1355. die paſchatis, 5. Aprilis Bucholzer. *indic. chronolog. pag. 365.* 2.
pluresque alii, quos nominat Buxtorffius *in diſſertat. hiſtorico juridica ad A.B. theſ. 8. lit. b.* Auream autem hanc bullam edidit anno 1356. menſe Januario; itaque anno Imperii primo currente, nondum tamen abſoluto. Moris au- 3.
tem fuiſſe annos Imperii numerare à tempore, quo electus coronam Romanam accepiſſet, pernotum eſt, ea enim opinio occupaverat Romanæ Eccleſiæ addictos, electum in Regem, ante Romanorum coronationem Romanam non poſſe dici Imperatorem, unde etiam originem traxit, ut qui hanc non ſuſcepiſſet, in catalogum Imperatorum non referretur. Quem errorem notavi *in annotam. ad Capitul. Caroli V. artic. 34. verſ.* Unſer Reichs / deß Römiſchen *pag. 369. num. 4. & ſeqq.*

AD CAPITIS I.

§. 1.

Obſervatio I.

Ad Rubricam.

1. Rubrica imperfecta. *2. Diſpoſitio hujus capitis.*

HÆc rubrica videtur eſſe imperfecta; etenim, in nigro, ſeu textu, non 1.
ſolum agitur de conductu Electorum, qualis eſſe, & à quibus fieri debeat, verum etiam de aliis materiis; ita tamen de omnibus, ut ordo rerum non exactè obſervatus videatur. Potuiſſet autem diſponi. 1. De intimatione mortis Imperatoris, vel Regis Romanorum, à Moguntino cæteris ſuis Coëlectoribus facienda. 2. De convocatione Electorum ad electionem novi Regis. 3. De ſalvo conductu generali Electoribus præſtando. 4. De ſalvo conductu ſpeciali, unicuique Electorum à certis perſonis, & civitatibus præſtando. 5. De introitu in civitatem Francofurdenſem. 6. De defenſione, vel ſecuritate à civitate Francofurdenſi Electoribus præſtanda:
His ſcilicet conſtat diſpoſitio hujus capitis primi. 2.

Digitized by Google

Ad verb. præſenti edicto.

Obſervatio II.

1. *Edictum quid.* 2. *Pragmatica ſanctio quid.*

1. EDictum eſt conſtitutio Principis, quo aliquid proprio motu edicit, id eſt, jubet, (Donell *commentar. jur. civil lib.* 1. *cap.* 9. inconſultus, citra certæ perſonæ controverſiæ, ac circumſtantiæ determinationem, Vult. 1. *jurisprud. cap.* 2. quando non ad certam controverſiam reſpondetur, ſed generalis de re quapiam lex nova conſtituitur. Hottomannus. §. 6. *inſtitut. de jur. natur. gent. & civili.* Quod Carolus hic edictum vocat, aliis placet
2. appellare pragmaticam ſanctionem. Dietrich *in notat. ad A. B. pag.* 3. Dicitur autem pragmatica ſanctio, quæ non ad ſingulorum preces ſuper privatis negotiis profertur, ſed, ſi quando corpus aut ſchola, vel officium, vel curia, vel civitas, vel provincia, vel quædam univerſitas hominum, ob cauſam publicam fuderit preces *L.* 7. §. 1. *Cod. de diverſis reſcriptis ac pragmaticis ſanctionibus.* Addit Hottoman. de conſilii ſententia emiſſa; inde fortaſſis deducto verbo, quod pragmaticis & peritis viris in conſilium adhibitis interponatur. Cummuni ferè loquendi more hodiè pragmaticæ ſanctiones vocantur conſtitutiones illæ, quæ in Comitiis conſenſu Statuum feruntur.

Ad verb. quotieſcũque & c. neceſſitas, ſive caſus.

Obſervatio III.

1. 2. *De quo Rege Romanorum agatur in bulla noſtra.*

1 IN aurea hac bulla nullibi fit mentio Regis Romanorum, qui Imperatore vivente, & imperante, eligitur; quicquid etiam alii in contrarium proferant: quibus ſatisfeci *tom.* 1. *jur. publ. lib.* 2. *cap. ult. num.* 23. *& in annotam. ad Capitul. Imper. Ferdinandi I. in proœm. verb.* mit folgender Genehmhaltung und *ratification, num.* 15. *& ſeqq. pag.* 429. *& ſeqq.* Sententiæ meæ noviſſimè acceſſit Dn. Dietrich *in not. ad A. B. tit.* 1. *ſub verb. in Imperatorem promovendi p.* 12. Cæterum, Piaſecius *in chron. geſtorum in Europa ſingularium pag.*
2. 224. annotavit, Polonos abhorrere ab electione Regii Succeſſoris Rege adhuc vivente? quod idem repetit *d. tr. pag.* 385. 440. *ac* 454.

Obſervatio IV.

1. *Germani eligunt ſibi Imperatorem, non recipiunt ſucceſſione.*
2. *Electio præferenda ſucceſſioni.*
3. *Hiſtoria de Henrico Caſtella Rege.*
4. *Probatio filiationis.*

1. STudium, & amor libertatis, Germanos permovit, ut maluerint ſibi caput eligere, quam per ſucceſſionem accipere. *vide me tom.* 1. *jur. publ. lib.* 2. *c.* 3.

Digitized by Google

2. *c.* 3. *num.* 14. *& in annotam. ad Capit. Caroli V. in procem. verb.* erwehlter. *pag.* 48. *nec non in addit. ad d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 43. *tom.* 4. *jur. publ. p.* 202. ubi contra illos, qui ſucceſſionem electioni præferunt, & ſanguinis paterni rationem, tamquam maximè generoſi, habendam pronunciant, diſputavi. Cujus rei cauſa nunc addo notabile exemplum, quod exhibet Rouſſel *in hiſtoria Jurisdictionis Pontificia. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 38 *pag.* 752. Henricus Caſtellæ Rex, inhabilis ad mulieres, nupſerat primùm Blanchæ, Navarræ Regis filiæ, quæ aliquot annis impotentiam viri experta, cum tandem Rex præſentiret tædere eam illius, prævenit apud ſummum Pontificem, ac ſeparationem, prætextu ſterilitatis, obtinuit: rurſusque nupſit Joannæ, Alphonſi Portugalliæ Regis filiæ, inſigni pulchritudine mulieri, ſed concubitus avidæ. Cui cum Rex non poſſet ſatisfacere, ac horreret impotentis opprobrium, facilè conſenſit, ut Bernhardus à Cueva, intimus ei, Reginæ votum impleret; ex eaque conjunctione dicebatur ſuſcepta filia, quæ Joanna appelata eſt; ac, ne ſuppoſita cenſeretur, voluit eam Rex in lucem venire præſentibus Henrico, Albæ Comite, Archiepiſcopo Toletano, & Marchione Villenæ. Sed cum modeſtiæ linteo non velarent ſuos amplexus, Regina, & Bernhardus, ac Rex, dum aliis mulieribus, quin etiam vulgaribus, vult congredi, ſuum defectum manifeſtum manifeſtiorem facit; inde Principes muſſitare cœperunt, ac velut certi Joannam, Henrici filiam non eſſe, non ferendum cenſuerunt, ut Regno ſuccederet; quapropter Alphonſum, & Iſabellam, Regis fratrem, & ſororem occupantes, iſtum, nempe Alphonſum, Regem declararunt, ab Comitiis habitis effigie Heinrici in medium producta, eam, velut præſentem Regem exauctoraverunt, ablatis ornamentis, quæ ei dederant, videlicet corona ab Archiepiſcopo Toletano, enſe à Comite Placentino, & ſceptro à Comite Beneventi: hisque factis cum throno Regio ejecerunt, ac illi Alphonſum impoſuerunt. Habuit tamen Heinricus ſuos fautores, & congregato exercitu cum rebellibus pugnavit, incerta victoria: adfuitque pugnæ Archiepiſcopus Toletanus, cum ſtola candida armis ſuis ſuperinducta: excellens profectò Eccleſiaſtici viri oſtentatio. Pontifex Anthonium Venerium, Leonis Epiſcopum, ad iſtos motus componendos delegavit, ſed cum ſub excommunicationis pœna juberet ab armis diſcedi, proceres ab hoc juſſu ad Concilium provocaverunt. Interim mortuo Alphonſo, Iſabella ſoror ſuccedens nupſerat Ferdinando, contra voluntatem Henrici, qui propterea exoſas illas nuptias habens, eam omni jure, quod in corona Caſtellæ prætendebat, privavit: Joannam pronuntiavit ſuam filiam & hæredem, atque Carolo, Ludovici (11.) fratri, in matrimonium locavit; ſed antequam hoc fœdus ſtabiliri poſſet, ceſſerunt è vivis Henricus & Carolus, non conſummato matrimonio. Ergò, cum Joanna, non deſinens ſe Reginam jactare, ad ſpem ſui thori Alphonſum Por-

tugalliæ Regem allexiſſet, negotium ei fuit cum Ferdinando & Iſabella, qui, ſui juris ſecuri, controverſiam voluerunt ad ſummum Pontificem rejici. Pacis tamen, & concordiæ decus Beatrici, Iſabellæ amitæ debetur, eaque oblatum eſt Joannæ, ut aut regno cederet, aut Infanti Joanni, Ferdinandi & Iſabellæ anniculo filio, nuberet, vel monaſterio recluderetur: iſtud poſtremum elegit, proindeque ob generoſum faſtus mundani contemptum, excellentis meruit cognomen. Ego hoc exemplum inter raró contingentia refero, cætera veró, ubi marito ignoranti ſuppetias fert alter, in orbe fre-
4. quentiſſima ſunt, quovis in hominum ordine, ut filiationis (doctorum communi verbo utor) vix alia detur probatio, quam credulitas, quæ tamen præſumptionis magis nomen, quam probationis meretur. Vide Gailium *lib. 2. obſervat. 97. ubi plenè de probatione filiationis agit, &* Joh. Bapt. Pontanum *de alimentis cap. 3.* ac Martinum Colerum *de alimentis lib. 3. cap. 1. & 2.* La Secretaria di Apollo. *p. m.* 106. à Pericle. & *pag.* 235. à gli huomini.

Obſervatio V.

Ad verb. Regis Romanor. in Imperatorem promovendi.

1. *Rex Romanorum in Imperatorem promovendus.*
2. 3. *Diſtinctio inter Regem, & Imperatorem.*
4. 5. 6. 7. 8. *Nomine differunt, poteſtate conveniunt.*
9. 10. 11. 12. *Conveniunt titulis.*
13. *Rex dicitur Imperator electus.*
14. *Carolus V. ſe ſcripſit Imperatorem electum, etiam poſtquam à Pontifice coronatus.*
15. *Variatio in hoc titulo.*
16. *De efficacia coronationis Romanæ, ex Baldi mente.*
17. *Ex mente Canoniſtarum.*
18. *His contradicitur.*
19. *Alia efficacia.*
20. *Adhuc alia.*
21. *Unde Imperatori, competat primus inter Chriſtianos Reges locus?*
22. *Imperator fit Romæ Canonicus D. Petri, & S. Iohannis Lateranenſis.*
23. *Coronatio Romana magis detrimentoſa, quam proficua.*
24. 25. *Quid de eadem in Capitulationibus Impp. diſpoſitum.*

1. FRequens eſt illa in aurea bulla loquendi formula, Rex Romanorum in Imperatorem promovendus, & non ſolum hoc noſtro *cap.* 1. §. 2. §. 18. §. 19. verum etiam *cap.* 2. §. 2. §. 3. *cap.* 7. §. 2. *cap.* 18. & paululum immutata, pro vocabulo Imperatoris ſubſtituto nomine futuri Cæſaris, *hoc. cap.* 1. §. 21. *cap.* 2. §. 2. *cap.* 20. *in pr.* vel Regis Romani, futuri Imperatoris. *cap.* 28.
2. §. 5. reperitur. Ex quibus textibus clariſſimè apparet, diverſa tunc fuiſſe nomina Regis, & Imperatoris; quod etiam confirmatur, *cap.* 2. §. 6. & in aliis, quando ſeparantur Curiæ Imperiales à Curiis Regalibus, *cap.* 3. §. 2.
3. *cap.* 26. §. 1. *cap.* 27. § 6. *c.* 28. §. 7. *cap.* 29. §. 1. Imperalia inſignia ab inſignibus Regalibus. *cap.* 21. *cap.* 22. Imperialis enſis à Regali *cap.* 22. Sigilla, & typaria Imperialia à Regiis. *cap.* 26. §. 2. *cap.* 17. § 2. Sedes Regia à ſolio Imperiali. *cap.* 27. §. 1. Apparatus Imperialis ſeſſionis ab apparatu ſeſſionis Regalis *cap.* 28. §. 7. Domus habitationis Imperialis à Regali *cap.* 26. §. 1.

Menſa

Digitized by Google

Menſa Imperialis à Regia *cap.* 28. §. 1. §. 2. Officiales, vel Miniſtri (*cap.* 27. *in fine*) Imperialis curiæ ab officialibus curiæ Regalis. *cap.* 29. §. 2. Magiſter curiæ Imperialis à Magiſtro curiæ Regalis. *c.* 29. §. 2. Cancellarius Imperialis curiæ à Cancellario curiæ Regalis. *cap.* 27. §. 2. *d. c.* 29. §. 2. Mareſchallus curiæ Imperialis, à Mareſchallo curiæ Regalis. *d. cap.* 29. *in fin.* Privilegium, ſeu indultum Imperiale, à privilegio, ſeu indulto Regali, *d. cap.* 29. §. 2. Verum enimverò nominalis hæc tantum eſt differentia, re ipſa enim, 4.
hoc eſt, poteſtate, titulis & fermè officio, ac dignitate, Rex Romanorum haud differt ab Imperatore; ut docui *in annotam. ad Capitul. Maximil. II. art.* 18. *verb.* in Unſer und deß H. Reichs Stadt/ *pag.* 495. *& ſeqq.* Poteſta- 5.
tem Rex electus exercet virtute Imperii. *cap.* 2. §. 5. tanquam electus ad Imperium. *cap.* 29. idem dicendum eſt de Imperatore. Rex Romanorum dat 6.
privilegia. *cap.* 7. §. *ult. cap.* 8. *in pr. cap.* 13. & data à Prædeceſſoribus ſuis confirmat. *d. cap.* 2. §. 5. *&* 6. eadem facit Imperator. *d. cap. & dictis* §. §.
Regi Romanorum reſervata eſt inveſtitura & collatio feudorum Principum, 7.
& illorum, quæ dicuntur Fahnen-Lehen. *cap.* 5. §. 1. *cap.* 29. §. 1. *&* 2. eadem ibidem etiam reſervata dicuntur Imperatori. Ubi Principatus Electoralis ſa- 8.
cro Imperio vacare contingit, Rex Romanorum de eo providere debet, & poteſt, tanquam de re ad ſe, & Imperium devoluta; idem debet, & poteſt Imperator. *cap.* 7. §. 2. Imperator celebrat curias ſolennes, ſimiles etiam celebrat Rex Romanorum. *cap.* 26. §. 1. *cap.* 27. *in pr.* Poteſtas Imperatoris iisdem cancellis includitur, quibus poteſtas Regis, una enim eſt Capitulatio, in quam jurat Rex, & quam etiam obſervare debet poſtquam coronam Imperialem ſuſcepit. Rex dicitur temporale caput mundi, & populi Chriſtiani *cap.* 2. §. 2. *&* 3. idem titulus etiam competit Imperatori. Rex audit Re- 9.
ctor, & temporale caput fidelium *d. cap.* 2. §. 3. non minus quam Impera- 10.
tor. Uterque compellatur, utiturque titulo majeſtatis (de Regis Romano- 11.
rum majeſtate vide Auream Bullam Friderici II. apud Goldaſt. *inter conſtit. Imperiales, pag.* 74. Ordnung der Röm. Königl. Majeſtät Cammergerichts/ *inter* R. A. *pag.* 18. *pag.* 34. Ordnung deß Regiments *anno* 1500. auffgericht/ *in rubr. p.* 35. 36. *pag.* 39. *ſub tit.* deß Regiments Räthe Eydt/ *pag.* 43. *pag.* 68. 12.
pag. 72. §. Darauff die Stände/ *pag.* 28. *pag.* 91. *pag.* 106. *&c.*) Uterque dicitur Auguſtus; ut patet ex eorum diplomatibus, nec non ex proœmiis variorum Imperii Receſſuum: & auguſtalia inſignia competunt tàm Imperatrici, quam Reginæ Romanorum. *A. B. cap.* 26. §. 5. Uterque appellatur Divus. *A. B. cap.* 7. §. 3. *cap.* 8. *in pr.* Uterque compellatur, Allergnädigſter Herr/ (*vide inter* R. A. *pag* 66. *& alia loca infinita in iisdem,*) Uterque appellatur Advocatus Eccleſiæ, Voigt und Schirmherr der Chriſtlichen Kirchen/ R. A. zu Cölln und Trier/ *de anno* 1512. § Und nachdem Wir/ *pag.* 83.
R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1518. §. Erſtlich/ *pag.* 104. R. A. zu Regenſpurg/ 13.

Digitized by Google

de anno 1541. §. Aber Churfürſten/ *pag.* 253. Denique, ut contrahamus ve-
la, Rex quoque titulo Imperatoris utitur, frequentius quidem cum adjun-
cto electi, Erwehlten Römiſchen Keyſers/ R. A. zu Cölln und Trier/ *de an-
no* 1512. *in pr. pag.* 91. *Cod. Receſſ. Imp.* R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1518. *pag.* 103.
Ordnung deß Regiments zu Wormbs/ *anno* 1526. *p.* 106. Ordnung deß Cam-
mergerichts auff dem Reichstag zu Wormbs/ *anno* 1521. *p.* 111. Land-Fried zu
Wormbs *anno* 1521. auffgericht/ *p.* 124. R. A. zu Wormbs/ *de anno* 1521. *pag.* 31.
Edict von dem Regiment zu Nürnberg/ *anno* 1521. *pag.* 137. Erklärung deß Land-
Friedens zu Nürnberg/ *anno* 1522. *pag.* 138. R. A. zu Nürnberg/ *de anno* 1522.
pag. 148. R. A. zu Nürnberg/ *de anno* 1524. *pag.* 156. Keyſerl. *Conſtitution* zu
Speyer *anno* 1529. auffgericht/ *p.* 189. Mandat wider die Wiedertäuffer/ *pag.*
14. 190. (quo prædicato Carolus V. etiam poſt ſuſceptam à Pontifice Coronam
Imperialem, uſus fuit. R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1530. *pag* 139. Ordnung der
Reformation guter Policey/ *anno* 1530. *pag.* 212. R. A. zu Regenſpurg/ *de anno*
1532. *pag.* 228. R. A. zu Regenſpurg/ *de anno* 1541. *pag.* 249. R. A. zu Speyer/
de anno 1544. *pag.* 292. *& aliis in ſequentibus,* non obſcurè innuens electio-
nem primas & præcipuas tenere partes) R. A. zu Wormbs/ *anno* 1564. R. A.
zu Augſpurg/ *de anno* 1566. *pag.* 553. Idem factum quoque à ſequentibus,
poſt Maximilianum II. electis Regibus omnibus, non coronatis à Pontifice,
15 uſque ad hodierna tempora continuata ſerie. Imò, aliquoties etiam ſim-
pliciter, ſine additione electionis reperitur, Römiſcher Keyſer/ vel ſimplici-
ter Keyſer/ & von Keyſerlicher Macht/ ita Conradus III. annotante ex Ot-
tone Friſingenſi *lib.* 1. *de geſt. Frider. cap.* 23. Conringio *de Germanor. Im-
per. Rom. cap.* 13. *pag.* 119. Ita Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I.
& cæteri ſubſequentes non coronati à Pontifice usque ad hodierna tempo-
ra, *vide* R. A. zu Trier und Cölln/ *anno* 1512. §. Und Wir Churfürſten/ *pag.*
90. §. Nemlich welche. *pag.* 92. §. Ich rc. ſchwere. *d. pag.* 92. Solches alles.
pag. 94. Ordnung zu Unterrichtung der offenen *Notarien, de anno* 1512. *pag.* 95.
R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1518. §. Alle und jede Obbeſchriebene. *pag.* 115. Ord-
nung deß Regiments zu Wormbs/ *anno* 1521. §. Nemblich/ wollen Wir. *p.* 108.
§. Und dieweil. *pag.* 109. §. Es ſollen auch. §. Deß zu Urkund. *pag.* 110. Cam-
merſitzers. *pag.* 112. Keyſerl. Land-Fried zu Wormbs/ *anno* 1521. auffgericht. *pag.*
124. R. A. zu Wormbs/ *de anno* 1521. *in exordio p.* 132. R. A. zu Augſpurg/ *an-
no* 1559. §. Solches alles. *pag.* 529. R. A. zu Wormbs/ *anno* 1564. §. Haben ſie
die Verathſchlagung/ *pag* 547. *&c.* R. A. zu Augſpurg/ *anno* 1566. §. Und nach-
dem/ *pag.* 555. *&c.* R. A. zu Augſpurg/ *anno* 1582. *in pr. pag.* 693. §. Und dem-
nach bey/ *pag.* 696. §. Demnach ſetzen. *d. p. &c.* R. A. zu Regenſpurg/ *anno*
1613. *in exordio pag.* 795. §. Solches alles und jedes/ *pag.* 798. *Propoſition* we-
gen der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtät *Ferdinandi II.* beſchehen auff dem
Correſpondentz-Tag zu Nürnberg/ *quæ habetur apud Lehemann. in act. publ. de*
Pace

Digitized by Google

Pace religionis. lib. 2. *c.* 94. *p.* 644. R. A. zu Regenſpurg / *anno* 1641. *in pr.* R. A. zu Regenſpurg / *anno* 1654. *in pr.* Idem præterea confirmant formulæ illæ, quibus uſi ſunt nondum coronati Imperatores, quarum pleni ſunt receſſus Imperii, Keyſerliche Würde / Keyſerliche Macht / Keyſerliche Majeſtät / Keyſerliche Regierung / Keyſerlicher Hoff / Keyſerlich Gemüth / Keyſerliche *Conſtitution*, Keyſerlich Inſiegel / 2c. Quibus nullum ex Pontificibus Maximis reclamaſſe, ſed multos etiam eandem loquendi rationem obſervaſſe, tradit Conringius *d. cap.* 13. *pag.* 119. Cœterum quod hactenus propoſuimus, & de quibus adhuc dicendum reſtat, brevi loquendi formula expreſſit Ferdinandus I. in R. A. zu Augſpurg / *de anno* 1559. *in pr, pag.* 519. quando ait, Er habe ſich mit der Bürde der adminiſtration, und Verwaltung deß Heil. Reichs / auch anhangender Dignitet, Hochheit / Regierung Titul, Scepter und Cron / deß Römiſchen Keyſerthumbs / im Nahmen deß Allmächtigen beladen. Cum hæc ita ſe habeant, ambigi poterit, an nullius effectus ſingularis ſit, vel fuerit coronatio illa Romana? Baldus *conſilio* 326. docet, eam non eſſe de ſub- 16.
ſtantia, inferre tamen incrementum majeſtatis, & honoris. Majeſtatem poteſtatis hic de ſolo honore, non poteſtate intelligere debemus, niſi Baldum in brevi enuncitato contraria tradidiſſe velimus aſſeverare. In quo autem incre- 17.
mentum illud honoris conſtiterit, inquirendum eſt. Fuerunt ex Canoniſtis nonnulli, aliique, qui ſcripſerunt, hac coronatione conſequi Imperatorem præcellentiam utendi bulla aurea. *Clement. Rom. in fin de jurejur.* Lancellot. *in templo omnium judicum. cap.* 1. §. 1. *quaſt.* 3. *lib.* 1. Verum, his non ſolum 18.
refragatur uſus, ſed etiam Capitulatio Ferdinandi III. *artic.* 46. ibi die güldene Bull / als ein uhraltes Inſigne eines regierenden Römiſchen Keyſers oder Königs vide *me in annot. ad d. Capitulat. verb.* oder Königs / *pag.* 739 *de jur. publ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 25. & *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 89. *item in tom.* 4. *p.* 229. & *tom.* 5. *p.* ** 23. *Addit. ad hunc num.* Alii honori accenſent, quod ante Im- 19.
peratorem duntaxat corona illa coronatum, portari poſſint Aquiſgranenſis, & Mediolanenſis, coronæ. *A. B. cap.* 26. §. 4. Non nego ad externum 20.
aliquem ſplendorem hoc feciſſe, & ſpectatorum potuiſſe perſtringere oculos. Benedictio quoque, & conſecratio, quæ in coronationis actu peragebatur à ſummo Eccleſiæ Romanæ Pontifice, coronatum reddere videbatur magis reverendum; adeò, ut etiam nonnulli primum locum Imperatori ante cœteros Chriſtiani Orbis Reges hinc attribui, arbitrati fuerint; quo fundamento etiam uſus dicitur legatus Galliæ Regis, anno 1521. in congreſſu Caletenſi, ubi Mercurino, Caroli V. tunc Romanorum Regis, Cancellario, præcedentiam concedere noluit, quod Carolus nondum à Pontifice inunctus, ut annotavi *tom.* 1. *jur. publ. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 37. *item tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 10. & *tom.* 4. *pag.* 647. *addit. ad h. num.* ac meminit Pacian. *lib.* 2. *de probat.* Klock *de contribut. cap.* 1. *num.* 185. Falſum autem hoc eſſe 21.
princi-

Digitized by Google

principium, inde conſtat, quod honor præcedentiæ à dignitate Imperii proveniat. *vide tom. 4. jur. publ. in addit. ad d. lib. 2. cap. 1. pag.* 197. ac *ad ejusdem libri. cap. 7. num. 33. & 36. pag. 237. & ſeq.* nec non Conring. *de Germ. Imperio Romano cap. 11. pag. 92.* Imperii autem adminiſtratio Imperatori con-
22. cedatur per electionem, ut paulò ante diximus. Hoc concedi poteſt, coronatione Romana Imperatorem habilem factum ad ſuſcipiendam dignitatem Canonici Divi Petri Romæ, & Sancti Johannis Lateranenſis *d. tom. 1 lib. 2. cap. 7. num. 39. & in additionib. ad eundem libr & num. tom. 4. pag. 240. & tom. 5.*
23. *p. **43.* Quòd ſi verò hæc dignitatis emblemata conferantur cum expenſis, quæ ad iter Romanum, ipſamque coronam ibi à Pontifice redimendam, requiruntur, ſimulque expendantur pericula, & caſus, quibus nonnulli ex ibi coronatis expoſiti fuerunt, damnum longè ſuperabit commodum. vide *annotam. mea ad Capitulat. Caroli V. artic.* 30. *verb.* zum beſten befleiſſigen/die Keyſerliche Crone. *num.* 49. *& ſeqq. pag.* 350. *& ſeq. ac tom. 4. jur. publ. in addit. ad lib. 2. cap 4. num. 89. pag. 229. & ſeq.* Hoc, ſine dubio, benè examinantes illi Electores Imperii, qui electo in Imperatorem præſcribere ſolent normam agendi, Carolo V. & ſubſequentibus electis Imparatoribus, præciſam neceſſitatem conſequendi hanc coronam nunquam
24. impoſuerunt, contenti illos obligare, ſich zum beſten zu befleiſſigen/ die Keyſerliche Cron in zimlicher gelegener Zeit zu erlangen/ꝛc. tandemque, noſtris
25. hiſce temporibus, re exactiùs trutinata, in Capitulatione Leopoldi Imp. moderni, hanc obligationem, coronamque Romanam, altiſſimo ſilentio præterierunt.

Obſervatio VI.

Ad verb. juxta antiquam, & laudabilem conſuetudinem.

1. *Origo Electoralis collegii incerta eſt.*
2. *Qui ex Pontificiis de eadem ſcripſerint.*
3. *Qui ex noſtratibus.*
4. *Diſſenſus authorum.*
5. *Autoris opinio.*
6. 7. 8. *Fundamentum hujus opinionis.*
9. 10. *Interpretatio c. Venerabilem, de electione & electi poteſtate.*
11. *Sabini relatio.*
12. *Examen hujus relationis.*
13. *Electores jus eligendi habent ab antiqua conſuetudine, cujus initium ignotum.*
14. *Arumæi opinio examinatur.*
15. 16. 17. 18. 19. *Examinatur locus Nauclerі.*
20. *De electione Caroli IV.*
21. 22. 23. 24. 25. *Alius error Arumæi detegitur.*
26. *Traditio Peuceri, ex ſingulis Imperii Ordinibus unum fuiſſe ad Electionem deſtinatum.*
27. 29. 30. *Examinatur & rejicitur.*
28 *Carpzovii error.*
31. *Electores eligunt nomine Imperii.*

1. ORiginem collegii Electoralis, & quando jus eligendi Regem Romanorum, quod anteà à multis exercebatur, ad paucos, & quidem ſeptem tantum Principes, excluſis cæteris ordinibus, pervenerit, cujus authoritate vel conſtitutione id factum fuerit, hucusque nemo demonſtravit; quam-
2. quam ſatis multi hunc laborem ſibi impoſuerunt. Inter pontificios quaſi

ex

Digitized by Google

ex profeſſo de hac materia ſcripſerunt, & cœteris anteferendi ſunt, Onuphrius Panuinius, libro, quem compoſuit *de Comitiis Imperatoriis*; Baronius, *tom.* 10. *annal. ad annum* 996. §. *quod autem majoris &c. pag.* 907. *& ſeqq.* (cujus traditiones examinavi *tom.* 4. *jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *jur. publ. cap.* 1. *num.* 1. *pag.* 272. *& ſeqq.*) Bellarminus libro *de translatione Imperii.* Gretſerus, Gevvoldus, Windeckius, Bernhard à Mallincrot *de Archicancellariis Sacri Rom. Imper. lib.* 2. *cap.* 33. *pag.* 173. *&c.* Inter noſtrates primarii ſunt, 3.
qui eandem tractarunt materiam, Dreſlerus (*in confut. Bellarmin. de transl. Imper.*) Schardius, Heigius (*lib.* 1. *quæſtionum quæſt.* 3.) Lehemann. *in Chronico Spirenſi lib.* 5. *cap.* 17. *pag.* 407. *& ſeqq.* Sprenger. *in jurispr. publ. pag.* 241. *& ſeqq. &c.* Reliquos, nullo religionis diſcrimine, enumerare hic ſuperſedeo: In eo autem inter eosdem magna eſt opinionum differentia, 4.
quod alii hanc conſtitutionem omninò Pontifici, (cujus in nomine tamen non conveniunt) alii omninò Imperatori, (in individuo maximè variantes) nonnulli primariò Pontifici, & Imperatori conſentienti, nonnulli Imperatori conſilium Pontificis ſequenti adſcribant. Nihil verò certi ex omnibus & ſingulis haurire poſſumus, poſtquam tenorem conſtitutionis, ſive illa à Pontifice, ſive ab Imperatore, facta ponatur, nemo in originali nobis communicare potuit, imò ne quidem certò indicare, ubi illa conſtitutio reperire detur. Et ſic quidem actus conſtitutionis dubius manet, po- 5.
teſtas autem Pontifici nulla fuit, de electione, quæ res alieni, & humani juris, quicquam definire; uti nec Imperatorii muneris fuit citra conſenſum eorum, quorum intererat, jus eligendi multis adimere, certis autem ſaltem, vel conferre, vel relinquere. Quoniam itaque nec de conſtitutione peculiari, nec de conſenſu Ordinum conſtat, de collegio autem Electorali non liceat dubitare, credibile fit, jus hoc non uno actu ad ſeptem Electores tranſiiſſe, ſed pedetentim per uſum, & ſic Ordinibus reliquis ferè id non obſervantibus. Tandem verò, ut quieti Imperii conſuleretur, conſenſu expreſſo Ordinum, quod conſuetum ante fuerat, lege publica, quæ Aurea Bulla dicitur, in nomen juris ſcripti tranſiiſſe. Hujus opinionis fundamen- 6.
tum peti poteſt ex ejusdem Bullæ, *cap.* 1. §. 1. quando profectio Electorum ad Electionem Regis Romanorum peragendam, ab antiqua, & laudabili conſuetudine deducitur, non autem à lege, vel aliqua conſtitutione expreſſa: Vnde non inepta erit illatio à profectione, ad ipſum actum electionis, cujus cauſa illa profectio ſuſcipitur. Certè, conſtitutio ſeptem Electoribus electionem privativè concedens, imperfecta fuiſſet, ſi non ſimul meminiſſet, an illa in congregatione Electorum, vel ſeparatim, miſſo per literas voto, perficienda foret; ut verò electio in conventu Electorum fieret, profectione ad eundem opus fuit, & adhuc eſt. *hoc c.* 1. §. 18. §. 19. *c.* 2. §. 1. *&c.* Prætereà, manca quoque fuiſſet illa conſtitutio, ſi nihil diſpoſuiſſet de con- 7.

vocatore iſtius conventus; at verò de eodem in bulla noſtra *cap.* 4. §. 2. legitur, quod Moguntinenſis Archiepiſcopus poteſtatem habeat, ſicut poteſtatem habuiſſe dignoſcitur ab antiquo, ſuos in electione conſortes literatoriè convocandi; ubi verba, ab antiquo, non debent de lege, vel conſtitutione aliqua certa intelligi, ſed de conſuetudine & exercitio ejusmodi actuum, ab
8. antiquo. Eodem ex fonte derivatur, *d. cap.* 4. §. 3. quando Trevirenſi Archiepiſcopo primam vocem (intellige votum) competere declarat Carolus IV. ſicut invenit eousque competiiſſe: ſcilicet à ſolo exercitio hanc competentiam deducit. Huc etiam pertinet, quod de loco, in quo electio fieri debeat, legitur *c.* 28. §. 5. verbis hiſce expreſſis: invenimus ex clariſſimis relationibus, & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, per eos, qui nos præceſſerunt feliciter, eſſe jugiter obſervatum, ut Regis Romanorum, futuri Imperatoris in civitate Francoford celebraretur electio. Hæc, aliaque plura (de quibus videri poteſt hujus bullæ *cap.* 2. §. 5. *d. cap.* 4. §. 4. *cap.* 5. §. 3. *cap.* 9. §. 2. *cap.* 10. §. 1. *cap.* 11. §. 1. *cap.* 27. §. 6.) quæ conſuetudine introducta, Carolus noſter bulla ſua confirmavit, ut in pleriſque magis confirmativa, quam collativa dicenda ſit.
9. Non me fugit, huic opinioni opponi poſſe teſtimonium Pontificis Romani, & Electoris Moguntini. Pontificis Innocentii III. habetur *in c. venerabilem. de electione, & electi poteſtate*, ubi recognoſcit, Electoribus jus & poteſtatem eligendi Regem Romanorum, in Imperatorem poſtmodum promovendum, competere, cum illud ad eos de jure, & antiqua conſuetudine, cognoſcatur pertinere. Videtur Pontificem innuere velle, electionem Regis Romanorum Electoribus competere jure, id eſt, lege, vel conſtitutione peculiari, & idem ab antiquo illos conſueviſſe exercere. Si hæc ejus mens eſt, ea verbis aureæ bullæ planè eſt contraria. Itaque in hoc conflictu, cum de lege nihil conſtet, nec ea in archivis Imperii, nec in Pontificiis, hactenus reperta fuerit; Imperator verò, cum Electoribus, reliquisque Imperii ſtatibus, ſaltem de conſuetudine in Imperio recepta, teſtentur, magis eſt ut in horum propendeamus partes. Nec movet nos aliorum interpretatio, qui hanc conſuetudinem interpretativam nominant, quæ ſubſecuta ſit conſtitutionem Pontificis, vel Ottonis III. Imper. (vide Theod. Dietrich *in not. ad A. B. tit.* 1. *verb. juxta antiquam & laudabilem conſuetudinem p.* 14.) quoniam ille ſenſus allegatis locis A. B. planè non convenit, ut verba ipſa, ſi conferantur cum *c.* 7. §. *ult, ibi.* juxta continentiam eorundem privilegiorum, & obſervatam conſuetudinem diuturnam, cum *c.* 8, *in pr. ibi*, ejusdem Regni coronæ olim conceſſum fuerit gratioſius, & indultum, ſitque in regno eodem à tempore cujus contrarii hodiè non exiſtit memoria, conſuetudine laudabili inconcuſſa ſervata, diuturnitate temporum, & præ-
10. ſcripta moribus utentium, ſine contradictionis, aut interruptionis obſtaculo

culo introductum. Quando verba prædicti Pontificis exactè perpendimus, ſenſus eorum ille videtur eſſe, Electoribus poteſtatem eligendi Regem Romanorum competere de jure, antiqua conſuetudine introducto. Eſt enim conſuetudo jus, quod uſus approbavit; nam diuturni mores, conſenſu utentium comprobati, legem imitantur; inquit Juſtinianus *in Inſtit. tit. de jure naturali, gentium & civili.* §. 11. vel ut JCtus loquitur *in l.* 32. §. 1. *ff. de LL.* conſuetudo pro lege cuſtoditur; vel, pro jure & lege, in his quæ 11.
non ex ſcripto deſcendunt, obſervari ſolet. *l.* 33. *ff. d. t.* Teſtimonium Archiepiſcopi Electoris Moguntini, referente Sabino, in deſcriptione electionis Caroli V. ita ſe habet; hæc certamina, ut ad poſteritatem caveret Otto III. graviſſimo conſilio, & comprobante Romano Pontifice, collegium Electorum inſtituit, cujus collegii ſapientia & fide jam annos quingentos Imperii poſſeſſio in hâc natione relinqueretur, quod non Germanicæ nationi glorioſum, ſed & toti Europæ multis modis ſalutare eſt. An hæc ita 12.
à Moguntino pronuntiata fuerint, nec ne, in ambiguo eſt; certè, Sleidanus, qui ejuſdem Moguntini orationem quoque exhibuit *lib.* 1. *de ſtatu relig. & Reipubl. &c. p. m.* 16. *& ſeq.* hujus dicti non meminit. Ponamus tamen, Moguntinum hæc dixiſſe, & opinionem eorum, qui hoc ante ipſum literis conſignaverant, (quorum haud levis numerus) fuiſſe ſecutum, non inde tamen error ille veritatem loco pellere potuit, (cum ne quidem ipſi Imperatori, quid hiſtoricè aſſeveranti, omninò credendum. Gilken. *de præſcript. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 198.) & in hoc conflictu potiùs obtinebit palmam teſtimonium Caroli IV. ac omnium Electorum Statuumque Imperii tunc præſentium, quod modo audivimus & expendimus. Cæterum ſufficere no- 13.
bis debet, noſſe conſuetudinem illam antiquam eſſe, licet quando prima ejus fundamenta poni cœperint, non conſtet; quoniam quæ paulatim irrepere ſolent, vix unquam percipiuntur, nec niſi converſione ſecuta ſentiuntur, ſecundum Bodini judicium *lib.* 2. *de republ. cap.* 6. *p. m.* 358. quot autem anni requirantur, ut aliquid antiquum dici poſſit, docet Crauetta *de antiquit. tempor. part.* 1. §. 1. *num.* 3. *& ſeqq.* traduntque alii, propter ordinariam vitæ hominis brevitatem, 40. aut ad ſummum 50. annis antiquitatem concludi. Knichen *de jure territor. cap.* 3. *num.* 32. *&* 39. Burſatus *conſil.* 151. *num.* 29. *vol.* 2. Natta *conſil.* 526. *num.* 13. *vol* 3. Ex his jam ſequitur, vix
poſſe Arumæum *in diſc.* 3. *ad A. B. theſ.* 6. *pag.* 123. effugere notam contradi- 14.
ctionis, quando ad antiquam conſuetudinem ipſemet provocat, mox verò addit, quo minus principes cœteri ſe jure electionis exui ſentirent, ad Comitia cum Electoribus, usque ad Caroli IV. tempora, vocati fuere, ſicuti indubitato Naucleri *generat.* 46. teſtimonio conſtat. Eodem anno, ait, *Güntherus* Comes de Schvvarzenburg, ex Thuringia, vir ſtrenuus & bel*licoſus*, qui plures conflictus proſperè abſolvit, à Principibus Carolo con-

 trariis

Digitized by Google

trariis, ut ſe intromittat de regno rogatus, renuit: tandem eo pacto annuit, ſi in Francofurdia daretur ſententia à Principibus, regnum vacare. Convenientibus igitur Francofurdiæ quatuor ex Electoribus, & multis
15. proceribus, datur ſententia ab his, regnum vacare. Ego cur Naucleri teſtimonium pro indubitato habere debeam, non video; is eo tempore, quo res peragebatur, nondum erat natus, itaque non niſi de auditu, aut relatione antiquiorum ſcriptorum, teſtari potuit. Floruit Tubingæ anno 1477. & ſcripſit Chronicon ab initio mundi, usque ad annum Chriſti 1500. Alſte-
16. dius *in theſauro Chronologiæ tit.* 40. *pag.* 290. Ad examen hujus teſtimonii, *primo loco* trahi debet, quos ille per Principes Carolo contrarios intellgi voluerit, an Principes Electores tantùm, an verò etiam alios Principes non Electores? Principis enim nomen, omiſſo etiam Electoris, aliquando accipitur de Principe Electore, ut in noſtra quoque bulla factum deprehendimus *cap.* 4. §. 2. *in rubrica. cap.* 7. & *in nigro* §. 2. *rubr. cap.* 12. & §. 3. *Secundo* exquirendum venit, qui fuerint illi Principes, à quibus Güntherus voluerit in Francofurdia dari ſententiam, regnum vacare? Lehemannus *lib.* 7. *Chronic. cap.* 34. *pag.* 779. id refert ad Electores, Woſern die Churfürſten zu Franckfurt öffentlich würden außzuruffen verfügen/ daß das Reich eines Keyſers mangelhafft ſey/ und ſie ihn durch ordentliche rechtmäſſige Wahl erkohren
17. hätten/ ꝛc. *Tertio*, an ſententia hæc data fuerit à quatuor Electoribus, & multis proceribus? Lehemannus *d. l.* tantum Electoribus hoc attribuit, inquiens, als ſolches von mehr beſagten Churfürſten/ auff Mariæ Liechtmeß/ geſchehen/ hat Er (Güntherus) ſich deß Keyſerlichen Ampts unterfangen. Cuſpinianus in vita Caroli IV. *pag.* 382. mentionem electionis tàm Caroli, quam Güntheri faciens, ait: Carolus Rex Bohemiæ in oppido Rhenano, Rens nomine, Ludovico (Bavaro) vivente, in Romanorum Regem electus fuit per Balduinum, Archiepiſcopum Trevirenſem, per Walramum Colonienſem, per Gerlacum Moguntinum, Archiepiſcopos, & per Rudolphum Saxoniæ Ducem. Maximæ autem, & multæ pecuniæ ſunt Electoribus Principibus donatæ, ut Ludovico forent rebelles. De hinc in Bunna à Colonienſi Epiſcopo eſt coronatus, cum Aquenſes illi penitus reſiſterent: à quo tum Colonienſis, Trevirenſis, Moguntinus, Monaſterienſis, Leodienſis, Metenſis & Virudunenſis, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, de regalibus ſuis ſunt inveſtiti. Unde, etſi Clemens Pontifex hanc electionem approbaſſet, (nam in Ludovici dedecus, atque oppreſſionem, & quod literis, ac multarum linguarum peritia ornatus eſſet, Carolum Cæſarem declaravit) Principes tamen Imperii multi, inhabilem conſtantiſſimè aſſeruerunt: Quod ſcilicet, nulla cauſa neceſſaria urgente, & alio Imperatore vivente, ob nullius Reipubl. commodum, ſed ob privatam cupiditatem, & per Simoniam, ac largitionem facta eſſet. Rudolphus enim, Saxoniæ Dux, ob hanc electio-

Digitized by Google

electionem & ſuffragium ſuum, duo millia marcarum argenti puri ferebatur accepiſſe, muneris loco: Colonienſis Antiſtes octo millia marcarum argenti: Moguntinus autem Gerlacus, ideò Epiſcopatum accepit, cum alter Henricus, videlicet de Virnberg. propterea fuerat ejectus per ſedem Apoſtolicam, quod Ludovico adhæreret. Licet illi nunquam, quoad vixerat ceſſerit, Gerlaco apud Patrem latitante. Prætereà improbabant electionem, quod neque in loco debito (hoc eſt Francofurto) electus, nec Aquisgrani, uti decuit, coronatus fuit, juxta morem & ſtatuta Imperii: nec apertè, ſed latenter, nec tempore convenienti, hoc eſt, vacante Imperio, ſed dolosè, & vivente Ludovico; nec debito ſervato proceſſu juris, & æquitatis: Quoniam Palatinus Rheni Electores tum habuit convocare, non Moguntinus. Ob id, defuncto Ludovico, Comes Palatinus Rheni, Principes ad eligendum ex officio ſuo convocat; Non venientibus autem prædictis quatuor, Henricus de Virnberg, verus Moguntinus Præſul, Ludovicus Marchio Brandenburgenſis, & Rudolphus de Bavaria Comes Palatinus, annuente fratre ſuo Roberto, & Ericus Dux Saxoniæ, ſtrenuiſſimum militem Güntherum, Comitem de Schvvarzenburg, in campis Francofurdiæ in Regem Romanorum eligunt, ſolennitate decenti, aliis comparere vel non audentibus, ſed diſſimulantibus. *Hactenus Cuſpinianus*, & iterum Idem *in deſcript. Güntheri pag.* 386. tandem Güntherus iis conditionibus annuit, ſi Principes Imperii in Francofurto per ſententiam decernerent, vacare Imperium, majorque pars conveniret, qui ſe jus eligendi habere aſſererent. Congregatis igitur Principibus, convenerunt Henricus de Virnberg Archipræſul Moguntinus, Ludovicus Marchio Brandeburgenſis, Rudolphus Dux Bavariæ, Palatinus Rheni, conſentiente ejus fratre Ruperto, capto tum Roberto fratruele eorum, & Ericus Dux Saxoniæ (cui etiam jus eligendi competebat, tanquam filio fratris Senioris Rudolphi, Ducis Saxoniæ, qui Carolum elegerat) unanimi conſenſu Güntherum, Comitem de Schvvarzenburg, Regem Romanorum eligunt &c. datis inſuper ſententiis, vacare Imperium, majoremque Principum Electorum partem congregatam eſſe. Aliqui enim, vel non auſi comparere, latuerunt, vel venire diſſimularunt. Sed his ſepoſitis ponamus, multos alios proceres, præter Ele- 18.
ctores, tunc conveniſſe, ut Nauclerus affirmat; inde tamen Arumæus evincere haud poteſt, eos eò fuiſſe vocatos; nam & adhuc hodiè contingere notum eſt, aliquando Principes non Electores, ad locum electioni Imperatoris deſtinatum convenire, etiam non vocatos. Ponamus verò & alios 19.
quoque Principes vocatos tum comparuiſſe, nec ſic tamen ex verbis Naucleri, quæ Arumæus allegat, inferri poterit, eos vocatos fuiſſe ad electionem, ac cum Principibus Electoribus Güntherum elegiſſe. Non enim tunc quæſtio erat de electione, quæ, ut ex Lehemanni textu, quem paulò ſuperius

 anno-

Digitized by Google

annotavimus, jam antea facta fuerat, ſed de ſententia ferenda, an Imperium vacaret, & electio legaliter peracta fuiſſet. Multum verò hæc inter ſe diſtant, ut exemplo depoſitionis Wenceslai, filii Caroli. IV. quod poſt latam auream bullam contigit, abundè probatur: ad cujus depoſitionem, & ſic ut Imperium vacaret, non ſolum Electores, verum etiam alii Principes vocati convenerunt, (vide Goldaſt. *inter Conſtit. Imper. pag.* 140. *& ſeq.* §. 7.
20. *&* 10.) qui tamen non adhibiti ſunt ad electionem novam. Porrò, non legitur ad Caroli IV. electionem alios Principes cum Electoribus vocatos fu-
21. iſſe, quod tamen fieri debuiſſet, ſi Arumæi traditio admittenda. Pergit Arumæus reddere cauſam mutati moris, inquiens; quia propter nimiam multitudinem venientium, non rarò in diverſas factiones ſtudia eligentium impellerentur, ut præter alia exemplo Ludovici Bavari, & Friderici Auſtrii, Caroli IV. & Güntheri, notum eſt; placuit demum Carolo noſtro, his obviando difficultatibus, ut tempore electionis nulli alii, quam Electores convocarentur *cap.* 1. §. *injungimus. & cap.* 4. §. *cæterum.* Quod factum non ita Carolo difficile fuit, quia, in eligendo, præcipuæ, jam longo tempore, fuerant Electorum partes, & potentia alias familias ſuperabant longè. Peucer. *Chronic. lib.* 4. *in Ottone III. verſ. ſed dolendum*; nec ullus ordo eorum, qui antea intereſſe electioni conſueverant, ſe præteritum conqueri potuit: nam unus ex Regibus, unus ex Ducibus, unus ex Marchionibus, unus ex Comitibus, cum Eccleſiaſticis admiſſi ſunt, qui eorum nomine, &
22. vice, actum Electionis peragerent. Peucer. *d. verſ. ſed dolendum. Hæc Arumæus:* cui oponi poteſt, in hiſtoriis ſeptem Electorum fieri mentionem longè ante Caroli conſtitutionem, eorumque munus ab ipſo adſcribi antiquæ conſuetudini, ut anteà probatum dedimus; ergo fruſtra in cauſam, quæ
23. Carolum ad hoc promoverit, inquiri. Sed rectè de cauſa introductæ conſuetudinis diſquiri poteſt, quarum non una, ſed plures produci poſſunt, & inter illas etiam ea, ut tollerentur incommoda ex multitudine præſentium, vel eligentium, vel Electores ad diverſa vota inſtigantium, provenientia. Lehem. electionem Ludovici, & Friderici, ex aliis deſcribens *l.* 7. *Chron. Spir. c.* 14. *p.* 742. cauſam diverſarum electionum, non ad multitudinem præſentium refert, ſed ad ipſorum Electorum diverſa ſtudia: Debuiſſet tamen omninò Friderico præferri Ludovicus, quia quatuor votis electus, nempè Moguntini, Trevirenſis, Regis Bohemiæ, & Legati Marchionis Brandenburgenſis; ſi hujus votum, quod contra mandata Domini ſui dederat, (ut narrat Cuſpinianus *de vitis Cæſar. ſub rubrica, de diviſione Imperii &c. pag.* 368.) vires habuiſſet: Fridericus autem tribus tantum, ſcilicet, Colonienſis, Palatini, & Saxonis. Proclamatio autem ita facta, ut unaquæque pars coram illis, quos ſecum adduxerat, eam fieri curaverit; ein jeder hat den / welchen er erwehlet/ offentlich vor ſeinem Volck/ daß er mit ſich geführt/

laſſen

laſſen außruffen. De electione Caroli IV. & Güntheri, jam ſupra diximus, 24.
ut inconveniens foret hîc actum agere. Placuiſſe Carolo ad Electionem
ſolos Electores convocari, extra dubium apud me eſt; ſcilicet placuit illi
hoc, quod antiqua conſuetudine jam erat firmatum, non verò illi placuit
hoc in paſſu novi aliquid inſtituere. Textus ab Arumæo allegatos quod at- 25.
tinet, *c.* 1. §. *injungimus.* (qui numero eſt 22.) nihil vel parum ad rem facit,
ſed ejus in vicem *d. c.* 1. §. *præterea* 18. in aciem educi debuiſſet. Capitis au-
tem quarti §. *cæterum* 2. illi omninò contrarius, qui hanc convocationem
Electorum antiquæ obſervantiæ adſcribit, quam ibi confirmat. Quod Peu- 26.
cer. *d. lib.* 4. *verſ. ſed dolendum p. m.* 517. de tempore longè ante Carolum
tranſacto, eloquitur, id Arumæus malè ad tempus Caroli accomodat; quo-
niam nonnullarum familiarum, quæ præterito tempore propter imbecillem
potentiam, (ut verba Peuceri ſonant) in numerum Electorum non fuerant
receptæ, alia & major tùm erat potentia, quas tam facilè non fuiſſet Carolo
à conventu electionis excludere, niſi contra antiquam conſuetudinem id
noviter conſtituere voluiſſet. Cætera, quæ ex eodem Peucero ſubnectit,
ad aliud tempus, nimirum originis conſuetudinis, qua eligendi poteſtas ſep-
temviris obvenit, referenda ſunt, ut ex connexione textus Peuceri pateſcit,
quem Arumæus ad convocationem reliquorum Imperii ordinum ad con-
ventum electionis, quibus tamen jus eligendi erat ademptum, adaptat.
Duplicem enim convocationem præſupponit, unam Electorum, ut illi eli-
gant Imperatorem; alteram Ordinum reliquorum, ut interſint illis Comi-
tiis, ſine jure tamen eligendi, de priori conſtat, poſterior verò probatione
indiget, nec Peucero hîc in mentem illam veniſſe, liquidum eſt. Verba ejus
d. l. ita ſonant; Fortaſſis autores hujus conſilii, ut ex politicis Principibus
hos (puta Electores denominatos) aſſumerent, præter potentiam id etiam
movit, quod cum deliberatio de Imperatore deligendo pertineat ad omnes
Ordines, & debeat eſſe communis, ſicut fuerat antea, conveniat, ex ſin-
gulis Imperii ordinibus adhiberi unum, quod de cauſa ad omnes pertinente
oporteat eſſe deliberationem communem &c. Ideo ne ullus ordo ſe præ-
teritum vel excluſum eſſe poſſet queri, voluerunt adſcribi in Senatum Ele-
ctorum, unum ex Regibus, unum ex Ducibus, unum ex Marchionibus,
unum item ex Comitibus, qui præ cœteris eminuerunt opibus, authoritate
& robore. Arumæus annectit in fine, qui eorum nomine & vice actum
electionis peragerent, quibus duplicem ſuam convocationem non leviter
convellit. Quoniam enim Electores nomine cœterorum Ordinum eligere
Imperatorem affirmat, quid opus etiam cœteros ordines ad illa comitia vo-
care, atque adeo illos ipſos, qui repræſentantur, cum illis à quibus repræ-
ſentantur. Porrò conjectura ipſa Peuceri non eſt ſine nævis, quam tamen 27.
callidè amplectitur Arumæus; Plures olim Ordines elegerunt Imperatorem,
quam

Digitized by Google

quam quot à Peucero recenſentur. Ut enim diverſos ordines Eccleſiaſticos ſicco prætercam pede, inter politicos fuerunt etiam Landgravii, Barones, Domini & Civitates, de quibus nihil exprimit Peucerus. Cum Marchionum & Comitum habita fuerit ratio, cur non etiam Landgraviorum & Comitum provincialium, ac Burggraviorum, tanquam nomine ab illis, at-
28. que ſic ordine diſtinctorum? idem de cœteris quoque quæri poterit. Civitates & Nobiles quod attinet, Carpzovius de lege Regia Germanorum, *cap.* 10. *ſect.* 5. *num.* 37. audacter affirmare voluit, utriſque jus eligendi Imperatorem olim non competiiſſe; Verum, civitates hoc jure uſas, etiam ex Reginone, & Günthero, quos allegat, diſcere potuiſſet, nec non ex Lehemanni *Chronic. Spir. lib.* 5. *cap* 17. *pag.* 418. ibi: Es erfindet ſich auß warhafftigen beſtändigen Zeugnüſſen / daß die Geſandten der Städt und Gemeinden / in den Reichs-Samblungen / und der Wahl eines Römiſchen Keyſers / neben den höhern Ständen / ihren Standt / Stimmen und Seſſion herbracht / darbey ruhig gelaſſen / ꝛc. Ne verò civitatibus nimium addictus, atque ejus teſtimonium minus validum videri poſſit, perpendenda ſunt antiquorum hiſtoricorum dicta, quos allegat *d. c. pag.* 409. *ac pag.* 411. *& ſeq.* nec non Bellarminus. *d. lib.* 3. *de translat. Imperii.* Ex Radevico. *lib.* 2. *de geſtis Friderici cap.* 1. *&* 3. *de electione Imperatoris*, conſtat, ad electionem Imperatoris confluxiſſe, ex omnibus Regni partibus cum magna frequentia, Archiepiſcopos, Epiſcopos, multosque alios Eccleſiaſticos viros, Duces, Marchiones, Comites, Proceres, Conſules, & civitatum Judices. Deprehendimus hîc alium etiam fuiſſe poſt Comites Ordinem, quem Procerum nominat, quo ego Nobilium ordinem reliquum, id eſt, Baronum, & Dominorum nobilium, der Freyherren / Herren / oder Edler Herren / conſtitiſſe arbitror; & ſi tunc immediatorum Nobilium aliqui fuerunt, nec illos ab hoc ordine
29. ſeparo. Si quis Landgravios, ac Burggravios ſub Comitum ordine venire velit, non dedignabitur fateri etiam Marchiones ſub illo contineri, aut reddet rationem, cur ſeparatim Marchionum ordinis habita fuerit ratio, nulla autem peculiaris Landgraviorum, Burggraviorumque. Si dicat, temporibus illis Landgravios & Burggravios nullos extitiſſe, onus probandi difficil-
30. limum ſubibit. Comitum ordo duplex eſt, unus eorum, qui ſimpliciter ita dicuntur; alter illorum, qui cum additamento tales audiunt; quorum iterum diverſi ſunt ordines. Ex illis, qui ſimpliciter Comites dicuntur, nullus in electorum claſſe reperitur; ergò hic omninò præteritus fuit. Eſt quidem inter Electores Comes Palatinus, ſed non ut Comes ſimplex, quod ſatis inde probatur, cum illo tempore Duci coelectori fuerit antepoſitus. *A. B. cap.* 4. §. 1. Accedentes ad Regum ordinem, peto illius veſtigium mihi in antiquis illis conventibus, eligendi Imperatoris cauſa inſtitutis, demonſtrari. Non diffiteor Regis Bohemiæ mentionem factam, (& ſic unius,

non

Digitized by Google

non plurium,) tunc, quando ex Duce Rex factus; id verò contigit demum poſt Cunradi, Salici dicti, tempora; Nam ex Wippone conſtat, Cunradi iſtius electioni interfuiſſe, Ulricum Ducem Bohemiæ, quem cœteris Ducibus ipſe poſtponit. Denique ſi Ordines Imperii non habuerunt vota generalia, ſed ſingularia, quilibet ex quolibet ordine, cauſa conquerendi illis data fuit ob jus ſibi interverſum. Nec poſſum admittere, Electorem quemlibet ſui ordinis, ex quo in collegium Electorale adſcitus dicitur, nomine, & 31.
vice, electionem peragere; Credoque ſecuriùs, veriusque aſſeverari, unumquemque electionem peragere nomine Imperii, vel univerſitatis, cui, ut hoc agant, fide aſtricti ſunt. *A. B. c.* 1. §. 19. *cap.* 2. §. 2. virtute Electoralis Principatus, quem quisque poſſidet. *A. B. cap.* 5. §. 1. *cap.* 7. §. 2. *cap.* 20. non ratione ordinis, cujus titulum gerunt, uti nec ex omnium Principum Chriſtianorum conſenſu, quod affirmare placuit Oratori Regis Galliarum apud Goldaſt. *part.* 1. Politiſcher Reichshändel/ *tit.* 2. *p.* 35. totidem verbis: *nunquam* ſane auſpicatius, nunquam fortunatius, nunquam melius, feliciusque conſultum, proſpectumque fuiſſe Auguſtiſſimæ Imperatoriæ Majeſtatis culmini, animadvertimus, quam ubi deligendi, creandique Romani Regis, ac ſubinde Imperatoris, poteſtas atque authoritas omnium Principum Chriſtianorum conſenſu, vobis Septemviris Principibus credita eſt.

Obſervatio VII.

Ad Verb. quoslibet &c.

1. *Elector ipſe proficiſcitur ad Electionem aut ad eam mittit nuncium.*
2. *Pœna in non venientem, vel mittentem, qualis conſtituta?*
3. *Quid ſi non compareat in termino præfixo?*
4. *De qualitate Nuncii.*
5. *An Elector coelectori ſuum poſſit committere votum.*
6. *An poſſit plures mittere nuncios.*
7. *Plures quomodo admittantur.*

Elector debet ipſe in loco, ad electionem Regis Romanorum deſtinato, 1.
comparere, vel eò mittere nuncium, qui electioni interſit, & peragenda peragat, nomine & jure mittentis *hoc. cap.* 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6 9. 18. 20. 21. 22. *cap.* 2. §. 1. 3. 4. 7. *cap.* 18. *cap.* 19. Debitum verò illud non eſt purum, & abſolutum, ſed ita temperatum, ut Elector ipſe comparere debeat, niſi juſto impedimento detineatur. *cap.* 28. §. 6. Licet enim induſtria perſonalis hic regulariter in conſiderationem veniat, tamen talis eſt, ut Electori ſubſtitutio, in caſu juſti impedimenti, permittatur. Qua conceſſa, quæri poteſt, an præcisè cogatur alium ad electionis actum ablegare: Officii ratio illum 2.
admonet, ut veniat, vel mittat alium, quod ſi negligat, electionis voce, ſeu jure ſe privat illa vice: *hoc capite noſtro.* 1. §. 21. Emanere ergò omninò 3.
poteſt, ſed haud impunè. Quod ſi verò tardius, & poſt terminum compareat ipſe, vel ejus mandatarius, nondum tamen electione ad finem per-

Digitized by Google

ducta, ad illam admitti debet, eo in ſtatu, in quo tempore adventus, con-
4. ſiſtit. *A. B. cap.* 2. §. 4. De perſona, quæ cum mandato Electoris abſen-
tis mittitur, tenendum eſt, eam cujuſcunque dignitatis, vel Status, eſſe poſſe.
5. *A. B. cap.* 28. §. 6. modo non ſit infamis, vilis, & abjectæ conditionis. Sunt,
qui ex eodem textu concludant, Electorem abſentem Coelectori præſenti,
votum ſuum committere poſſe: Sinold. *part.* 1. *diſp.* 2. *theſ.* 13. *lit. a.* Buxtorff.
theſ. 22. *lit. b.* Quod feciſſe dicitur Wenceslaus, Bohemiæ Rex, anno 1291.
quando, mortuo Rudolpho Imperatore, novus ſucceſſor eligendus fuit,
vocem ſuam Electori Moguntino obtulit, hicque eam conſentientibus reli-
quis Coelectoribus ſuis, acceptavit, & tam ſuo, quam Bohemiæ Regis no-
mine, elegit Adolphum Naſſoviæ Comitem. Goldaſt. *in replic. pro Imper. con-*
6. *tra Gretſer. cap.* 13. *pag.* 174. Cæterum, licet hactenus in ſingulari de mit-
tendo nuncio, diximus, id tamen non obſtat, quo minus Electori abſenti
liceat mittere plures. *A. B. cap.* 18. *cap.* 19. qui omnes conjunctim admitten-
di. *d. cap.* 19. niſi mittens ipſe uni plus quam alteri commiſerit. Ut *hodiè*
mores ſunt, præcipuus inter miſſos in electione ferè præfertur, cujus no-
men, inſtrumento electionis, ut & capitulationis exordio inſeritur.

Obſervatio VIII.

1. *Quis dicatur nuncius in A. B.*
2. *Quæ differentia inter nuncium, & legatum.*
3. *Nuncii Romani.*
4. *Legati Pontificii à latere.*
5. *Legati nati.*
6. 7. *Nuncii Apoſtolici.*

1. NUncius in aurea hac bulla accipitur pro mandatario, & procuratore.
hoc cap. 1. §. *ult. cap.* 18. *cap.* 28. §. 6. & dicitur modò, & quidem frequen-
tius, ſimpliciter Nuncius, in textibus obſervatione antecedenti notatis;
2. modò nuncius legalis. *hoc cap.* 1. *d.* §. 18. nuncius ſpecialis. *cap.* 19. No-
men autem Nuncii quoque aliquid legationis præ ſe fert, à nunciando dicti,
quaſi minori pompa & ſplendore ad minora miſſus, quam legatus. Gallis,
un Envoyé. Hodiè ea vocis antonomaſia indigitantur ferè oratores Ro-
mani Pontificis. Marſelaer *in Legato lib.* 4. *diſſert.* 2. *p. m.* 10. non omnes
3. tamen. Sunt enim legati Pontificis triplices, quorum quidam dicuntur Le-
gati à latere; Cardinales videlicet, ab ipſo ejus, cui aſſiſtunt latere, cum
ampliſſima auctoritate emiſſi, provinciæ adminiſtrandæ, pacis inter Princi-
pes ſtabiliendæ, majorum conſiliorum cauſa. Alii dicuntur Legati nati;
quod nimirum eo ipſo, quo Eccleſiis præficiuntur, & præſules creantur,
Legati Apoſtolici nomen & dignitatem aſſequantur. Talis in Hiſpania To-
5. letanus, in Gallia Rhemenſis, Magdeburgenſis olim in Germania, hodiè
Salisburgenſis, in Polonia Gneſnenſis, Strigonienſis in Hungaria: alii plu-
res alibi. Denique alii dicuntur, vulgato ſermone, Nuntii Apoſtolici, (hi

& miſſi)

& miſſi) qui frequenter etiam cum poteſtate Legati à latere. Ii Cardinales non ſunt, ſed Antiſtites, à ſummo Præſule ad Principes, aliosve, qui Imperium exercent, deſtinati, ut agant, indagent, vel expediant negotia non maxima; vel, ut tanquam Apoſtolici Judices delegati, certas cauſas cognoſcant. Marſelaer *d. tr. lib. 2. diſſ. 1. p. m.* 249. Azorius. *part. 2. inſtit. moral. lib. 5. cap.* 28. *pag.* 582. De horum nomine ita judicat Louys de Mayerne Turquet *en ſa monarchie Ariſtodemocratique. liu. 7. pag.* 538. *Les Papes n'appellent leurs deleguez Ambaſſadeurs, mais ſimplement Nonces, c'eſt à dire, Meſſagers; qui peut eſtre auſſi toſt interpreté langage de meſpris, que d'humilité.* Papa illos, quos alio ablegat, non afficit titulo Legatorum, ſed tantum Nunciorum, qui titulus eadem facilitate contemtum notare poteſt, quam humilitatem. 7.

Obſervatio IX.

Ad Verb. requiſitis.

1. *Salvum conductum peti debet.* 2. *Et quidem tempeſtivè.*

Electores pro ſe, vel nunciis ſuis, ad electionem proficiſcentibus, ſalvum conductum requirere, ab Electore, vel alio, cujus per terras & territorium iter facere conſtituerunt, poſſunt, *hoc cap.* 1. §. 1. 2. 4. & 17. Petitio autem fieri debet tempeſtivè, & cum expreſſione viæ, quâ uti velint. *d. c.* 1. §. 16. 1. 2.

Obſervatio X.

Ad Verb. teneatur.

1. *Salvum conductum præſtandus Electori, vel ejus nuncio.*
2. *Etiam inimico.*

Elector, aliusve, à quo ab Electore conductus requiſitus fuit, eum illi præſtare tenetur. *h. n.* §. 1. §. 2. §. 16. abſque dolo *h.* §. 1. & §. 2. §. 6. §. 7. & 17. etiam inimico §. 5. & 6. Inimicitiæ enim particulares in ſuſpenſo eſſe debent, quando de generali, & publica ſalute promovenda agitur. 1. 2.

Obſervatio XI.

Ad Verb. per terras &c.

1. *Quousq; extendatur conductus?*
2. *Cui competat conductus?*
3. *Landgravii Haſſiæ conductus in alieno territorio.*
4. *Item Electoris Moguntini.*
5. *Item Ducis Wurtenbergenſis.*
6. *Item aliorum.*
7. Gleits-Steine/Gleits-Seulen.

Debent autem conducendi conduci ab illis à quibus conductus petitur, per territoria, & loca eorum, qui præſtant conductum, & etiam ultra ſicut longius *hoc* §. 1. aut quanto poſſunt remotius §. 2. & 17. Hoc autem poſſe non intelligo de poteſtate facti, ſed juris, ſcilicet quousque cuilibet licet conducere. Cum enim conducendi jus non ſolùm competat ex jure 1. 2.

 terri-

Digitized by Google

territoriali, ſed etiam nonnullis, ex præſcriptione, aliisque ex conventione, contingere poteſt, ut alicui illud competat, non tantùm in ſuo territorio, verùm etiam in alieno. Knichen *de Saxon. non provoc. jure, verb. Ducum Sa-*
3. *xoniæ cap. 5. num.* 109. Regner. Sixtin. *de regal. lib. 7. cap. 7. num.* 45. Sic Landgravii Haſſiæ jus conducendi habent per Wetteraviam, (non attento, quod ad Electorem Moguntinum, Comites Solmenſes, Hanovienſes, Iſenbergicos, aut alios, diſtrictus & ſuperioritas territorialis pertineat) ac per ipſam civitatem Imperialem Fridbergenſem, nec non in civitate Imperiali
4. Wezlarienſi. Sic Elector Moguntinus per quendam diſtrictum Darmſtadianum, ſive ſuperiorem Comitatum Cattimelibocenſem, die Bergſtraſſe herab auff Franckfort / in Haſſiæ Principum territorio jure conducendi uti-
5. tur. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. num.* 234. Ita etiam Dux Würtenbergenſis in territorio civitatis Eſlingenſis jus conducendi exercet, de quo in tranſactione anno 1557. facta, ita legitur: Erſtlich/ von wegen deß Vergleitens durch die Stadt Eßlingen / und ihre Marckung / da ſollen Unſer / (Ducis Würtenbergenſis) und Unſerer Erben Geleitsleute/ und alle andere Befehlhabere / die Kauffleute/ zu Zeiten der Franckfurter Meſſen / auch ſonſt männiglich/ ſo ieder weil im Jahr/ Unſer Gleit Unſers Fürſtenthumbs/ hinauff oder herab begehren / allenthalben vergleiten/ und darzu durch die Stadt/ wie von Alters hero/ mit/oder ohne Gleitsbüchſen ziehen/ doch ſol ſolches in der Stadt Ring-Mauer nicht gleitsweiſe/ ſondern allein in Geſtalt eines Durchzugs beſchehen / und den Kauffleuten / deßgleichen denen / ſo allda vergleitet werden / frey ſtehen / daſelbſt in der Stadt abzuſtehen / oder nicht / doch daß ſie ſich wiederumben zu gewöhnlicher Stund / zu dem Gleit verfügen / und wie gebräuchig / reiten. Knipſchild *de civitatum Imper. juribus & privilegiis.*
6. *lib. 2. cap. 26. num. 6. pag.* 548. Ejusdem rei innumerabilia exempla dari poſſe affirmat Klock *part. 1. conſil. 29. num.* 351. ſubnectitque, ſolches ſey auß deme gnugſam zu verſpüren/ daß die Chur-Fürſtliche Pfaltz das Gleit durch die Graffſchafft Catzenelnbogen / von der Bergſtraſſen auß / biß gen Franckfurt/ item/in der Marggraffſchafft Baden/ biß gen Pforzheim/ und wiederumb Ihre Fürſtl. Gn. der Marggraff durchs Pfältziſche territorium, biß zu Brettheim führet. Item/ der Hertzog zu Würtenberg das Gleit durch deß Heiligen Reichs-Stadt Gemündt; der Herr Probſt zu Elwangen die Gleitens Gerechtigkeit von der Stadt Elwangen auß durch das Fuggeriſche Dorff Hutlingen / von uhralten Zeiten gebraucht; die Erbmarſchalcke von Pappenheim vom Creutz bey Weiſſenburg an biß zum Hochgericht zu Manheim / zu gleiten haben; Die
7. Stadt Schwäbiſchen Hall durch das Elwangiſche Ampt Tannenburg ſich deß Gleitens gebrauchen. Ad indicandum verò, ubi, & quousque alicui competat jus conducendi, ſolent erigi ſigna, ex lapide vel ligno, de quibus agit Oetinger *in tractat. de jure & controverſiis limitum. lib 1. cap. 17. num. 27. & 28.*

pag.

Digitized by Google

pag. 188. ibi, die Geleit-Stein zeigen an / wie weit eines Herrn geleitliche Oberkeit reiche / wie fern er auch auß seinem Land zu geleiten habe; Die seind gewöhnlich steinerne Creutz / daran deß Gleits-Herrn Wappen / sampt der Jahrzahl / und das Wort / Geleit / gehauen. Bißweilen setzt man an die Gleits Grentzen hohe Stein / oder steinerne Seulen / oder hölzerne Bildstöck / daran ebenmässig der Gleits-Herren Wappen geheffet / die heisst man Gleits-Seulen.

Obſervatio XII.

Ad Verb. præſtare conductum.

Quomodo præſtetur ſecuritas eundi.

SEcuritas eundi præſtatur triplici potiſſimum modo; primo, nudâ permiſſione, & generaliter; ſecundo, conceſſione per literas; tertio comitatu; (ein lebendig Gleit / Gail. 2. *obſervat.* 64. *num.* 1.) qui duplex, vel adhibito ſolo conductore Ordinario, den Gleitsmann / oder Gleits-Reiter; qui in ſignum ſecuritatis gerit & oſtentat pectori adpenſa inſignia Domini, cui jus conducendi eo in loco competit; vel cum eo etiam armatis hominibus aliis, paucis, vel multis, prout tempus, vel conditio, atque comitatus ejus, qui conducendus, requirere videtur. Debet enim territorii Dominus cautus eſſe in præſtatione conductus, ne dum aliis de ſecuritate proſpicere vult, ipſe periculum ſubeat.

Obſervatio XIII.

Ad Verb verſus civitatem.

1. 2. *De loco, ubi electio fieri debeat.*

HIc generaliter tantum fit mentio civitatis, ubi electio ſit celebranda, *ut & in* § 3. ſpecialiter verò exprimitur Francofurtum. § 18. §. 19. §. 20. §. *ultimo hujus capitis primi. cap.* 2. §. 1. §. 3. *& cap.* 28. §. 5. 1.
Verbum autem *fuerit*, videtur innuere etiam alibi, ſi cauſa ſubſit legitima, electionem fieri poſſe, quod expreſſe docet. *d. cap.* 28. §. 5. 2.

Obſervatio XIV.

Ad Verb. redeundo.

1. 2. *Securitas eundi, & redeundi.*

COnductus Electoribus, vel eorum nunciis præſtari debet, non modo ad Electioni deſtinatum locum euntibus, ſed etiam ab eodem redeuntibus; *hoc noſtro* §. *& ejuſdem capitis.* §. 4. *&* 6. utroque enim in actu ſecuritate opus habent, quemadmodum etiam annona. *hoc cap.* 1. §. 3. 1.
Licet verò generaliter ſecuritas eundi, & veniendi, ſecum ferat ſecuritatem recedendi, Gail. 1. *obſerv.* 52. *num.* 5. ac ſecurè venire non dicatur, cui ſecurè recedere non eſt permiſſum. Coler, *de proceſſ. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 220. ne tamen ullum ſupereſſet dubium in caſu noſtro ſpeciali, viſum fuit Carolo, idem diſertis exprimere verbis, & ſic omnem dubitandi anſam præſcindere. 2.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio XV.

Ad Verb. ſub pœna.

1 Vt puniatur Elector qui conductum Coelectori ſuo non præſtat.
2. Cur ſubeat perjurii pœnam.
3. Cur perdat votum in electione.
4. 5. 6. Collatio, §. 1. & 5. cum §. 8.

1. Pœna, quam illi incurrunt, qui Electori, vel Nuncio ejus, ad electionem Regis Romanorum proficiſcenti, conductum concedere abnuunt, vel doloſè præſtant, pro diverſitate perſonarum diverſa eſt. Si hoc ab Electore fiat, incurrit pœnam duplicem, nempè perjurii, & perditionis, iſta vice
2. duntaxat, vocis ſuæ, quam in hujusmodi electione fuerat habiturus; ita diſponitur *in hoc* §. *noſtro* & §. 5. Pœnam perjurii proptèrea incurrit, quia juravit Imperio fidelitatem, & ita ſimul ſe utilitatem Imperii promoturum,
3. quam conatur actu, conſtitutionibus Imperii contrario, remorari. Voto autem carere debet ipſe, quoniam votum Coelectoris ſui impedire conatur; itaque ex lege talionis, meritò hanc ſubit pœnam. Et hæc quidem *in* §. §.
4. allegatis. In §. 8. autem conſtituitur. 1. ut cœteri coelectores hunc Electorem, qui legem Carolinam noluerit obſervare, à ſuo deinceps excludant conſortio; ipſeque 2. voce Electionis, & 3. aliorum Principum Electorum loco, dignitate careat atque jure. 4. nec inveſtiatur de feudis, quæ à ſacro
5. Imperio viſus fuerit obtinere. Hic primo loco notandum, hunc §. 8. in nonnullis recedere à §. 1. in aliquo convenire, in nonnullis extendi & augeri pœnas. Recedit in eo, quando pœnæ perjurii nullam facit mentionem. Deinde, in eo convenit, quod perditionem voti attinet. Licet autem hìc, ſi verba ſequamur, videri poſſit, illum Electorem generaliter in omni ſubſequenti electione voto carere debere, quoniam in ſpecie nullum actum determinat; attamen ſenſum hic diverſum à §. 1. non agnoſcendum puto, ſed
6. quod huic textui deeſt, ſupplendum eſſe ex altero. In eo porrò extendi videtur pœna, quod non tantum voto carere debeat ille Elector, ſed etiam debeat excludi à conſortio cœterorum Electorum, ac debeat eorum loco, dignitate, & jure carere. Verum hanc potiùs eſſe interpretationem prioris conſtitutionis, quam augmentum novum, inde patere arbitror, cum ille, qui voto ſe privat, quod præcipuum eſt juris Electoralis, etiam ſimul minoribus juribus ſe privaſſe judicari debeat; indeque nec ad conſortium Electorum, nec ad exhibitionem muneris, quod ipſi alias competebat, in proceſ-
7. ſionibus, aliisque ſolennitatibus, admittatur. De tempore, quando hæc pœna incipiat, nos inſtruit vocabulum *extunc*, ideſt, ſtatim atque delictum commiſſum fuit. Quousque autem pœna durare debeat, petendum eſt ex voce *deinceps*, quæ tamen non de omni actu, qui ſequitur electionem, & ſic eam jam omnimodo finitam, intelligi debet, ſed de electione, quæ iſta
8. vice conficienda. Diſtingui debet inter perditionem unius voti, & totalem amiſſio-

amiſſionem Electoratus; illam §. 1. annotat, non hanc, quæ nimis eſſet dura. Augmentum pœnarum in eo conſiſtit, quod Elector talis, qui Aureæ bullæ non ſatisfacit, non ſit inveſtiendus de feudis, quæ à ſacro Imperio *viſus* fuerit (ita habet Palatinum exemplar, Moguntinum verò habet *niſus*) obtinere. Ad cujus conſtitutionis intellectum velim mihi ab aliis lucem accendi, 1. an hoc de feudo Electoratus, nec non etiam cœteris omnibus feudis ab Imperio dependentibus intelligi debeat? 2. quousque illa inveſtituræ denegatio durare debeat? 3. quæ ſecum hæc inveſtituræ denegatio ferat incommoda particularia, reſpectu illius cui denegatur? certè illis, quæ jam poſſidet, uti, frui omninò non deſinet.

Obſervatio XVI.

1. *Non dolus modo, ſed etiam negligentia meretur pœnam.*
2. *Qui dicatur rebellis.*

Ad Verb. rebelles.

1. Pœnas, de quibus hic conſtitutum, non ſolùm ille incurrit Elector, qui dolo delinquit, ſed etiam ille, qui negligentia. Dolo delinquens hic dicitur rebellis: Eſt verò rebellis (ut habetur in conſtitutione Henrici VII. 2.
Imper. quæ inter extravagantes, libris feudorum annexas, reperitur *ſub tit. qui ſint rebelles*, omnis, qui quomodocunque, publicè, vel occultè, contra Imperatoris honorem, & fidelitatem, rebellionis opera facit, & contra *Imperii* proſperitatem aliquid machinatur, contra Imperatorem, ſeu officiales ejus, in iis quæ ad commiſſum eis officium pertinent, rebellando.

Obſervatio XVII.

Ad Verb. eo ipſo incidiſſe.

1. 2. *An ſententia declaratoria opus, ut quis dicatur rebellis?*

Regula eſt, ut quis dicatur rebellis, requiri ſententiam declaratoriam. 1.
Corn. *conſil. 96. vol.* 4. Decius *conſil.* 604. *num.* 1. idem *conſil.* 544. *num.* 2.
Philip. Port. *lib.* 1. *commun. opinion. concluſ.* 2. *num.* 1. ſed fallit hæc regula in 2.
rebellione notoria facti permanentis. *d. conſtitut. Henrici VII. & hujus cap.* §. 1. Grammat. *deciſ.* 105. *num.* 56. Gail. 1. *obſerv.* 17. *num.* 9. *& de pace publica lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 16.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad Verb. aliis Principibus.

1. *Quid diſponatur in hoc §.?* 2. 3. *Qui dicantur Principes?*

1. In §. præcedenti actum fuit de Electoribus, à quibus Coelectores eorum conducendi; in hoc præſenti ſtatuitur de aliis Principibus, qui non ſunt Electores, nec non de multis, qui Principum claſſe non continentur, quod requi-

requiſiti ab Electore, ad Electionem Regis, Romanorum eunti, vel nun-
2. cios eò mittenti, illos abſque dolo malo debeant conducere. Principis autem nomen hîc generale eſt, & ſub illo continentur, tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, & ex his, Comites Palatini, Duces, Marchiones, Landgravii, Burggravii, Principes in ſpecie ita dicti, & denique Comites in Principum numerum relati, Gefürſte Grafen/ (*de quibus vide me tom. 2. jur. publ. lib. 4. cap. 2. 3. & 4. & additiones hac loca ad Tomo IV. p. 393. ſeqq. & Tomo V. p. **235. ſeq.*) hoc eſt, ut textus habet, *alii principes*, quocunque nomine cenſeantur. Quamquam verò hic ſub nomine Principis Comites & Barones non veni-
3. ant, non tamen ſemper illud fieri certum eſt. Aliquando enim nomine Principum continentur omnes illuſtres perſonæ, adeoque etiam Comites ac Barones, tenentes caſtra, aut civitates cum Regalibus ex Iſernia & Afflicto Tiber. Decian. *conſ. 2. num. 164. lib. 1. & 3. lib. 3. conſil. 19. num.* 224. ubi tradit, Principem poſſe in genere capi pro quocunque habente merum & mixtum Imperium, Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. num.* 37. certè etiam in hac ipſa bulla deprehendimus Principis nomine quandoque contineri Comitem, *cap.* 8.

Obſervatio II.

Ad Verb. Feuda ſacro Imper.

1 *Feuda Imperii, non Imperatoris.*
2. *Feuda Imperii confert Imperator, vel Rex Romanorum, vel Vicarii Imperii.*

1. QUibus feuda Imperii conferuntur, vel collata ſunt, illi dicuntur ea tenere ab Imperio, cujus eſt earum rerum proprietas, ſive directum dominium, unde etiam fidem, vel fidelitatem, debent Imperio *hoc cap.* 1 §. 19. *cap.* 2. §. 2. *cap.* 5. §. 1. Idque ita conſuetum fieri, non modo quando Imperium non habet Imperatorem, vel Regem, & vacans eſt, ut hic & §. 8. ac modo allegatis locis; verum etiam tunc, quando Imperatorem, vel Regem habet.
2. Nam utroque caſu feuda illa tenentur ab Imperio. Cum autem Imperium ſit univerſitas, nec per ſe conferre poſſit feuda, illius vice & nomine alius ea confert, qui eſt Imperator, vel Rex Romanorum, & Imperio vacante, nonnulla conferunt Vicarii Imperii. *A. B. cap.* 5. §. 1. & 2. Tenentur itaque illa feuda ab Imperio, ſed recipiuntur, vel ſuſcipiuntur eadem ab Imperatore, vel Rege. A. B. *cap.* 29. §. 1. & 2. Plura hac de re vide *tom.* 1. *jur. publ. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 50. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 68. *tom.* 4. *in addit. ad d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 50. *p.* 117. & *tom.* 5. *in addit. ad d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 50. *p.* * 165.

Obſervatio III.

Ad Verb. nec non &c.

1. 2. *Collatio hujus §. cum aliis §§.*

1. HIc ordo etiam obſervatur *in* §. 4. & §. 6. In §. 7. autem omittuntur mi-
2. lites & clientes. In §. *noſtro* 2. *verſ. omnes*, præponuntur Nobiles militibus

bus & clientibus; idem fit *in cap. 8 pr. & circa finem, ac cap. 11. in pr. & §. 2.* pro civibus & communitatibus caſtrorum, civitatum & locorum, ponuntur cives, ſeu communitates civitatum. §. 4. §. 6. §. 7. §. 9.

Obſervatio IV.

Ad Verb. militibus,

1. 2. 3. *Qui dicatur Miles.*

NOmen militis populariter opponitur pagano, hoc eſt, ſignificat eum qui 1.
militiam ſectatur, einen Kriegsmann; Quandoque accipitur pro Vaſal- 2.
lo, ut fit in libris feudorum. Hottomann. *de verbis feudalibus voc. Miles*; 3.
aliquando notat, per excellentiam, illum, qui cingulo militari donatus, & ordini equeſtri adſcriptus eſt, ein Ritter / Höpping. *de inſignium ſive armorum priſco & novo jure. cap. 2. §. 6. ſect. 5. membro 1. num. 512. pag.* 101. Gründliche Außführung der Reichs-Stadt Lindaw/ꝛc. *pag.* 604. quam ſignificationem hujus noſtri loci eſſe non ambigo, & video id etiam placuiſſe illi, qui Auream Bullam ex latino in linguam Germanicam tranſtulit.

Obſervatio V.

Ad Verb. Clientes.

1. *Clientes non unius fuerunt generis.*
2. Dienſtmänner.
3. Ritter/ und Knecht.

CLientes, vel Clientuli, in libris juris feudalis interdum dicuntur, qui 1.
paſſim Vaſalli, aut milites, aut feudatarii appellantur. Impropriè autem iis hæc appellatio tribuitur. Clientes olim duorum erant generum, alii namque cives Romani erant, homines tenues, qui ſe in potentioris alicujus fidem dicabant, quem patronum nominabant, qui eos ab injuriis defenderet. Alii præterea clientes erant homines provinciales, qui ſe Imperio populi Romani dediderant, ac propterea parte aliqua ſuorum agrorum donati fuerant, quorum conditio propius ad Vaſallorum ſimilitudinem accedit. Hottom. *de verb. feudal. verb. Clientes, & diſputat. de jure feud. cap. 3. pag.* 22. Qui auream Bullam Germanicè ediderunt, Clientes hîc appella-
runt Diener/ vel Dienſtmänner/ (*de quibus videri poteſt,* die gründliche Auß- 2.
führung der Stadt Lindaw/ꝛc. *pag.* 602. *& ſeqq.*) alii ex iisdem, uſi ſunt nomine Knecht/ quibus & ego accedo; nempe, ut Knecht/ intelligatur de eo,
qui in ordine dignitatum ſequitur den Ritter; hac enim enunciatur ſerie, 3.
Ritter und Knecht/ vide reformat. Keyſers Friderici III. zu Franckfurt auffgericht anno 1442. in pr. (*in Cod. Receſſ. Imper. pag.* 25 Ordnung deß Cammergerichts zu Wormbs/ anno 1495. *in pr. pag.* 18. & alia documenta Imperialia antiqua, ac moderna, in quibus affatim hæc formula loquendi occurrit.

Digitized by Google

Obſervatio VI.

Ad Verb. Caſtrorũ.

Differentia inter caſtrum, & civitatem, remiſſivè.

QUomodo differant caſtrum & civitates; vide Knipſchild de juribus & privilegiis civitatum Imper. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. *pag.* 9. *ac* die gründliche Außführung der Stadt Lindaw/ *pag.* 610.

Obſervatio VII.

Ad Verb. per territoria.

Quis incurrat pœnam non præſtiti conductus?

QUi nullum habet territorium, nec ullum jus in alieno conducendi, ab eo fruſtra petitur conductus, indeque licet quis alicujus ſit ordinis ex præmemoratis, non poterit incurrere pœnam non præſtiti conductus, cujus jus præſtandi non babet.

Obſervatio VIII.

Ad Verb. ſupraſcriptas.

1. *Correctio textus.* 2. *Privatio præſupponit habitum.*

1. AUt pro *ſupraſcriptas* reponendum *infraſcriptas*, aut pro plurali ſingularis, *ſupraſcriptam* ſcilicet: nam unam tantum ex ſupraſcriptis pœnis, §. 1. expoſitis, nempè pœnam perjurii, incurrunt illi, qui hoc §. 2. nominantur.
2. Alteram enim incurrere nequeunt, quæ Electoribus peculiaris, & eſt perditio vocis in electione, quam nemo perdere poteſt niſi Elector, cui iſta vox, vel votum, competit. Privatio enim præſupponit habitum. Gail. *de pace publ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 13.

Obſervatio IX.

Ad Verb. omnes quidem.

1. *Pœna Principum, Comitum &c. Electori conductum denegantium.*
2. *Etiam ignobilibus jus conducendi competiiſſe.*
3. *Pœna communitatum Electori conductum non præſtantium.*
4. *Ratio hujus pœnæ.*

1. POenæ quas merentur illi, qui Electoribus, vel eorum Nunciis conductum denegant, vel doloſè præſtant, hîc diverſæ ſunt, pro diverſitate perſonarum. Principes, Comites, Nobiles, Milites, Clientes & univerſi ignobiles, (ita enim, non verò nobiles legendum puto, ne Nobilium bis fiat mentio, & omittantur ignobiles, de quibus tamen in ſuperiori verſiculo dictum; unde colligere licet, etiam ignobilibus jus conducendi tempore
2. Caroli IV. competiiſſe, hodiè competere nullo exemplo edoctus ſum) incurrunt. 1. pœnam perjurii. 2. privationis omnium feudorum, quæ immediatè ab Imperio vel à quibuscunque aliis obtinent. 3. privationem omnium poſſeſſionum, vel bonorum ſuorum. Quæ poſteriores pœnæ longè graviores

Digitized by Google

viores ſunt, quam illa, quæ §.1. Electoribus dictata legitur. Communita- 3.
tes verò, & cives, contra præmiſſa, de conductu Electorum, vel eorundem
Nunciorum, ad electionem Imperatoris proficiſcentium, facientes, decla-
rantur. 1. perjuri. 2. privant ſe univerſis juribus, libertatibus, privilegiis
& gratiis, quæ ab Imperio obtinuerunt. 3. incurruntque cum perſonis &
bonis ſuis omnibus bannum & proſcriptionem Imperialem, Sie fallen in die
Acht; cujus effectus eſt, ut cuilibet impunè liceat illos invadere. Indè verò 4.
hæc pœna promanat, cum contra Rempublicam, ac ſtatum & dignitatem
Imperii, nec non contra honorem proprium, & ſalutem tantæ rei temerarii
neglectores, tanquam rebelles, inobedientes & perfidi, infideliter & per-
versè egerint.

Obſervatio X.

Ad verb. bannum.

1. *De banno remiſſivè.*
2. *Banni definitio.*
3. 4. *Banni diviſio.*
5. *Contumacia eſt verum delictum.*
6. *Banni diviſiones aliæ.*

Bannum, proſcriptio, nobis Germanis dicitur Acht/ de cujus vocabuli 1.
origine & ſignificatione egi *in annot. ad Capitul. Caroli V. artic.* 32. *verb.*
in die Acht. *pag.* 248. *& ſeq.* ut etiam de voce *Bann. pag* 250. cui addi poſſunt,
quæ de eadem conſignavit author der gründlichen Ausführung der Reichs-
Stadt Lindaw / die ohnverſehens abgelöſte / und der Ertzhertzogin Claudiæ
Fürſtl. Durchleucht. pendente lite cedirte Reichs Pfandſchafft betreffend.
pag. 291. *& ſeq.* nec non Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 1. Bannum autem Im- 2.
periale, de quo A. B. loquitur, definiente Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 1.
num. 20. eſt Imperii judicialis cenſura, qua violatoribus pacis publicæ aqua
& igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam reci-
pi, ab omnibus verò impunè, tam in perſona, quam rebus, offendi poſſint.
Diſtinguitur verò bannum ex cauſis illud promerentibus, ut aliud dici poſſit 3.
bannum delicti, aliud obligationis, ſivè conventionis, eine verwillkührte Acht.
Meichſner. *tom.* 3. *dec. Camer.* 17. *fol.* 671. *&* 674. ſed Gail. *d. lib.* 2. *cap.* 2. *num.*
13. poſterius hoc non agnoſcit, ipſeque docet *d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. Ban- 4.
num Imperii ex duplici cauſa irrogari poſſe; primò, ob delictum fractæ pa-
cis, ſecundò ob ſolam contumaciam, etiam in cauſis civilibus, utpote, ſi le-
gitimè citatus non compareat, vel condemnatus judicatum non faciat, aut
executorialibus mandatis non obtemperet; quibus caſibus Cameræ judex
ad vindicandam obſtinatam contumaciam, & tuendam Cæſaris & Imperii
Jurisdictionem, tali contumaci, in terrorem aliorum, banni pœnam infli-
gere poteſt. *Ordin. Camer. part.* 3. *tit.* 43. §. 1. *& tit.* 18. *cum ſeq. part.* 2. Idem
Gailius propugnat, contumaciam delictum non eſſe verè, ſed impropriè.
d. l. 2. *cap.* 5. *num.* 8. at ego in contrarium inclinans, omne bannum ex delicto

Digitized by Google

provenire arbitror, cum autem delicta illa non ſint æqualia, hine provenire, ut effectus ſententiæ & pœna quoque inæqualis ſit, licet ſententia, quæ fertur in Camera Imperali, quoad formam pronunciandi æqualis ſit, Gail. *d. lib.2. cap.6. num.*1. in effectu tamen differant, *d. cap.6. num.*3. *& ſeqq.* Quod
5. autem contumaciam pro vero delicto agnoſcam, movet me, quod ſecum ferat inobedientiam, & contemptum judicis; unde etiam nonnulli contumacis nomen à contemnendo derivant, Cujac.18. *obſerv.*30. Verius Longus *de Ortographia pag.*331. Hilliger. *part.2, Donelli enucl. lib.23. cap.*10. *lit. b.* accedit, quod contumacia veniat ſub nomine Mißhandlung / Cammergerichts-Ordnung / *part.2. tit.*18. *verſ.* ſo auch / ac ab ipſo Gailio dicatur
6. eſſe ſummum delictum *d. lib.2. cap.5. num.*13. Porrò, bannum aliud eſt ſeculare, aliud Eccleſiaſticum, aliud generale, aliud ſpeciale. Generale quod ab Imperatore, vel Camera provenit, ſpeciale, quod ab aliis judiciis, quæ limitatam habent juriſdictionem, vel à ſtatibus Imperii &c. *infligitur*, reſpectu territorii, vel diſtrictus cujusque. Vocatur hæc, die Unter-Acht / altera verò Ober-Acht / ut ex Lago & Rudingero docui *in annot. ad Capitul. Caroli V. d. art.22. verb.* Ober-Acht / *pag.*250. Eſt quoque differentia inter Acht und Ober-Acht / quorum illud eſt primum Decretum Imperiale, quo alicui ſub pœna banni injungitur, ut mandato Imperiali pareat, aut niſi id fecerit in bannum ex nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc, incidiſſe declaratus eſſe debeat: Poſterius verò eſt ſecundum Decretum, quo contumax in antea expreſſam pœnam banni, ipſo jure & facto, quoad conſtitutionem de pace publica, incidiſſe, denuo declaratur. Oſterman. *diſp. Camer.*9. §.7. *in f.*

Obſervatio XI.

Ad verb. ipſe facto.

An ad banni irrogationem requiratur ſententia?

AN hodie ipſo facto, ſine declaratione & ſententia, delinquens banno ſubjiciatur, etiam in crimine notorio, petendum eſt ex Ferdinandi III. Capitulatione *art.*3. quæ hujus eſt tenoris: Wir ſollen und wollen auch fürkommen / und keines weges geſtatten / das nun hinführo iemand / hohes oder niedern Standes / Churfürſt / Fürſt / oder andere / ohne Urſach / auch ohngehört / und ohne Vorwiſſen / Rath / und Verwilligung deß Heiligen Reichs Churfürſten / welche ſich deß Wercks nicht theilhafftig gemacht / in die Acht und Ober-Acht gethan / bracht und erkläret werde / ſondern in ſolchen ordentlicher Proceß / und deß Heil. Reichs vor auffgeſetzte Satzungen / nach Außweiß deß Heil. Reichs im fünf und fünfzigſten Jahr reformirten Cammergerichts-Ordnung / und darauff erfolgten Reichs-Abſchied / in dem gehalten und vollzogen werde: doch dem Beſchädigten ſeine Gegenwehr / vermög deß Landfriedens / unabbrüchig. Were es aber Sach / daß die That an ſich ſelbſten gantz notori, und

Digitized by Google

und offenbahr/ der Friedbrecher auch in ſeinem Verbrechen beharrlich und thätlich fortfühℜe/ ob wol es dann nicht eben eines ſonderbahren Proceſſes von nöthen: – So wollen Wir iedoch auch in dieſem Fall mit Zuziehung obgedachter/ deß Heil. Reichs/ obgemeldter maſſen unintereſſirter Churfürſten/ ehe und zuvor Wir zu der würcklichen Achtserklärung ſchreiten/communiciren und verfahren. Adde Capitul. Ferdinandi IV. *artic.* 28. & Leopoldi *art.* 28. & vide Sinoldum *tom.* 1. *Colleg. publici de ſtatu Rei Romanæ diſput.* 4. *theſ.* 17. *lit. f. pag.* 195. *& ſeq.* ac me *in annotam. ad Capitulat. Ferdinandi III. d. art.* 30. *verb.* ſonderbahr Proceß von nöthen. *pag.* 724.

Ad Verb. cives & communitates.

Obſervatio XII.

Banno percutiuntur non ſolum ſingulares perſonæ, ſed etiam univerſitates.

NOn ſolum ſingularis perſona, ſed etiam tota univerſitas, vel communitas, aut civitas, ob delictum contra pacem publicam commiſſum, in bannum Imperiale declarari & denunciari poteſt; quod explicat Gail. *dict. lib.* 2 *cap.* 9.

Ad Verb. à ſacro obtentis Imperio.

Obſervatio XIII.

Imperium Romanum, cur dicatur ſacrum remiſſivè.

CUr Imperium Romanum dicatur ſacrum, explicavi *tom.* 1. *jur. publ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *& ſeqq. & tom.* 4. *in addit. ad d. cap.* 7. *num.* 3. *&* 5. *p.* 38.

Ad Verb. inpunè licebit invadere.

Obſervatio XIV.

1. *Bannitum impunè invadere licet.*
2. *Quid contineat invaſio?*
3. *An bannitum liceat occidere.*
4. *Authoris opinio.*
5. *Gailii error.*
6. Vogelfrey.
7. *Arniſæus damnat conſuetudinem Italiæ.*
8. *Authoris diſtinctio.*
9. *Præmium occidentis bannitum.*

DUo hîc obſervatione digna ſunt, unum quod unicuique bannitum impunè liceat invadere, ſed non mandetur ut eum debeant invadere; ergò in invaſoris voluntate eſt poſitum, an velit bannitum invadere, nec ne, non autem cogitur eum invadere: (quod etiam repetit *hoc c.* 1. §. 22.) cujus exceptio eſſe poterit, niſi ſententia, vel mandatum magiſtratus, vel lex, aut ſtatutum loci, invaſionem fieri expreſſe mandet. Alterum eſt, quid ſub permiſſione invadendi veniat? Invadere nobis eſt anfallen/ latinis, aggredi, adoriri, impetum facere; ſecundum feudale jus, aſſilire. 1. *F.* 5. *in pr. verſ. ſimiliter ſi Dominum.* 2 *F.* 24. *verb. porrò hoc cap.* 1. §. 4. Permittitur itaque bannitum invadere, capere, bona, quæ ſecum fert, diripere, eundemque magiſtratui ſiſtere, quo ea pœna afficiatur quam meritus: Verum an etiam

 eum

Digitized by Google

3. eum liceat impunè interficere, in textu noſtro deciſum non eſt. Sunt non pauci, qui id hodiè licere in Imperio, doceant, & communem opinionem eſſe dicant. Gail. *dict. lib.2. cap.5. in fin.* Weſembec. *in paratit. ff. ad lib.28.*
4. *tit.8. num.20.* à quorum traditione longè abeo. Notum eſt, ſententiam eſſe ſtricti juris, ejusque verba intelligenda eſſe prout ſonant. Gail. 1. *obſervat.116. num.1. & 2.* Verba verò ordinaria ita ſe habent, denunciren und verkünden. N. in Keyſerl. Majeſt. und deß Heil. Reichs Acht / ſetzen ihn auß dem Frieden in Unfrieden / und erlauben ſein Leib / Haab und Gut dem Kläger und allermänniglichen / Gail. *dict. lib.2. cap.6. num.10.* Landfried zu Wormbs *anno* 1521. auffgericht / *titul.* die *Poen* aller Friedbrecher / *in Codic. Receſſ. Imper. pag.125.* Cammergerichts-Ordnung. *part.2. titul.9.* §. ſo iemand. At verò in his ſententiis interficiendi bannitum licentia non conceditur, ſed tantum Imperii pace & tuitione excluſus, ipſius perſona & bona offenſioni & moleſtationi exponuntur: aliud autem eſt offendere, aliud interficere; variis enim modis quis offendi poteſt, qui tamen non interficitur. Porrò, ſi verba ſententiæ, in banno propter delictum irrogato, banniti occiſionem permittunt, permittent etiam eadem cædem banniti propter contumaciam,
5. quoniam uniformia ſunt cum prioribus, Gail. *d. lib.2. cap.6. num.19.* Idem Gail. *d. lib.2. cap.5. num.16.* diſtinguit inter condemnatum ob delictum ex veris probationibus, ac bannitum ob contumaciam; quod tamen fieri haud
6. debebat: ubi enim eadem verba, ibi idem ſignificatus. Parum nos movet, quod vulgus bannitos dicat Vogelfrey / nec enim hoc ſententiis exprimitur; ac, præterea, de ſenſu hujus appellationis ambigi poterit, nempè, an Vogelfrey habeatur pro illo, qui capi poſſit, ut avis, vel cujus corpus avibus prædæ eſſe debeat: non inde enim, niſi malè, intuleris, illum etiam ab hominibus poſſe occidi. Nec ſententiæ banni Imperialis univerſalis hoc epitheto utuntur; licet olim formula banni particularis, unius, vel alterius judicii, illud expreſſerit, (*vide me in annot. ad Capitulat. Caroli V. artic.22. verb.* erklärt werden / *pag.251. & tom.4. jur publ. ad lib.5. cap.7. pag.754.* §.27.) Ubi non avibus modo in prædam, ſed etiam piſcibus, & Diabolo quoque, (quod barbarum, minusque Chriſtianum) datus fuit bannitus, id ſi rectè capio, ita debet intelligi, ut ille bannitus, ſi moriatur (quod facilè fieri potuit, quoniam nec tecto recipi, nec alimentis refici debuit) debeat ſepultura carere, & vel avibus exponi, vel in aquam demergi. Quod ſi intelligi debuiſſet de potentia occidendi, etiam ferarum beſtiarum principalium debuiſſet fieri mentio, & imprimis hominum quoque Reipublicæ ſalutem procurantium.
7. Notum eſt, in Italia multis in locis, vel lege, vel conſuetudine, ſtatuto, aut ſententia, introductum, aut firmatum, bannitum impunè à quoquam occidi poſſe, quod irrationabile judicat Arniſæus *de jure majeſtat. lic.2. cap.3. num.9. p.m.205.* & contrarium præcepto divino, non occides.
Ego

Digitized by Google

Ego diſtinguendum arbitror inter delicta, quæ banni pœnam merentur; 8.
quæ, ſi talia ſint, ut jure pœna mortis expiari debeant, (quò maximè pertinent *traditoride la patria)* executio ab ordinario magiſtratu, in caſu abſentiæ & fugæ delinquentis, aliis concedi poſſit, & tunc ſint executores juſtitiæ, nomine & authoritate magiſtratus, ne ſcilicet delicta maneant impunita, & Reſpublica ab hoſtili & perfida machinatione banniti ſecura ſit. Et hoc caſu præceptum non occides, haud læditur, quoniam privatis illa ſcripta, non magiſtratui, qui exercitium gladii habet, in atroces facinoroſos, vel per ordinarium executorem, vel per extraordinarium, ſicque quod facit per alium ipſe feciſſe videbitur. Moris autem in Italia eſt præmium aliquando 9.
conſtituere ei qui bannitum vivum ſiſtit Magiſtratui, aut eum interficit, & caput humeris avulſum in argumentum cædis offert. Aliquando etiam bannitus à banno abſolutionem meretur, qui alium bannitum famoſum juſſu magiſtratus occiderit; de quo notum eſt apud Venetos exemplum patris banniti, qui filium itidem bannitum interemit, & oblatione capitis, abſolutionem à banno petiit.

Obſervatio XV.

Ad Verb. nullam pœnam.

An infamiam facti incurrat occiſor banniti?

BAnniti occiſorem infamiam facti incurrere nonnulli ſtatuunt; vide Freherum de infamia *lib.3. cap.22. num.15.*

Obſervatio XVI.

Ad Verb. ab Imperio vel quovis alio.

1. 2. *Ubi bannitus poſſit impunè offendi?*

QUi Imperii banno generali percuſſus eſt, in toto Imperio impunè offendi poteſt. Gail, *lib.1. de pace publ. cap.6. n.14.* Qui autem particulare 1.
ſubiit, in hac vel illa provincia Imperii, in illa tantum impunè offenditur, 2.
non verò in alia. *Idem* Gail. *dict. cap.6. n.12.* Berlich. *practic. concl. part.4. concl.6. n.30.*

Obſervatio XVII.

Ad Verb. rebelles.

Quid interſit inter rebellem, & bannitum.

GLoſſa *in* §.1. *in verb. rebellis, tit. qui ſint rebelles, in extravagantibus conſtitutionibus feudalibus*, docet, aliud eſſe rebellem Imperii, & aliud, eſſe in banno Imperii; de cujus ſenſu videri debet Gail. *d. lib.2. cap.18. num.17.*

Obſerva-

Digitized by Google

§. 3.

Obſervatio I.

Ad Verb. omnium civitatum.

1. 2. *An Electoribus ad electionem proficiſcentibus alimenta gratis exhiberi debeant;*	4. 6. *Mos in Imperio receptus.*
3. *Albergaria,* droit de giſte.	5. *Reſpondetur objectioni.*
	7. *Vinum honorarium.*

1. CUr Imperator hîc ſaltem civitatum mentionem faciat, contra formulam, qua in antecedent paragrapho uſus, ubi Principum, Comitum, Baronum &c. & civitatum meminit, non ſatis mihi conſtat; videri poterat, inde eſſe, quaſi Principes, cæterique Magnates, Electoribus, eorumque Nunciis ad electionem Imperatoris iter facientibus, gratuitum hoſpitium, & alituram debeant. 2. Hanc opinionem fundamentum habere videbitur inde, quod Electores non utilitatis privatæ, ſuæque ſeparatim gratia, hoc iter ſuſcipiant, ſed cauſa totius Imperii & Statuum, quorum cum ſit commodum, eorum quoque deberet eſſe onus ſumptuum; ob allegata à Gail. 1. *obſervat.* 99. *num.* 1. 3. Præterea, albergariæ, ſeu hoſpitaturæ jus, Electoribus, tanquam præcipuis Imperii membris, in itinere ad faciendam Electionem competere, affirmandum videtur; Eſt verò hujus juris (quòd Germanicè dicitur Ablager/Atz/Außſpann/Gaſtung/Futter und Mahl/Nachtfeld/Gallis *droit de giſte,* Ragueau *des droits Royaux lit. G. pag.* 363.) effectus, ut ille, cui hoc ab alio debetur, hoſpitio excipiatur, ciboque & potu gratis reficiatur, cum familia, quam ſecum ducit; de quo videri debet Magerus de advocat. armata, *cap.* 10. *num.* 259. *& ſeqq. ac num.* 310. Goldaſt *in ration. conſtitut. Imperial. pag.* 15. *& rer. Alemann. tom.* 2. *fol.* 90. 4. Verum, neutrum horum in Imperio receptum, nec Electores, ubi primum, excluſis aliis, electionis jus ſibi pedetentim acquirere cœperunt, hiſce ſumptibus reliquos, quos excludere in animo habebant, gravare auſi ſunt, ne conatui ſuo fortaſſis remoram injicerent. Nec poſtea quoque hoc onus Statibus omninò, vel pro parte imponi poſſe unquam viſum fuit, nec videri debuit.

5. Nulli officium ſuum damnoſum eſſe debet; at ſunt Electores extra damnum, quoniam tenent magnos Principatus, quibus jus, onusque Electorale connexum, inde maximi ad eos perveniunt reditus, nec Electus erga illos ingratus eſt. Habent compendioſa privilegia, & dignitatem quoque, ac poteſtatem, quæ omnem ſuperant cenſum, & æſtimationem. Albergariæ jus non competit, niſi ex ſpeciali pacto, vel conſuetudine, ad quorum neutrum provocare poſſunt Electores. 6. Ut mores noſtri ſunt, Electores, dum per territoria Statuum iter faciunt, à territorii Dominis, agnatis, vel amicis, benignè excipiuntur, & tractantur, non lege, ſed civilitate, atque affectione id requirente; Unde fit, ut alibi ſine omni diſpendio tranſeant, alibi cum modico,

Digitized by Google

modico, prout civilitati Statuum reſpondent vires patrimonii, & opulentiæ, alibi arbitrario. Quando civitates Imperiales pertranſeunt, communiter feſtiva gratulatione excipiuntur, illisque in ſignum jucundi pergratique adventus, præſentantur certis menſuris, vinum, avena, piſces. Vinum 7.
quod attinet, obſervavi, id honorarium vinum jam olim ab Iſidoro *lib.*20. *etymol. cap.*3. dictum, quod jam illo ævo moris eſſet, illud Regibus, & Potentibus, honoris gratia offerri; ac poſtea etiam extra Germaniam in uſu fuiſſe Magnatibus pro dono exhiberi, ubi ad civitatem aliquam egregiam diverterent. Ex Antonii Lalani itinerario Archiducis Philippi *lib.*1. *cap.*2. refert Chifletius in Vindiciis Hiſpanicis *cap.*14. *pag.*130. Philippo Auſtriaco. Caroli V. Imper. parenti, pergenti in Hiſpaniam, anno M. D. I. ab urbis Silvanectenſis Rectoribus oblata fuiſſe vini vaſa duodecim, cum hac oratione, Celſiſſime, Excellentiſſime, ac Potentiſſime Domine, urbs iſta Silvanectum humillimè ſe commendat veſtræ Nobili gratiæ, ut uni ex duodecim Franciæ paribus, atque ut illorum etiam Decano: ſi enim ſemel duntaxat par eſſetis, tantam vini quantitatem vobis non offerremus.

Obſervatio II.

1. *De quibus civitatibus hic agat Imperator.*	3. *Cives lucri avidi.*
2. *Ratio dubitandi.*	4. *Magnates famæ ſtudioſi.*

SI quæras, de quibus civitatibus hîc agat Imperator, reſponſio ex textu 1.
petenda erit, agere eum de omnibus, ergò non de illis tantum quibus jus conducendi eſt per territoria ſua, de quibus actum in §.2. ſub nomine itaque Civitatum hic venire videntur non modo immediatæ, ſed etiam mediatæ, atque hinc etiam municipales. De quibus tamen dubitandi rationem hau- 2.
rire licet, ex eo, quod juſſus Imperatoris dirigi potius debuiſſet ad Dominos, quibus ſubjectæ, quorum juris eſt cura annonæ, Policey Ordnung zu Augſpurg / *de anno* 1548. *tit.* von etlichen Artickeln / darinnen der Oberkeiten Ordnung fürzunehmen befohlen wird / §. Demnach / *in Cod. Receſſ. pag.*370. Policey-Ordnung zu Franckfurt *anno* 1577. auffgericht / *tit.* von etlichen Artickeln/ꝛc. §. Demnach; *pag.*682. Civitatum autem potius, quam Prin- 3.
cipum, Comitum &c. hic mentionem factam fuiſſe conjicio, quia incolarum civitatum genius maximè lucri eſt cupidus, & Mercurialis; Magnatum 4.
verò laudis & famæ avidus. Quo refero Tiberii dictum, apud Tacitum *l.*4. *annal. p. m.*182. cæteris mortalibus in eo ſtare conſilia, quid ſibi conducere putent; Principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.

Obſervatio III.

Ad Verb. Victualia.
1. *Quid nomine Victus veniat?*
2. *Quid nomine annona?*
3. *Victualia, corruptum nomen.*

1. VIctualia hic dicuntur, quæ alio nomine commeatus, annona, cibaria,
victus; quo ultimo Ulpianus *in l.*43. *ff. de V. S.* contineri docet, quæ
eſui, potuique, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini neceſ-
ſaria ſunt. Veſtem quoque victus habere vicem, Labeo ait; quo de Valla
2. ei dicam ſcripſit; teſte Forcatulo *in penu juris civilis, cap.*3. *p. m.*14. Ad an-
nonam refertur frumentum, panis, vinum, oleum, ſal, acetum, lardum,
carnes, palea, fœnum, ligna, & omnia uſualia, quæ ad pondus vel menſu-
ram venduntur, & ad victum pertinent, *l.*1.2. & 8. *C. de erogat. milit. annon.*
*l.*12. Boſſ. *tract. crim. tit. de extraordin. crimin. num.*4. Decian. *tractat.*
*crimin.*2. *lib.*7. *cap.*22. *num.*1. Bocer. *claſſ.*3. *diſput.*16. *de crim. repetund.*
3. *theſ.*23. Cœterum, victualia, corruptum nomen, à victu latino eſt, non
minus, quam Italorum *vettovoglia*, Gallorum, *victuailles*, Anglorum *victual-*
les. & Belgarum *victaille.*

Obſervatio IV.

Ad Verb. communi.
1. *Precia rerum non ubiq; paria.*
2. 3. *Dicti ratio.*
4. *Bodini opinio.*

1. COmmune pretium hîc intelligi debet de illo, quod in loco, per quem
iter faciunt Electores, vel eorum Nuncii, commune eſt, *arg. l.*2. *in pr.*
*C. ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare l.*10. nam quod in una pro-
vincia, unove loco, commune eſt, non ſtatim commune eſſe dici poteſt ubi-
2. que; utplurimum enim rerum precia diverſis in locis diverſa ſunt. *d. Refor-*
mation guter Policey zu Augſpurg *de anno* 1548. *tit.* von etlichen Artickeln/ dar-
innen der Obrigkeiten Ordnung fürzunehmen befohlen wird/ *verſ.* Dieweil/ *ibi.*
von deßwegen/ daß Speiß und Tranck in einem Land in zimlichem/ in dem an-
dern aber in viel einem höhern Kauff iſt. *pag.*370. idemque repetitur in der
Policey-Ordnung zu Franckfurt/ *anno* 1577. *tit.*15. *verſ.* Dieweil. *pag.*682.
Nempè, nonnullam pretio varietatem loca, temporaque adferunt. *l.*63.
3. §.2. *ff. ad l. Falcidiam*; Cui addo etiam pecuniæ copiam, vel inopiam, re-
rumque abundantiam, vel raritatem. Cum Franciſcus Pizarra Peruanum
bebat in illa electione; ita clarè diſponitur hoc *cap.1. §.1.* In §. autem præſenti, Elector, qui leges Bullæ noſtræ adimplere noluerit, aut contra illas fecerit, planè excludi debet à conſortio Electorum, & ita etiam in futurum carere debet voto. Conſideravi hanc diſcrepantiam ſupra in obſer-
2. vatione 15. ad §.1. ſed fateor illam exactius examen requirere. Facilimè hoc diſſidium componi poterit, ſi textus Palatini Codicis una corrigatur vocula; habet ille, *dignitate careat atque vice*; ſi jam pro particula *atque*, ponatur
3. *ea*, amica horum paragraphorum erit conſonantia. Novi quidem correctiones textuum à nonnullis omninò improbari, ab aliis vix, & parcè admitti, ut apud Hilligerum *part.1. Donelli enucleati. lib.8. cap.11. lit. l. pag.626. & ſeq.* videre eſt. Sed hæc præſens eſt perexigua, & in loco, qui in Moguntina editione quoque ſubſtitutionem aliam (nempè pro *vice* legit *jure*)
4. non potuit effugere. At verò fortaſſis nec noſtra correctione opus eſt, ſi paragraphi verba ex *d.* §.1. diſpoſitione reſtringamus ad vicem illam, *ſcilicet*, ſi Elector aliquis auream Bullam nolit adimplere, ſed contra eam agat, ipſum ob hoc cæteros Electores debere excludere à ſuo conſortio, ſicque cariturum voce electionis, ac loco & dignitate Principum Electorum, pro illa vice, quâ peccavit. Certè, quoniam in textu non expreſsè ſtatuitur quouſque remotus eſſe debeat à conſortio Electorum, aut carere voto Electionis, atque loco & dignitate Electorali, potius eſt, ut in mitiorem incline-
5. mus ſententiam, & §.1. convenientem. Denique, ſi nec hoc quoque admittatur, dicendum erit, alium annotari caſum in *d.* §.1. alium in hoc præſenti, indeque fieri, ut alia ibi, alia hîc exprimatur pœna. Delictum ibi ſaltem eſt unicum, nempè denegatio conductus, quæ unum caput legis offendit; hic autem eſt multiplex, nempè contemptus legum Bullæ omnium, ut inde haud mirum videri poſſit, pœnæ graviori hic locum dari.

Ad verb. excludant conſortio.

Obſervatio II.

Electores poſſunt aliquem ex ſuis Collegis à conſortio ſuo excludere.

NOtabile eſt, quod Electores, qui in ſuum conſortium alium recipere nequeunt, (nec enim ipſi ſoli Electorem poſſunt conſtituere) aliquem à conſortio ſuo ſoli poſſint excludere, Hoc illis à lege, certo caſu, datum; illud verò nunquam datum; in quo horum actuum conſiſtit differentia.

Ad verb. vir Nobilis

Obſervatio III.

1. 2. Examen textus.

1. VIdetur conſtitutionem præſentem argui poſſe imperfectionis; omittit enim (æque & §.7.) ignobiles, quibus tamen non minus quam Nobilibus pœnam anteà dictavit *in* §.2. §.4. §.6. Licet verò dici poſſit, ſupra

in

in antecedentibus paragraphis expreſſas conſtitutiones ad eos pertinere, ſequentes autem non pertinere (quod certo cum moderamine admitto,) nondum tamen res tota confecta eſt, ac pœna privationis feudorum, quæ ab Imperio tenent (tenent enim talia quam plurimi, & tenere poſſunt, ut experientia teſtatur, etiam ſine dignitate adjecta, gemeine Reichs-Lehen. Exempla ut alibi, ſic majori copia proſtant in civibus civitatum Imperialium) non minus in illos cadit quam in Nobiles, *ſupra* §.2. Dici tamen poteſt, noluiſſe Carolum pœnas ignobilium hic reiterare, cum ſufficiat eas jam ſemel fuiſſe expreſſas. *d.* §.2.

Obſervatio IV.

Reſtrictio textus.

QUod hic de Nobilibus in genere dicitur, id Maul. *de jure conducendi. tit.2. num.*27. accipit de Nobilibus immediatis, & *num.*34. verba, *Comites, Barones, Civitates & Nobiles (ſuprà* §.2.) intelligi debere ait, de immediatè Imperio ſubjectis. Nam Comites, Barones, Civitates, & Nobiles mediatos, non præſumi habere jus in ſuis territoriis, ſed Dominum eorum, niſi ſpecialem conceſſionem, vel præſcriptionem ſufficienter probent; quemque enim Principem, vel Comitem, in univerſo ſuo territorio præſumi habere jura ſummi Principis, & non ipſius ſubditos.

Obſervatio V.

Ad Verb. non inveſtiatur.

1. *Collatio §.2. hujus capitis cum §. præſenti.* 2. *Conciliatio horum paragraphorum.*

PRinceps alius quam Elector, ſi conductum Electori ad Electionem Regis Romanorum proficiſcenti neget, feudis quæ ab Imperio, vel quibuscunque aliis tenet, privari debet. *ſupra* §.2. vel, ſi alio modo in Carolinas hujus Bullæ leges committat, non debet inveſtiri de feudis, quæ à ſacro Imperio, vel aliundè habet. *hoc* §. *noſtro.* Hinc, niſi velimus ſtatuere, pœnam hic mitiorem dictari delinquenti, quam factum. *d.* §.2. & ita corrigi rigorem illum, fatendum erit, verba quidem non convenire, eundem tamen eorum eſſe ſenſum, nempe, *non debere inveſtiri*, & *privari feudo*, idem hic importare. Agit enim de feudis, quæ jam tenuit ille, qui deliquit, ne verò ampliùs tenere poſſit, illis privari debet. Privatio autem fit, denegando illi inveſtituram, quam à noviter electo Imperatore petit. In feudo autem, quod tenet ab alio quam Imperio, contingere poteſt, ut non exiſtat caſus, quo renovatio inveſtituræ petenda, ſimul eo tempore, quo Imperator electus; ne ergò interim, usque dum ille eveniat, feudum retineat, privatio ſtatim fieri debet, nec expectandum donec petat inveſtituram, ut ea tunc denegetur. Quod ſi verò denegatio inveſtituræ non ſignificare debeat 2.

beat privationem, & diſtinguendum ſit inter Electores, & cœteros Principes, nempè, ut pœna Electorum ſit denegatio inveſtituræ. §.1. *& hoc* §.8. Principum verò non modò denegatio inveſtituræ, ſed etiam privatio feudi, hæc non ex §. *noſtro.* verum ex *d.* §.2. petenda, ut veniat ſub verbis, nihilominùs omnes pœnas præmiſſas (inter quas eſt illa privatio) incidat.

§. 9.

Obſervatio I.

Ad Verb. Nobiles.

Imperfectio textus.

HÆc iterum inſufficiens videtur eſſe enumeratio eorum, qui Electoribus conductum præſtare debeant; *ignobilium* enim quorum meminit. §.2. §.4. §.6. hîc nulla fit mentio.

Obſervatio II.

Ad Verb. ſingulares.

1. *Specialis conductorum enumeratio ſuperflua videtur.*
2. *Carolus IV. in A. B. de conductu plura conſtituit, quam de ulla alia materia.*
3. *Ab Electoris voluntate dependet eligere ſibi iter, & petere conductum.*

1. Hâc ſpeciali proviſione haud fuit opus; Poſtquam verò Carolus IV. Im-
2. perator, ſummo ſtudio Electorum ſecuritati proſpectum voluit; de hâc enim plura, quam de alio ullo negotio in hac Bulla ſua conſtituiſſe dignoſcitur; hanc proviſionem ex ſuperabundanti addidit, ad quam tamen nullus Electorum ita obligatur, ut non, pro beneplacito, etiam alium, qui hac non expreſſus, de conductu ſollicitare poſſit: Illis enim magis ſibi, &
3. itineri ſuo aptos eligere permiſſum, pro placito proprio. Cumque ipſi non ignari eſſent regionum & locorum ubi tranſeundum, nec non eorum, quibus ibi jus conducendi competeret, ferè fruſtranea videri poterat ſpecialis hæc deſignatio.

Obſervatio III.

1. 2. *Specialis deſignatio non convenit omninò cum generali.*
3. *Elector conſideratur ut Princeps, & ut Elector.*

1. IN ſpeciali hâc deſignatione, illud mihi notatu dignum videtur, quod cum generali coſtitutione non omninò conveniat, reſpectu perſonarum,
2. à quibus conductus præſtandus. In generali enim expreſſi leguntur præter cæteros, etiam milites, Clientes, Nobiles & Ignobiles; in ſpeciali verò, quæ continetur. §.10. 11. 12. 13. 14. & 15. nullus horum deſignatur, tantum fit mentio nonnullorum Principum, Comitum, Baronum, & Civitatum.
3. Obſervo prætereà, Electorumcum prædicato nominis Electoralis, nullam hîc

Digitized by Google

hic fieri mentionem, fortaſſis propterea, quod Elector non tanquam talis, ſed tanquam Princeps, & territorii Dominus, conductum præſtet Coelectori ſuo, ut Electori: Etenim hic ut talis ad Electionem Imperatoris proficiſcitur.

Obſervatio IV.

Bavarus Elector à quibus conducendus?

HOdie aucto Electorum numero, & ad octonarium extenſo, Electori Bavaro ſingulares conductores nondum conſtituti ſunt, nec, ut videtur, conſtituendi, cum ſufficiant generales, videlicet illi, per quorum territoria ad Electionem Regis Romanorum proficiſci voluerit; ſimilis autem illi conductus præſtari debet, qui cæteris Electoribus præſtatur.

§. 10.

Obſervatio I.

1. *Cur de conductoribus Regis Bohemiæ primo agatur loco?*
2. *Caroli IV. affectio erga Regnum Bohemiæ.*
3. 4. *Nota hujus affectionis.*

CUr primo loco agatur de conductoribus Regis Bohemiæ, poſtpoſitis 1.
Electoribus Eccleſiaſticis, qui tamen illi præferendi, alia mihi non ſuccurrit ratio, quam affectio Caroli IV. qui ipſe tunc erat Rex Bohemiæ.
Ejusdem etiam affectionis alia extant veſtigia in hac Bulla noſtra; ut in *cap.6.* 2.
ubi, cum generalis diſpoſitio ſuffeciſſet, Regis tamen Bohemiæ ſpecialis fit 3.
mentio. §8 in ampliſſima forma in novando, & confirmando Privilegium; itidem *cap.*10. *c.*22. Idemque docet Autor deß Wertheimiſchen wol- 4.
gegründten Gegenberichts. *cap.*16. *pag.*457. ubi ait; Nachdem Carolus IV. zur Keyſerlichen Hoheit gelanget/ und nach fleiſſiger Conſideration deß Königlichen Böheimiſchen Staats/ welchen er über alle maſſen zu evehiren, und ſeine Poſteritet den Römiſchen Keyſern faſt an Macht gleich zu ſtellen vorgehabt/ befunden/ daß die Cron Böheim damahls mit keinen Vaſallen und Clienten unter den Teutſchen Reichs-Ständen/ noch viel weniger aber mit einigem Paß/öffnung/ oder Veſtung umb die Keyſerliche Wahl Stadt Franckfurt/ verſehen/ daß er hierauff erſtlich von Chur-Pfaltz/ und fürbaß von andern Ständen/ etliche unter Wegs wohlgelegene Herrſchafften und Güter / der Cron Böheim erhandelt/ und an ſich gebracht/ welche ſie folgends von Ihrer Majeſtät widerumb zu Lehen empfangen/ alles zu dem end/ damit die nachkommende König zu Böheim/ auff begebende Fäll/ und künfftige Keyſerliche Wahl/ ihr Läger/ Dienſt/ Folg/ öffnung/ Mann- und Ritterſchafft auch mitten im Reich gegen der Stadt

Digitized by Google

Franckfurt zu haben / und ſich deren auff alle und iede begebende Occaſion gebrauchen möchten.

Obſervatio II.

Ad Verb. Rex.

1. Quando Dux Bohemiæ, Regium acceperit titulum?
2. Et an recte?

1. QUando primum Dux Bohemiæ ad Regiam dignitatem evectus fuerit, docui *tom.*1. *jur. publ. lib.*2. *cap.*9. *n.*19. *tom.*4. *in addit. ad dict. cap.*
2. *& num. p.*241. *tom.*5. *ad d. cap. & num. p.***47. ubi etiam diſputavi contra illos, qui Regi Bohemiæ quæſtionem ſtatus movere annixi ſunt; de quo etiam egi ſupra *ad proœm*, Bullæ noſtræ *obſerv.*9.

Obſervatio III.

Ad Verb. Archipincerna.

1. Bohemiæ Rex eſt Archipincerna Imperii.
2. Ejus Subpincerna eſt Baro de Limburg.

1. REx Bohemiæ eſt Archipincerna ſacri Imperii, Confer cum hoc §. *cap.*4. §.4. *cap.*27. §.5. ac vide infra obſervationem. *ad d.* §.5. & adde, quæ ſcripſi *tom.*1. *jur. publ. lib.*3. *cap.*8. *num* 5. *&* 6. *& tom. in addit. ad d. cap.*8.
2. *n.*5. *p.*358. *& tom. V. p.***205. *ad hunc locum.* Dicitur Archipincerna, quoniam primarius eſt in hoc officio, & Subpincernam, vel Vicepincernam habet, Baronem de Limburg hac Bulla noſtra *cap.*27. §.6. *ac cap.*29. §.3.

Obſervatio IV.

1. Ἀρχὸς quid Græcis?
2. Archiepiſcopus.
3. Archiabbas.
4. Archipresbyter, Archipræpoſitus.
5. Archigallus.
6. Archidux.
7. Archicancellarius.
8. Archiminiſter ſacri palatii.
9. Architypographus.
10. Archigymnaſium.
11. Archipoëta.
12. Archimimus, Archipirata.
13. Ertzbube.

1. ΑΡχὸς Græcis eſt Princeps; quod vocabulum à Latinis exprimitur per *archi*, & variis attribuitur perſonis, vel reſpectu dignitatis, authoritatis, honoris ac præſtantiæ, non modo in honeſto, ſed etiam in vitioſo, ac infami ſtatu.
2. 3. Inter Eccleſiaſticos noti ſunt Archiepiſcopi, Archiabbas, (quem titulum ſibi competere prætendit Abbas Hersfeldianus, qui vulgò
4. vocatur Hasfeldienſis, in Archiepiſcopatu Bremenſi) Archidiaconi, Archipresbyteri, Archipræpoſiti &c. Mallinckrot *de Archicancell. S. Im-*
5. *perii Romano-German. pag* 29. *&* 223. Apud veteres Deæ Cybeles ſacer-
6. dotum Princeps dicebatur Archigallus. Inter ſeculares Principes habemus Archi-

Digitized by Google

Archiduces, de quibus dixi. *tom.II. jur.publ. lib.4. cap.3. num.26. & Ad-*
*dit. tom. IV. p.597. tom. V. p.**236. ad h.c. & num.* Inter officiales Imperato-
ris locum primum præ cæteris tenent Archicancellarii A. B. *hoc cap. noſtro*
§.11. 17. cap. 2. §.2. cap. 27. §.2, c.27 §.2. Archipincerna *hoc §.10. &* 7.
dict. c.27.§.5. Archidapifer, *hoc cap. noſtro §.13. cap.5. §.1.* Archimareſchal-
lus *hoc cap. noſtro §.14.* Archicamerarius *hoc c. noſtro §.15. cap.27. §.3.* Apud
Sirmundum *tom. III. Concil. Gallic.* in ſubſcriptione Synodi Ticinenſis, anno
876. ſub Carolo Calvo celebratæ, Boſo Dux dicitur Archiminiſter ſacri Pala-
tii. Præterea, Chriſtophorum Plantinum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege 8.
obtinuiſſe titulum Architypographi, Mallinckrotus *dict. pag.223.* annotavit. 9.
Academiam Viennenſem ad Danubium, à Friderico III. Imperatore ob- 10.
tinuiſſe nomen Archigymnaſii, teſtatur Georgius Ederus *in Catalogo Recto-*
rum Viennenſium. pag.25. Papæ Leonis X. tempore, Archipoëtæ appella- 11.
tio uſurpari cœpit; quo nomine tamen per aulicos ſales magis, quam ſeriò
dictus fuit Camillus Quernus, Calaber, extemporaneus verſificator, inter
illius aulæ ludibria primi ferè nominis. Jovius *in elogiis.* Atque, ne pute- 12.
mus ſolius honoris intenſionem eſſe, etiam archimimos legimus apud Sueto- 13.
nium, & Archipiratas, apud Ciceronem. Et in lingua noſtra, quæ *archi*
convertit in Erz/ Erzbube dicitur, homo omnium vitiorum plenus.

Obſervatio V.

Conductorum qualis ordo.

Conductores hîc recenſentur ſecundum ordinem dignitatis, qua quisque eſt conſpicuus, non autem ſecundum intervalla itineris. e. g. Moguntinus non eſt Primus, cujus territorium permeat Rex Bohemiæ, ſed ultimus &c.

Obſervatio VI.

Archiepiſcopi Moguntinenſis & Civitatis Francofurdenſis conventio de jure conducendi.

Inter Archiepiſcopum Moguntinum, & Civitatem Francofurdenſem, anno 1584. 20. Jan. de jure conducendi ita convenit; Das der Ertz-Biſcheff und Churfürſt zu Mayntz / Königliche/ Chur-und Fürſtliche / und deroſelben Bottſchafften / auch Herren Stands Perſonen / von dem obern Ertz-Stifft herab / biß an die euſerſte Pfort vor Sachſenhauſen / die Kureins-Pfort genant / unten von Mayntz herauff durch Höchſt / biß an den ſteinern Stock für dem Galgen-Thor / ſo deßwegen auffgericht / und mit einem G. bezeichnet worden / ohne einige Hinderung/ Eintrag/ oder Widerſprechung deß Raths zu Franckfurt/ zu vergleiten haben ſolle; doch ſolches dergeſtalt / und mit dem außtrücklichen Vorbehalt / da der Rath zu Franckfurt / oder dero Nachkommen künff-

Digitized by Google

künfftig/der Nothdurfft nach/ deß Orts bey der Galgen-Pforten Beſtung/ oder dergleichen bauen würden/daß alsdann der jetzt geſetzte Terminus deß Gleids an einen andern/ nechſt in der Straſſen gelegenen Ort/ ander Fahr wegs/ und nicht weiter/ dann der jetzt auffgerichte Gleids-Stock ſtehet/ zurück ſolle geſetzt werden/ꝛc. vide me *tom. III. juris public. lib. 7. cap. 16. num. 50.*

Obſervatio VII.

De Bambergenſi Epiſcopatu, remiſſivè.

DE Bambergenſi Epiſcopatu notabilia ſunt, quæ exhibui. *tom. IV. jur. publ. ad lib. 4. cap. 7. pag. 467. & tom. V. p. **250. in addit. ad dict. paginam 467.*

Obſervatio VIII.

1. Würtzburg/*Herbipolis.* 2. *De Epiſcopo Herbipolenſi.*

1. HErbipolis nobis Würtzburg dicitur: Romæ verò Herbipolis tantum cognita. Hinc narrat Nicol. Serarius *in notis ad vitam S. Kiliani cap. 7. p. 35.* ſe monitum aliquando ex Urbe dixiſſe, Cancellarium Vitum Creſperum, ne Würceburgenſem Epiſcopum, dum Romam ſcriberet, inaudito ibi nomine nominaret, (Goldaſt. *in replic. pro Imper. cap. 35. pag. 355.*) additque, in ritualibus voluminibus, archivisque Romanis, Herbipolenſem tantum inveniri. Hoc crebrum quidem eſſe agnoſcimus, ut & *c. illud Dominus extra de Cleric. excomm.* idem inſinuat, usque quaque tamen verum non eſſe, argumento eſt Zachariæ Pontificis ad Galliæ complures Epi-
2. ſcopos epiſtola, dum Burckardo Epiſcopo Wirciburgenſi ſalutem dicit. De hac, & aliis appellationibus egi *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 6. cap. 3. num. 45. pag. **69.* & illorum immemor *tom. V. jur publ. in addit. ad lib. 4. cap. 7. pag. 478.* ac de titulo Ducis Franconiæ, quo utitur Epiſcopus. *tom. IV. jur. publ. ad lib. 3. cap. 3. num. 10.*

Obſervatio IX.

1. *Burggravii Norimbergenſes, facti ſunt Marchiones Brandenburgenſes.*
2. *De horum Burggraviorum jure conducendi.*
3. *Quod ex parte oppugnavit Epiſcopus Herbipolenſis.*
4. *Nec non Civitas Norimbergenſis.*

BUrggraviatus Norimbergenſis anno 1273. collatus à Rudolpho Habsburgico, Imperatore, Friderico Comiti Zollerenſi; ejus autem deſcendenti Friderico, anno 1417. datus fuit Marchionatus Brandenburgenſis ab Imperatore Sigismundo; inde conjunctio titulorum, Marchionum Brandenburgenſium, & Burggraviorum Norimbergenſium, usque ad noſtra hæc tempora. De jure conducendi, quod hiſce Burggraviis tempore promulgatæ Bullæ noſtræ competiit, ac ubi & quousque ejus exercitium ſeſe

tunc

Digitized by Google

tunc extenderit, in ſpecie exprimere opus haud eſt, ſufficiat generaliter noſſe, illud æquè ut cæteris Principibus, ac Comitibus, illis competiiſſe in territoriis & locis ſuis, quæ tunc tenebant, alibique, ubi jus conducendi ſibi acquiſiverunt. Idem quoque hodiè dicendum poſtquam eorum territorium variis acceſſionibus auctum, ac jus conducendi in aliis locis, emptione, vel alio legitimo modo, iisdem acquiſitum fuit; quamquam vicinorum nonnulli illis hâc in re aliquando contradicere auſi fuerint, aliique adhuc ho-
diè exercitio conductus impedimenta objiciant. Herbipolenſis Epiſcopus 3.
oppugnavit jus conducendi, quod Dominis Marchionibus Brandenburgenſibus, & Burggraviis Norimbergenſibus, anno 1536. venditum fuit à Lymburgenſibus, ſemper liberis Imperii (vide acta in Sachen Würtzburg
contra Brandenburg / die Ablöſung der Pfandſchafft Kitzingen betreffend. 4.
pag. 378. & 641.) Maxima cum Norimbergensibus de conducendi jure fuit, & ex parte permanſit controverſia, quæ jam anno 1506. coram fœderis Suevici conſociis Donavverdæ agitata reperitur. Fridericus, tunc temporis Marchio Brandenburgenſis, & Burggravius Norimbergenſis, affirmabat ſibi competere jus conducendi zu allen Thoren zu Nürnberg auß und ein / & conquerebatur, ob wohl er / und ſeine Vor-Eltern / ſolches Gleidts und Regals in friedlicher Gewehre und Poſſeſſion geweſen / und das ob der Zeit / und über Menſchen Gedächtnuß erſeſſen / ſo hätten ſich doch die Nürnberger von neuen Dingen unterſtanden / ihn hierinnen zu turbiren und unruhig zu machen / auch ſich unterſtanden / und unterfangen / zum Frauen- und Lauffer-Thor auß / in neulichen Zeiten mit offener Büchſen zu gleidten. Norimbergenſes reſpondebant: Sie geſtünden nicht / daß die Herren Marggrafen und Burggrafen / weder in- noch auß Nürnberg / zu einem oder keinem Thor zu gleidten hätten; das geſtünden ſie aber / daß die Herren Marggrafen und Burggrafen / auſſerhalb der Thore / an etlichen Orten und Enden / biß an etliche Ort / und von etlichen Enden biß wieder zum Thoren das Gleidt hätten / aber in Thoren / und darauß nicht. Ihres Theils hätten ſie / wie kundbar / in den vergangenen Kriegsläufften etliche Städte / Schlöſſer und Flecken zu ihren Händen bracht / die ihnen mit derſelben allen Zu- und Eingehörungen von der Römiſchen Keyſerl. Majeſtät gegeben / und confirmirt worden / darunder auch die Gleidt begriffen / deren ſie ſich gebrauchten; hätten alſo dem Herrn Marggraffen an ſeiner Poſſeſs keinen Eintrag gethan / noch thun können / dann ſeine Gnad deß Gleidts ſolcher Orten nicht in Poſſeſs geweſen / ſondern Hertzog Georg von Bayern hätte es / als er die Orth / ſo auff ſie kommen / noch gehabt / gebraucht. Ad hæc nomine Domini Marchionis dictum fuit: Seine Fürſtl. Gnaden begehrten das Gleidt nicht in der Stadt / dann wann Sie in die Stadt ritten / nehmen Sie in der Stadt ſelbſt Gleidt von der Stadt; aber daß der Marggräfiſche Gleidtsmann mit angehangener Büchſen in die Stadt / und darauß geritten / ſey kundbar / und

gewöhnlich bey denen Fürſten / ſo mit dem Gleidt an einander ſtoſſen. Der Herr Pfalsgraf geleitet auß Heid.lberg biß gen Prüchſel in die Stadt / mit offener angehängter Büchſen und hätte doch zu Prüchſel nichts zu gleidten. Herwider ließ der Biſchoff von Speyer das Gleidt zu Prüchſel alſo annehmen/ und gleitete für und für biß gen Heidelberg in die Stadt mit der Büchſen/ und hätte auch in Heidelberg nicht zu gleidten/ und ritten doch die Gleidtsleute mit vor die Herberg. Deßgleichen geſchehe auch an viel andern Orten/als offenbar/ auch zu Nürnberg/da der Marggräfiſche Gleidtsmann in der Stadt ſeßhafftig. Es hätten die Herren Burg-und Marggrafen zu allen Thoren zu Nürnberg auß und ein zu gleidten gehabt/ und noch; Vnd als ſich zwiſchen Hertzog Georg von Bayern/ und Herrn Marggraf Friederichen/ Irrung deß Gleidts wegen begeben / hätte die Röm. Mayeſt. auff gehaltenem Tag zu Dünckelſpiel / declarirt, daß Hertzog Georg / Herrn Marggraf Friederichen von Nürnberg auß gen Lauff/und fürters gen Hartmannshoff in Furt/ und wieder daſelbſt von dannen gen Lauff / und gen Nürnberg zu begleidten / unbetrübt laſſen ſolte. Hertzog Georg were nie in keine Poſſeſſion vel quaſi daſelbſt zu gleidten geweſen; hätte aber derſelbe / oder Hertzog Otto von Beyern die gebraucht/ſo were es doch ohne Wiſſen Herrn Marggraf Friederichs geſchehen. Vnd ob ſie gleich dieſes gebraucht / ſo folgete doch darumb nicht / daß die von Nürnberg ſolches auch thun ſolten / dann dieſe Qualitet hienge nicht den Städten oder Flecken / ſondern den Fürſten ahn. Daß der Stadt Nürnberg das Gleidt von Keyſerl. Majeſtät gelichen ſeyn ſolte/geſtünde man nicht; auch den Fall geſetzet/ ſo wiſſe man/ daß alles dergleichen geſchehe dem Dritten ohne Schaden/ꝛc. His contradictum, nomine Civitatis Norimbergenſis, & ultra citroque hæc materia tunc ventilata, ſed deciſio remiſſa fuit ad alium Conventum : Tandem verò 1507. in conventu Confœderatorum Auguſtæ habito, ita pronuntiatum: Von wegen deß Gleidts/iſt durch Vns/die Verſamlung deß Bunds/ in Krafft der Einigung / entſchloſſen/ daß Vnſer Oheim und gnädiger Herr / Marggraf Friederich zu Brandenburg / bey dem Gleidt / wie Seiner Liebd. und Gnaden Vor-Eltern/und Seine Liebd. und Gnaden von Alters hero gleidtet haben; und deßgleichen die von Nürnberg bey dem Gleidt/ was die Herren von Bayern deß vor ihnen von Alters hero gebraucht haben/bleiben/und ieder Theil hin führo dermaſſen gleidten ſol/ohne deß andern Theils Irrung/und Verhindernuß in allwege/etc. Quibus verbis utrique parti jus majorum ſuorum, Norimbergenſibus verò illud Bavarorum, quod quale ſit, pendet ex deciſione der Gleidts-Sachen in Camera Imperiali; ita legitur apud Gilmannum *votor. Cameral: tom. I. part. 3. voto 23. num. 67. p. m. 107.* Hæc enim controverſia à Dominis Marchionibus, Caſimiro & Georgio, anno 1526. ob turbatam poſſeſſionem, vel quaſi, juris conducendi von Nürnberg auß / biß gen Lauff/und von dar / biß gen Hartmannshoff am Fuhrt / auch von Nürnberg auß / gen Altorff/

Altorff/ und an beyden Orten wieder zurück/ ad Cameram delata, ubi ventilata fuit usque ad annum 1579. quod ab utrâque litigantium parte ſubmiſſum, ad ferendam ſententiam definitivam, quæ tamen hucusque in pendenti eſt.

Obſervatio X.

Ad Verb. Hohenlohe.

De Comitibus de Hohenlohe/ *remiſſivè.*

DE Comitibus de Hohenlohe / vide quæ annotavi *tom. IV. jur. publ. ad lib. 4. cap. 7. pag. 532. & ſeq.* & quæ leguntur, *in Topographia Franconiæ Meriani. pag. 6.*

Obſervatio XI.

Ad Verb. Wertheim.

1. *De Comitibus Wertheimenſibus.*
2. *Origo Comitum de Lövvenſtein.*
3. 4. *De jure conducendi horum Comitum.*

ANtiqua familia maſculina Comitum de Wertheim defecit morte Comitis Michaelis de Wertheim, anno 1556. 15. Martii. Poſt hunc Ludovicus, Comes Stollbergenſis, & Königſteinenſis, Comitatum Wertheimenſem ab Imperio, aliaque illi conjuncta feuda, ab aliis obtinuit; pro ſe & liberis ſuis, modo & conditionibus ſuccedendi expreſſis, & relatis in dem wohlgegründeten Gegenbericht/mit angehefften Information, auff den vor der Zeit durch die Biſchoffliche Würtzburgiſche Räthe/ wider die Herren Grafen zu Löwenſtein und Wertheim/ außgeſprenget vermeinten Bericht. *pag. 506.* Pervenit deinde ad Comites de Löwenſtein / liberos Annæ Comitiſſæ Stolbergenſis, filiæ ſupradicti Ludovici Comitis Stolbergenſis, procreatos cum Ludovico Comite Lövvenſteinenſi, marito ſuo, qua in familia etiam poſtea, & ad hæc noſtra usque tempora, perſtitit. Originem autem Comites *Lövvenſteinii* trahunt ex domo Palatina Rhenenſi, à Friderico Victorioſo, & Clara à Tettingen, legitima ejus conjuge; ſic contra alios deducit author Stemmatis Leoſteiniani, in appendice ad annales Huberti Thomæ Leodii, de geſtis Friderici II. Electoris Palatini. Cæterum, ut ad jus conducendi, quod Comitibus Wertheimenſibus competit, atque ita ad ſubjectam materiam, de qua Bulla noſtra agit, nos convertamus, videri debet, der wohlgegründte Bericht. *à pag. 317. & cap. 12. pag. 371.* ubi legitur: Vornemlich iſt ex aurea Bulla kündlich / daß nicht nur die Vergleitung der Krämer und Kauffleute ſondern der höhern Häupter/König/Chur und Fürſten/in Simbolum ſuperioritatis, der Graffſchafft Wertheimb/von dritthalb hundert Jahren hero / conſenſu omnium Imperii Statuum, conferirt, und per pragmaticam ſanctionem verordnet / oder vielmehr das uhralte vorhin gehabte Gleidt/ damit beſtättigt worden / in deme neben andern Reichs-Ständen / auch die Grafen

Grafen von Wertheim/ den König zu Böheim / Hertzog von Sachſen / und Marggrafen von Brandenburg / zu der Keyſerlichen Wahlſtadt nach Franckfurt/ durch den vorgenandten diſtrict zu begleiten aufferlegt; Deſſen ſich auch alſo die damahls regierende Keyſerl. Majeſt. unſer allergnädigſter Herr / bey dem Wahltag gnädigſt erinnert/ und ſolches Gleidts halben den Herren Grafen zu Löwenſtein zugeſchrieben. Wohlgebohrne/liebe Getreue. Wir fügen euch hiemit gnädig zu wiſſen / daß Wir gäntzlichen entſchloſſen ſeyn / vermög jüngſt zu Nürnberg fürgangenen Churfürſtlichen Beſchluß / auff den in der Stadt Franckfurt am Meyn/ nechſt künfftigen ein und zwantzigſten Tag deß Monats Mey/ beſtimmten und herbeynahenden Wahltag eines Keyſers/vermittels Göttlicher Gnaden / in eigner Perſon zu erſcheinen / und Uns nichts (auſſer ſeiner Allmacht Gewalt) daran verhindern zu laſſen. Verſehen Uns demnach zu euch gnädigſt ihr werdet alſo geſtalten Sachen nach/die unfehlbahre Führſehung thun/ damit Wir/ ſampt Unſerer Hoffſtatt und Comitat, durch euer *Land und Gebiet* / ſo Wir mit Unſerm Fortreiſen berühren werden / mit eurem *Gleidt/ ſo weit*/ als ſich daſſelbe erſtreckt/altem Gebrauch und Herkommen/auch der *gülden Bull* Außſagung nach / allermaſſen Unſern hochgeehrten Vorfahren nicht weniger beſchehen/ auff den Tag/ den Wir euch/ geliebts Gott/ nachmahls zeitlich zuvor andeuten wollen / gegen der Stadt Franckfurt verſehen und vergleitet / wie inglichem vor Uns / und die Unſerigen allerhand Proviant und Victualien / ſo von nöthen ſeyn wird / umb billige Bezahlung gefolgt werden möchte / auff welches Wir Uns zu geſchehen / gäntzlich verlaſſen wollen. Und ſeynd auch mit Königlichen Gnaden wohl gewogen. Geben in Unſer Stadt Wien/ den ſechzehenden Tag deß Monats Aprilis / Anno ſechzehenhundert und zwölff / Unſerer Reiche/deß Hungariſchen im Vierdten/ und deß Böheimiſchen im erſten Jahr.

Matthias.

4. Idem in aliis literis: Edler/lieber Getreuer. Demnach Wir auff nummehr vollendten Wahl-und Crönungs Tag / gnädigſt entſchloſſen/ Unſer Reiſe wiederumb nach Unſerem Königreich Böheimb fürzunehmen / und nun an Unſerm Fortzug deine Jurisdiction und territorium berühren werden / Wir aber nicht gern haben wolten/ daß ſo wohl bey dier / als auch andern Fürſten und Ständen / deß Gleidts halben/irgend zu einer Ungelegenheit / oder übrigen Unkoſten/Urſach gegeben werden möchte/ in maſſen Wir dann auch nicht ſehen könten / warumb es gegen Uns/als nunmehr erwehlt-gekrönt-und regierenden Römiſchen Keyſer / deß angedeuten Gleidts / bey einem und dem andern Stand/ durch deſſen Gebiedt Wir Unſern Durchzug nehmen werden / ſo faſt nöthig ſeye. Hierumb/ ſo iſt Unſer gnädiges Begehren an dich / du wolleſt auß angeregten Urſachen / das berührte Gleidt für dißmahl einſtellen. Dargegen verſprechen Wir dir/ das dir ſolches an deinen Privilegien / und Gerechtigkeiten/ in

allweg

Digitized by Google

allweg impræjudicirlich ſeyn ſolle. Wolten Wir dir zu deiner Nachrichtung nicht bergen/ und ſeyn dir mit Keyſerlichen Gnaden gewogen. Geben in Unſer und deß Reichs Stadt Franckfurt am Meyn/ den erſten Julii/ Anno ſechzehen hundert und zwölff/ Unſer Reiche/ deß Römiſchen im erſten/ deß Hungariſchen im vierdten/ und deß Böheimiſchen im andern Jahr.

Matthias.

Obſervatio XII.

1. *Familia Comitum Bruneckiorum defecit.* — *Ad verb.* Brunecke.
2. *Feuda, quæ tenuerunt ab Imperio, collata ſunt Burggraviis Norimbergenſibus.*
3. *Qui etiam ex illorum allodiis non pauca ſibi acquiſiverunt.*
4. *Epiſcopi Herbipolenſis prætenſio.*
5. *Quæ tamen malè ſundata.*

1. FAmilia Comitum de Brunecke maſculina eſſe deſiit anno 1390. morte fratrum Conradi, & Gotfridi, Comitum Bruneckiorum. 2. Feuda verò quæ ab Imperio tenuerant, ad idem reverſa, Wenceslaus, Rex Romanorum, eodem anno contulit Johanni Burggravio Norimbergenſi ejusque hæredibus maſculis, eadem lege, qua Brunckii illa antea poſſederant. Tenor inveſtituræ legitur in actis, die Ablöſung der Pfandſchafft Kitzingen betreffend. *pag.* 338. *num.* 24. 3. Ex bonis autem allodialibus Bruneckianis, Albertus Marchio Brandenburgenſis, & Burggravius Norimbergenſis anno 1448. ſibi ſuisque multa comparavit: De quibus vide *tom. IV. jur. publ. lib.* 5. *cap.* 7. *p.* 775. *ad n.* 26. 4. Feuda illa Bruneckiana quietè, à tempore inveſtituræ à Wenceslao factæ, tenuerunt Burggravii Norimbergenſes, Marchiones Brandenburgenſes, usque ad noſtra illa tempora, in quibus Epiſcopus Herbipolenſis illa oppugnare cœpit, in ſpecie aſſerens, Wenceslaum, ob malè adminiſtratam Rempublicam, & negotia Imperii minus bene geſta, exauctoratum fuiſſe; proindeque omnes illius conceſſiones, infeudationes, inveſtiturasque, caſſatas. 5. Falſitatem verò hujus enunciati Advocatus Marchionum Brandenburgenſium ſtatim adverſario ante oculos ſtatuit, (vide de utroque die acta, ſo die Ablöſung der Pfandſchafft Kitzingen betreffen *pag.* 527. *& pag.* 615. *ac ſeq.*) & repetii ego *tom. IV. jur. publ. ad lib.* 2. *cap.* 11. *pag.* 265. *ac ſeq. nec non tom. V. ad d. lib. & cap. n.* 33. *p.***62. At, poſito, citra veritatis præjudicium, omnes infeudationes à Wenceslao factas, indeque etiam illam de feudis morte Bruneckianorum ad Imperium reverſis, & Burggraviis Norimbergenſibus conceſſis, caſſatas, hinc verò non ſequitur, illa feuda perveniſſe ad Epiſcopatum Herbipolenſem, ſed id alia indiget probatione, quæ hactenus lucem non vidit.

Digitized by Google

Obſervatio XIII.

Ad verb. Hannouve

De Comitatu Hanovienſi.

Comitatus Hanovienſis, deficiente familia Hanovienſi Munzenbergenſi, anno 1642. pervenit ad Comitem Fridericum Caſimirum, familiæ Hanovienſis Liechtenbergenſis, vide Sprengeri *jurisprud. publ. pag.* 441. *& ſeq.*

Obſervatio XIV.

Ad verb. Civitates.

1. *Civitatis nomen cui competat, Pontificis judicio.*
2. *Carolus Norimbergam aliquando nominavit oppidum, aliquando Civitatem.*
3. *Idem nominavit Francofurdum civitatem, Pontifex verò oppidum.*
4. *Civitas eſſe poteſt ſine Epiſcopo.*
5. *Epiſcopus portatilis.*
6. *Modicis civitatibus non dantur Epiſcopi.*

1. Carolus hîc, & ferè per totam Bullam, vocabulo civitatis *utitur populariter*, & noſtro more, quo Civitates, Städte / dicuntur etiam illæ quæ non habent Epiſcopum; Pontifici aliud placet, qui tales habet pro oppidis, quod etiam in Italia, Gallia, Hiſpaniaque receptum, ut annotavi *tom. III. jur. publ. lib.*7. *cap.*1. *num.*14. *& tom. IV. ad d. lib. cap. & num. p.***114. ac videre licet apud Knipſchild *de civitat. Imperial. lib.*1. *cap.*8. *num.*6.
2. Eundem morem ex parte ſequitur quoque Carolus noſter infra *cap.*28. §.5.
3. ubi Norimbergam nominat oppidum, quam hic appellavit civitatem: Francofurdum tamen, quod etiam nullum habet Epiſcopum, civitatem dicit, in eodem §. & ubique, quando ejus meminit in Bulla noſtra, *hoc cap.*1. §.9. §.20. *cap.*2. §.1. *&* §.3. Pontifex verò eam oppidi nomine deſignat, vide *tom. III. jur. publ. lib.*7. *cap.*16. *num.*47. *&* 48. Nempe, vocabula valent ſicut nummi. Revera tamen Epiſcopus non facit ad eſſentiam civitatis,
4. ſed ad ejusdem præcellentiam. Civitas egregia, magna, & opulenta eſſe poteſt ſine Epiſcopo: Epiſcopus ſine civitate eſſe non poteſt, niſi minoris cenſus aut portatilis, vel alius ejus generis: de quibus ita ſcribit Loyſeau *tr.*
5. *des ordres cap.*11. *num.*6. *pag.*173. *quant aux Eueſques, il n'y en a point d'honoraires, ſi non qu'on veille tenir pour tels, ceux que nous appellons vulgairement Eueſques portatifs, qui ſont les pourveus des Eveſchez detenus par les infideles, ou heretiques, ou bien ceux, qui ont reſigné leur Eveſché, les quels demeurent neantmoins touſiours Eveſques, quant à l'ordre Epiſcopal; ou bien encore les Coad-*
6. *juteurs, qu'on baille aux Eveſques vieils, ou maladifs.* Quod Epiſcopos attinet, inter illos non dantur honorarii, niſi pro ejusmodi velimus habere eos, quos vulgariter appellamus Epiſcopos portatiles, nempè quibus addictus eſt Epiſcopatus, quem tenent infideles, vel hæretici aut qui abdicarunt Epiſcopatum ſuum, qui nihilominus ſemper manent Epiſcopi, ratione ordinis

Digitized by Google

ordinis Epiſcopalis, aut denique Coadjutores, qui dantur Epiſcopis ſenio, vel morbis confectis. Jam olim anno 742. Zacharias Pontifex ad Bonifacium ſcripſit: Meminiſſe debes Chariſſime, quod in ſacris Canonibus præcipimur obſervare, ut minimè per villulas vel modicas civitates Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi Lehemann. *in Chronic. Spirenſi lib. 2. cap. 18. pag. 88.*

Obſervatio XV.

Ad Verb. Nurenberg.

De Civitate Norimbergenſi.

NOrimbergam tempore conditæ Aureæ Bullæ habuiſſe jus conducendi Electores, vel eorum Nuncios, ad Electionem Regis Romanorum proficiſcentes, ex præſenti diſpoſitione conſtat: ubi verò, & an extra civitatem, illud jus tunc exercere potuerint, mihi eſt incognitum: Certè nondum acquiſita tenuerunt loca illa, ubi hodie jus conducendi ſibi competere affirmant, vide ſupra ad hoc §. *conſiderat. 9.* In venditione à Friderico Marchione Brandenburgenſi, anno 1427. illis facta, expreſsè exceptum reperitur jus conducendi extra civitatem. vide me *tom. IV. jur. publ. lib. 5 cap. 7. num. 12. pag. 772.* Juris autem conducendi intra civitatem, nulla ibi fit mentio.

Obſervatio XVI.

Ad Verb. Rotenburg.

De Civitate Rotenburgenſi ad Tubarim.

DE civitate Rotenburgenſi ad Tubarim. vide me *tom. III. jur. publ. lib. 7. c. 43. & tom. IV. in addit. ad d. cap. p. 299. item tom. V. add. ad d. cap. p. 321.* ac Knipſchild *de Civit. Imperial. lib. 3. c. 46. per totum.*

Obſervatio XVII.

Ad Verb. Windensheim.

De Civitate Winsheimenſi.

DE civitate Winsheimenſi, vide *d. tom III. jur. publ. lib. 7. cap. 55. & tom. IV. in addit. ad d. cap. p. 368.* ac Knipſchild *d. lib. 3. cap. 61.*

§. 11.

Obſervatio I.

Cur Moguntino in A. B. nullus conductor aſſignatus?

CUr cæteris Electoribus ſingulis, ſinguli conductores dati fuerint, ſoli Moguntino verò nullus, ratio mihi illa eſſe videtur, quod Moguntinus conductore nullo indigeat, quando proficiſcitur Francofurdum, ad Electionem ibi perficiendam, eò enim verſus ſemper in territorio ſuo progredi

Digitized by Google

poteſt; Indigere autem poteſt, ſi electionis actus alibi, quam Francofurdi (ut fieri poteſt 1. *cap.* 28. §.5.) celebretur.

Obſervatio II.

1. *An Elector Trevirenſis præcedat Colonienſem?*
2. *Cur ordo inter Electores Eccleſiaſticos in A. B. non ſit uniformis?*
3. *An ex ordine ſcripturæ firmiter inferatur ordo præcedentiæ?*

1. CErtum eſt, & ſine dubio, Electorem Trevirenſem præferri Electori Colonienſi hac Bulla noſtra, *cap.*4. §.3. *cap.*11. §.1. *cap.*23. cujus rationem ex aliis adduxi *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.*5. *num.*7. & 8. & *tom. V. in Add.*
2. *ad d. c. & n. p.*153. at hîc deprehendimus Colonienſem illi prælatum. Puto, cum hîc nihil diſponatur de præcedentia, Carolum ordinem, inter Electores à lege præſcriptum, non attendiſſe. Cur autem *in cap.*3. tam in rubro, quam nigro §. 2. ubi de ordine ſedendi ex profeſſo agitur, etiam varia diſpoſitione uſus fuerit, non habeo quod dicam. In rubro *dict. cap.* primum collocatus legitur Trevirenſis, deinde Colonienſis, poſt hos demum Moguntinus. *in d.* §.2. autem ita locantur, Moguntinenſis, Colonienſis, Trevirenſis; & circa finem §. ita, Colonienſis, Tervirenſis, Mogun-
3. tinenſis. Hinc diſcimus, ex ordine ſcripturæ non ſemper argumentari licere ad ordinem præcedentiæ; de quo vide me *tom. II. jur publ. lib.*4. *cap.*9. *num.*48.

Obſervatio III.

De nomine & officio Cancellarii remiſſive.

DE nomine & officio Cancellarii multa congeſſi *tom. I. jur. publ. lib.*3. *cap.*3. *num.*12. & *ſeqq. ac tom. IV. in addit. ad dict. cap. & num. p.*331. nec non in notitiâ Regni Franciæ *lib.*2. *cap.*15. *lit. aaa.* & *ſeqq.* quorſum benevolum lectorem remitto.

Obſervatio IV.

1. *Tres Archicancellarii Imperii.*
2. *Propter tria Regna.*
3. *Tribus Coronis aliquando coronatus fuit electus Imperator.*
4. *Corona Arelatenſis.*

1. ARchiepiſcopus Colonienſis eſt Archicancellarius ſacri Imperii per Italiam, *h.* §. *noſtro* Trevirenſis Arahicancellarius ſacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelatenſe. §.12. Moguntinus ſacri Imperii Cancellarius per Germaniam *A. B. cap.*2. §.2. *cap.*3. §.2. de quo plura annotavi, *tom. I. jur. publ. lib.*3. *cap.*3. *num.*11 *cap.*4. *num.*2. *cap.*5. *num.*1. *cap.*6. *num.*1. & in

Add.

Digitized by Google

*Add. Tom. IV. p.*331. 334. 336. 338. 339. *Tom. V. p.***153. Hîc verò illud 2.
moneo, ex hoc trium Archicancellariorum numero colligi, ſecundum mentem Caroli IV. Imperii Romani tria eſſe principaliora Regna, vel partes tres, nimirum, Germanicum, Italicum & Arelatenſe. Et hæc quidem 3.
diviſio fit reſpectu Archicancellariorum; reſpectu verò Coronarum, quibus coronandus fuit electus Imperator, partes Imperii tres numeratæ ſunt, Germania, Longobardia, & Roma, (vide *tom. I. jur. publ. lib.*2. *cap* 4. *num.*2. *& num.*5. *ac ſeqq num.*39. *& ſeqq. num.*52. *& ſeqq. item Add. Tom. IV. p.*224. etiam ab ipſo Carolo noſtro A. B. *cap.*26. §.4. Ubi Arelatenſis 4.
Regni nulla fit mentio; unde collegiſſem, Arelatenſis Regni cauſa Imperatores peculiari corona coronatos non fuiſſe, niſi ex Chriſtophoro Marcello Conring. *de finib. Imperii Germ. lib*2. *cap.*24. *pag.*598. me docuiſſet, quosdam Imperatores Arelati Coronam ejus Regni, & inter eos etiam Carolum IV. anno 1365. ſuſcepiſſe.

Obſervatio V.

Quando Colonienſi Archiepiſcopo Archicancellariatus Italiæ conceſſus.

MAllinckrot *d. tr. de Archicanc. S. Imperii* conjicit, ſub Imperatore Henrico V. ſive Friderico I. Aenobarbo, Colonienſibus Archiepiſcopis acceſſiſſe Italicum Archicancellariatum, *pag.*37. *pag.*41. *&* 43. ubi fatetur, non ita definitu proclive eſſe, à quarto ne, an quinto Henricorum, an verò Lothario Saxone, gratiam & privilegium hoc obtinuerint. Henricus II. Archiepiſcopus Colonienſis, ex gente Virnenburgica progenitus, anno 1310. menſe Septembri, in Comitiis Spiræ tunc habitis, impetravit privilegium, ut liceat ab itinere Italico abeſſe, Archicancellariatus officium exercere per ſubſtitutum, & nihilominus emolumentis frui. Gelenius *de admiranda, ſacra & civili magnitudine Colonia, Claudia Agrippinenſis lib.*1. *Syntagm.*7. *pag.*76.

Obſervatio VI.

Ad Verb. per Italiam.

1. *Moderna Italiæ conditio.*
2. *Donationes factæ Pontifici Romano.*
3. *De donatione Conſtantini.*
4. *Baronius fatetur eam eſſe confictam.*
5. *Ejus opinionis fuerunt etiam alii.*
6. *De donatione Mathildæ.*
7. *De donatione Ottonis Magni.*
8. *De donationibus aliis.*
9.10.11.12.13.14. *Feuda Imperii in Italia.*
15. *De civitate Roma,*
16. *De Florentia.*
17. *Piſa.*
18. *Parma, & Placentia.*
19. *Patavia, Vicentia, Verona.*
20. *Bononia.*
21. *Genua.*
22. *De Veneta Republica.*
23. 24. *An Italia quicquam contribuat Imperio noſtro.*
25. *An Itali Vaſalli Imperii ſint Ordines.*
26. *Vel Status Imperii.*

1. SI modernam Italiæ conditionem expendimus, illa quidem jure ſupremi, & directi Dominii, adhuc ad Imperium Romano-Germanicum pertinet, ſed facto ipſo, & utilitate, maxima ejus pars à Pontifice detinetur, minor ab aliis; nonnullæ tamen adhuc citra controverſiam Imperatoris ſubſunt Dominio. Romani Pontifices, ne nudi viderentur eſſe detentatores tot
2. nobilium Italiæ partium, varios pinxerunt & finxerunt titulos, atque inter illos donationes, quarum tamen aliæ nunquam factæ, aliæ illegitimæ, nonnullæ ſalvo ſummo Imperatorum jure peractæ; & ex illis præcipuè donationem Conſtantini Magni urgent, cujus virtute acceperint Urbem Ro-
3. mam, & totius Italiæ Cæſareum Dominium. Verum hunc Clypeum Inſtrumenti, ſive Edicti Conſtantiniani, (reperitur *in c. Conſtantinus.* 14. *diſt.96.*) tot, tantisque ictibus perforatum, diffiſſum, ac diruptum, planeque inutilem redditum, cum nec ulla arte refici, nec ulla incruſtatione, vel in ſpeciem ſaltem, telis excipiendis idoneum reddere potuerint Pontificii gladiatores, eum abjicere, imò & proculcare, quam defendendæ donationi
4. incaſſum amplius ſubmittere, maluerunt. Nam tandem Cæſar Baronius, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Bibliothecarius Apoſtolicus, in annalibus ſuis Eccleſiaſticis, Pontificis Maximi (quod ſingulare, & imprimis notandum eſt) conſenſu, authoritate, auſpcioque editis, palam profitetur, inſtrumentum illud falſum, atque commentitium eſſe, mala fide, dolo & fraude excogitatum, (à Græcis) ab impoſtore aliquo ſcriptum, ad probandam Conſtantini donationem tam non idoneum, ut eam ambiguam potius reddat, quam probet; quemadmodum videre eſt *in Annal. ab eo ſcriptis tom. III. ſub Anno Chriſti* 324. *num.* 118. *& ſeqq.* nec non *tom. Annal.* 12. *ſub anno Chriſti.* 1191. *pag.* 825. *& ſeqq.* quæ loca examinationis incudi (quoniam in illis alicubi anguis latet in herba) ſubjecit Caſpar Bitſchius, in diſputatione de famoſiſſima Conſtantini donatione, quæ extat in actis Jubilæi Lutherani Aca-
5. demiæ Argentoratenſis, Anno 1618. editis *part.* 2. *diſput.* 3. Fuerunt autem etiam ante Baronium, qui eandem donationem pro figmento habuerunt; (*vide me tom. I. jur. publ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 45. *& ſeq. ac in addit. ad d. lib. cap. & n. tom. IV. p.* *91. *tom. V. p.* *151.) & ſunt adhuc hodiè, quibus illa ſuſpecta videtur, à Græcis potiùs conficta, quam à Romanis. Rouſſel *in hiſtor. Juriſdict. Pontific. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 24. *pag.* 836. (Bitſchius *d. diſp. theſ.* 20. *& ſeqq.* Græcos abſolvit ab hoc crimine) Charron *en l'hiſtoire univerſelle des Gaulois, ou Francois chap.* 112. poſtquam multis hujus donationis falſitatem demonſtravit, addit *pag.* 758. *dont eſt tousjours aſſez facile à juger, qu'elle a eſté nouvellement excogitée par les ennemis des Francois, pour amoindrir l'honneur des nos Roys, s'ils pouvoient, & taſcher, par une tres-grande ingratitude, & malice, d'effacer la memoire des bienfaits des Francois envers l'Egliſe, & le S. Siege de Rome.* Unde faciè comprehenditur, illam noviter excogitatam

ab

Digitized by Google

ab inimicis Gallo-Francorum, ad imminuendum honorem noſtrorum Regum, ſi id poſſet fieri, ac per ingratitudinem maximam, & malitiam inſignem, ad abolendam memoriam beneficiorum à Francis Eccleſiæ, & ſedi Romanæ exhibitorum. Conſtantini donatio tota eſt improbiſſimi nebulonis cujusdam commentum; ita Conringus *in tract. de Germanorum Imperio Romano. cap.*10 *pag.*71. Ad claſſem hanc fictarum donationum porro pertinet Ludovici Pii Cæſaris prætenſa donatio, quam examinat Conring. *d. tr. cap.*7. *pag.*40. Donatio Mathildæ Comitiſſæ, Principatus per Tuſciam & 6.
Lombardiæ confinia, qua Petri, quod dicitur, patrimonium conſtat, non modo valdè controverſi eſt juris, ſed & non ſatis conſtant muneris illius limites; ut videre eſt apud eundem Conringum *lib.*1. *de finib. Imper. cap.*10. *pag.*120. *& ſeqq.* Ottonis Magni donatio quoque dubio non caret, & ſi 7.
admittatur, ex tabulis, eam referentibus, probatur diſertis verbis, quæ tunc donata, Cæſareo Imperio non fuiſſe ſubducta. Conring. *dict. cap.*10. *pag.*111. *& ſeqq.* Hinc Pontifex pro Vaſallo Imperii à nonnullis habetur. Bodinus *de Republ lib.*1. *cap.*9. *pag.*213. ab aliis, ein Verwandter deß Reichs / R. A. zu Augſpurg / *de anno* 1500. *tit.* Wie mann mit dem Pabſt handeln ſol. *pag.*60.
De Henrici Sancti donatione idem judicandum Conring. *dict. cap. pag.*118. 8.
ut & de aliis. Idem *d. tr. lib.*2. *cap.*20. *pag.*393. *& ſeqq.* & *de Germanor. Imperio Romano. cap.*13. *pag.*121. Goldaſt. in der Vorrede der Reichshandlungen/ac *in replicat. contra Gretſerum.* Nonnullæ denique ex illis donationibus, quas Pontificii allegant, magno laborant vitio illo, quod ſi factæ, factæ fuerint absque conſenſu Ordinum Imperii. Conring. *d. cap.*20. *pag.*402. 422. 432. 442. & *cap.*19. *pag.*384. 389. ego *in annot. ad Capitul. Imper. Caroli V. art.*9. Hæc de Pontifice. Principatus Italiæ varii ſunt, & ex 9.
his adhuc Imperii feuda, Mediolanenſis, de quo ſatis multa exhibet Conring. *d. tr. lib.*2. *cap.*23. *pag.*531. *& ſeqq.* & dixi ego *tom. I. jur. publ. lib.*1. *cap.*9. *num.*54. *& Add. ad h. loc. tom. V. p.*152. Quem Rex Hiſpaniæ, aliaque 10.
loca varia ab Imperio tenet, ut Telamonem Portum Herculis, Orbitellum, Montem Argentarium, Finale, Plombinum, Filaterrum, atque Civitatem Senatum, quam ſub feudi titulo ab eodem recognoſcit Hetruriæ Dux. vide *mea annot. ad Capitul. Matthiæ Imper. art.*30. *verb.* in/oder auſſerhalb deſſelben gelegen. *num.*1. Verum quod de Plombino annotavi ex traditione Mercurii Gallici. *tom. VIII. pag.* 85. habeo, cum quo tamen non convenit d'Avity *d. tom.*3. *de la deſcription de l'Europe. tilt. Eſtat du Seigneur de Plombin. pag.*216. ubi ait: *il y a dans Plombin une forte garniſon d'Eſpagnols, qui ſont par ce moyen maiſtres du port, & du Seigneur meſme, qui tient ces pays en fief de l'Empire, auſsi bien que l'isle de l'Elbe.* (Plombinum verò magno præſidio cuſtodit Hiſpanus, atque ita ſub poteſtate ſua habet portum illum, ac Dominum ejusdem, qui diſtrictum feudi nomine tenet ab Imperio, æquè ac Inſulam

Inſulam Iluam) & iterum *d tom. III. tit. l'Eſtat du Grand Duc de Toſcane, pag.216. L'isle d'Elbe eſt au Seigneur de Plombin, qui le tient de l'Empire: Mais ce Seigneur ſe voyant trop foible pour la garentir des Turcs & Corſaires, l'a miſe entre les mains du Grand Duc de Toſcane, & des Eſpagnols. qui s'y ſont fortifiez, ſe reſervant toutesfois quelques revenus, & le droit Seigneurial.* (Inſula Ilua pertinet ad Dominum Plombini, qui eam recognoſcit ab Imperio. Ille autem, perpendens ſuarum non eſſe virium eam tueri contra irruptiones Tur-
11. carum, & piratarum, hanc conceſſit magno Duci Hetruriæ, & Hiſpaniæ Regi (qui eam munitione firmarunt) ſibi tamen reſervavit nonnullos reditus, & Dominii jura. Comitatum Aſtenſem, Marchionatum Ceræ, & Regionem Pedemontanam, Dux Sabaudiæ ab Imperio in feudum tenet. Cacheran. *conſil.9. num.39.* & *conſil.27. num.21.* ut & ipſam Sabaudiam, quæ ad fines Italiæ ſita, olim Comitatus, hodiè verò Ducatus titulo claret. Arniſ. *de jure Majeſt. lib.2. cap.2. num.4. circa. fin.* nec non loca Montisferrati, quæ per tractatum Cheraſcenſem, anno 1631. ſibi acquiſivit; ac feuda novelli Monfortis, Sinii, Moncherii, & Caſtelletti, cum appertinentiis (vide Inſtrument. Pacis Cæſar. Gallicum. anno 1648. Monaſt. Weſtphal. §. *Ca-*
12. *ſarea Majeſtas decenter requiſita &c. pag.35. & ſeq.* De Sabaudo vide me *tom. II. jur. publ. lib.5. cap.14. & tom. IV. in addit. ad d. cap.14. ac tom. V. in addit. ad idem cap.*) Quid Florentinus vel Hetruriæ Dux, ab Imperio habeat, exponit Conringius *d cap.23. pag.511. & ſeqq.* cum quo non omninò conſentit d'Avity. *d. tom. III. d. tit. pag.209.* quid complures alii teneant, dixi *ad d. Capit. Imper. Matthiæ, artic.30. verb.* Jn oder auſſerhalb deſſelben.
13. atque hic iterum recenſere ſuperfluum duco: ſaltem áddo teſtimonium d'Avity, *d. tom.* III. *en la deſcript. de l'Europe au diſcours general de l'Italie pag.23.66.79. Les Ducs de Mantoue, de Modene, de la Mirandole, & de Sabionete, relevent de l'Empire. Les Princes de Maſſe, de Guaſtelle, Bozzolo, & de Correggio, tiennent auſſi leur terres de l'Empire, de meſme que le Marquis de Caſtillon (qui a ſon pays proche de la frontiere des Venitiens, du coſté du Nort,*
14. *pres de Lonado du Breſſan, & joignant l'Eſtat du Duc de Milan) Maſſeran, Maleſpine, Torriglia, & Mendola. Le Comte de Milleſimo, & les Seigneurs de Monaco, & de Plombin. & p.80. Les Seigneurs de la Mirandole eurent premierement le tiltre des Comtes, puis furent appellez Princes de la Mirandole, & Comtes de la Concorde. Mais Celuy qui viet à preſent, à fait eriger pour cinquante milles eſcus ſon pays en Duché à l'Empereur, duquel il les tient en fief.*) Mantuæ, Modenæ, Mirandolæ, & Salbionetæ Duces, ſunt Vaſalli Imperii. Principes Maſſæ, Guaſtellæ, Bozzoli, ac Correggii, etiam ſuos diſtrictus ab Imperio in feudum tenent, non minus quam Marchio Caſtilionæus, (cujus terræ attingunt Venetorum Limites verſus Septentrionem, prope Lonadum, Breſciam & Statum Ducatus Mediolanenſis) Maſſeranus, Maleſpinæ, Torrigliæ ac Mendolæ.

Digitized by Google

læ. Comes de Milleſimo, ac Domini de Monaco, & Plombino. Domini Mirandolæ, primum obtinuerunt titulum Comitum, poſtea dicti ſunt Principes Mirandolæ, ac Comites Concordiæ; ille verò qui hodiè vivit, datò precio quinquaginta millium ſcutatorum, ab Imperatore Ducis titulum emit, & Ducatum ſuum in feudum accepit ab Imperio.) Fuerunt præterea aliquot Civitates, & Reſpublicæ in Italia, quæ dependerunt ab Imperio Romano-Germanico, nunc verò aliis parent Dominis; & adhuc ſuperſunt nonnullæ quæ libertate ſua gaudent, ac Civitates Imperii dicuntur. Romam tenet Pontifex, 15.
cui inanem quandam libertatis reliquit imaginem, ut ex Marcello de jure ſeculari Romani Pontificis. *cap.* 11. *pag.* 111. retuli *in annot. ad proœm. Capitulat. Caroli V. verb.* Römiſchen Reichs. *num.*114. *pag.*120. Jure tamen adhuc ad Imperium pertinet. Conring. *de Germanor. Rom. Imper. cap.*10. *per totum.* ac *de finibus Imperii German. lib.*1. *cap.*10. *pag.*118. & *lib.*2. *cap.*21. *pag.*450. Florentia eſt ſub Imperio magni Ducis Hetruriæ: ad eum autem quando, & quomodo pervenerit, explicat Conring. *dict. tract. de fin. Imper. German. lib.*2. *cap.*23. *pag.*513. *& ſeqq.* d'Avity *d. tom III. tit. Eſtat du grand Duc de Toſcane. pag.*209. & quod dominio directo Cæſaris adhuc ſubjecta, docet Conring. *dict. cap.*23 *pag.*521. Piſanam Rempublicam tenet idem Magnus Dux, Alphonſ. Modic. *in* §. *plebiſcitum dub.*24. *num.*10. Marta *de juriſdict. part.*1. *cap.*33. *num.*103. Parmam & Placentiam hodiè Franeſii Principes habent, vide Conring. *de fin. Imper. lib.*2. *cap.*20. *pag.*439. & *cap.*23. *pag.*525. antea autem fuerunt pars Ducatus Mediolanenſis. Patavium, Vicentiam, Veronam, Veneti Imperio noſtro abſtulerunt. Conring. *d. tr. cap.*23. *pag.*549. *& ſeqq.* Bononiam tenet Pontifex Romanus. Conring. *d. tr. cap.*23. *pag.*499. Alciat. *lib.*7. *conſil.*3. *num.*1. In catalogum civitatum, quæ jam nunc liberæ in Italia dicuntur, & ad Imperium pertinent, referri debet Genua. vide me *tom. I. jur. publ. lib.*1. *cap.*9. *n.*33. & *tom. IV. in addit. ad dict. num.*33. ac *tom. V. jur. publ. in addit. ad dict. num.* & Conring. *d. lib.*2. *cap.*23. *pag.*540. *& ſeqq.* Klock. de Contribut. *cap.*5. *num.*30. Item Luca. vide me *tom. I. jur. publ. lib.*1. *cap.*9. *num.*53. *tom. IV. in addit. ad dict. num. p.*53. ac *tom. V. in addit. ad eund. num. p.*152. Conring. *d. cap.*23 *pag.*539. De Republica Veneta adhuc controvertitur an ad Imperium unquam pertinuerit, & adhuc pertinere debeat? Diverſorum Authorum judicia legere licet apud Caſpar. Klock. *tr. de contribut. d. cap.*5. *n.*30. *& ſeqq.* Conring. *dict. tr. de finib. Imper. German. dict. cap.*23. *pag.*544. *& ſeqq. ac me tom. I. jur. public. lib.*1. *cap.*9. *num.*67. *& ſeqq.* Verum enim verò, ſi de utilitate, & compendio pecuniario quæratur, quid, quantumve ex Italia hodiè percipiat Imperium noſtrum, dicendum eſt, nihil, aut exiguum id eſſe: Nam, nec illi quidem, qui Imperatorem pro Domino agnoſcunt, Imperio quicquam contribuunt. Cum anno 1547. Auguſtæ in Comitiis, Statibus placuiſſet, wegen der Po- 24.

Dd tentaten

(Margin numbers beside the lines: 16. at "Flo-", 17. at "Al-", 18. at "Marta", 19. at "Ve-", 20. at "pag.549.", 21. at "jam", 22. at "De Republica", 23. at "compendio".)

tentaten und Communen in Italia, als deß Hertzogthumbs Meyland/ Mantua,
Ferrara, vonwegen der Lande/ ſo zu dem Reich gehörig/ Florentz/ Marggraf-
ſchafft Montferrat, und Salutz/ Graffſchafft Mirandola, dann Genua, Senis,
Luca, und andere mehr Stände in Italien/ ſey es nutz und nothwendig/ die
Keyſerl. Majeſtät unterthänigſt zubitten/ daß Sie mit denſelben handele/ damit
Sie/als Chriſtliche Potentaten und Stände/ Ihrer Keyſerl. Majeſtät zu unter-
thänigſtem Gehorſam/ dem Heil. Röm. Reich/ und gantzer Chriſtenheit zu
25. Nutz/ ſich in deß Reichs Anſchläge einlaſſen/ und dieſelbe gutwillig leiſten möch-
ten. Cæſar ea de re interpellatus reſpondit; Dieweil es eine ſondere Na-
tion, welche über Menſchen Gedencken mit der Teutſchen Reichs-Nation
nicht geweſen/ auch von dieſer weder Schutz noch Schirm/ deß Land-Frie-
dens/ oder Rechtens erfreuen mögen/ zu dem weder Stand noch Stimm im
Reich Teutſcher Nation hätten/ noch zu den Reichstägen erfordert/ ſo würde
von Ihnen/ wegen der Anſchläg/ nichts zu erhalten ſeyn. Status ad hoc re-
geſſerunt; Wo die Italianiſchen Potentaten und Communen/ in denen
26. Reichs Anſchlägen befunden würden/ weren ſie darauß nicht zu laſſen/ und
ihnen deßwegen zuſchreiben. Referri etiam hic debet Electorum judicium
de ejusmodi feudis Imperialibus in Italia, daß ſie zwar zu deß Reichs Patri-
monio gehörig/ ſeynd aber doch keine Mit-Glieder und Stände deſſelben/ und
das Reich hätte auſſer deß Juris feudalis, ſonſten einigen Nutz noch Vortheil
nicht daran. (vide Electorum reſponſionem ad propoſitionem Imper.
Ferdin. II. in conventu Ratisbonenſi, anno 1630. quam exhibui in mantiſſa
ad Capitulat. dict. Imper. pag. 627.) Ad hæc Imperator reſpondit *(d. l.
pag. 659.)* Es könten Ihre Majeſt. nicht aller dings verſtehen/ daß zwiſchen
den Italianiſchen Reichs-Vaſallen, gleichſam dieſelbe keine Mitglieder oder
Stände deß Reichs weren/ und den Teutſchen ein ſolcher Unterſchied gemacht
werden wolte: Sintemahl das Corpus Romani Imperii auß vielen unter-
ſchiedlichen Provincien, ſonderlich aber dreyen Königreichen/ nemlich der
Teutſchen/ Italianiſchen/ und Galliſchen Arelatiſchen/ als ſolches noch in
ſeinem eſſe geweſen/ zuſammen geſetzet/ daß ein Stand iisdem juribus funda-
mentalibus bißhero gubernirt, wie dann nicht allein ſchwere wichtige Rechtfer-
tigungen in Ihrer Keyſerl. Majeſt. Reichs-Hoffrath/ tam in cauſis civili-
bus, quam criminalibus, bißhero decidirt worden; ſondern derſelben noch
viel daſelbſten biß annoch anhängig ſchweben/ und ventilirt werden. Es ſeind
auch die Italianiſche Reichs-Vaſallen eben gleichmäſſige/ auch wohl ſtärckere Le-
hens-Pflicht/ und Eyden/ als die Teutſchen/ wie nicht weniger alle onera,
tam perſonalia quam realia, dem Heiligen Reich zu præſtiren ſchuldig und
verbunden; dahero dann die Reichs-Tage beſuchen/ ihre Seſſiones, und gleich
andern zur Contribution gerne einwilligen werden/ wenn es nur an Sie ge-
bracht/ und/ wie andere Stände deß Reichs/ darzu beſchrieben/ und erfordert
werden ſolten.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio VII.

1. *Ubi Colonienſis, Archicancellarius Imperii per Italiam, ſuum adſervet archivum.*
2. *Rulandi verba recitantur.*
3. 5. *Examinantur.*
4. *Imperium membris imminutum.*

SInoldus *part.1. collegii publici de ſtatu rei Romanæ diſput. 7. theſ. 23. lit. e* 1.
allegans Rulandum de Commiſſ. *part.2. lib.5. cap.4. num.*10. ſcribit, quia in iis Italiæ reliquiis, quæ adhuc Imperium venerantur, rariora Archicancellariatus exercitia ſunt, Archivum ſuum hodiè apud Moguntinum adſervat Colonienſis. Klock. *de contribut. dict. cap.5. num.26.* eundum Rulandi locum allegans, ait, deficientibus duobus Regnis, Galliæ ſcilicet totius, ac parte Italiæ, Cancellariorum (puta Trevirenſis & Colonienſis) poteſtas admodum reſtricta, & ſumma Archivi in Germaniæ Cancellarium collata eſſe videtur. Præſtat verba Rulandi repetere, ut conſtet, uter jam à me 2.
allegatorum ea rectius obſervaverit; ait ille, Sacri Romani Imperii Cancellarii olim conſtituti fuerunt tres: unus per Germaniam, Elector Moguntinenſis: alter per Galliam, Elector Trevirenſis: tertius per Italiam, Elector Colonienſis. Verum deficientibus duobus Regnis, Galliæ ſcilicet totius, ac parte Italiæ (aliquæ enim partes ad Imperium pertinent, quod & noviſſimè latius pertractat Petr. Helgius *quæſt.3. num.*48. *& ſeqq.*) poſteriorum Cancellariorum poteſtas diminuta eſt, adeò ut nihil ferè, niſi nomina, reſtare videantur: unde poſteà omnia, quæ ad Archivum Imperii ſpectant, in ſolum Germaniæ Cancellarium collata (ita habet editio Francofurdenſis ex officina typographica Saurii, anno 1604.) Quod ſi hæc conferantur 3.
cum allegatione Sinoldi, & Klockii, manifeſtum fit, utrumque à fonte receſſiſſe. Ego autem mecum expendens, Colonienſis titulum Archicancellariatus Italiæ ab Imperatore Ferdinando II. paulò ſupra allegato loco *pag.*659. nominari ein hoher Ehren-Titul/ atque magnates honoris & juris ſui eſſe tenaciſſimos, non ita leviter induci poſſum, ut credam hîc quicquam à Colonienſi in Moguntinum derivatum fuiſſe. Certè mala eſt illatio; Archicancellariatus Colonienſis exercitia in Italia nunc ſunt rariora, ergò ille amplius archivo peculiari opus non habet, aut eo amplius non utitur, vel alibi, quam apud ſe aſſervat. Poſtquam enim adhuc eodem, quo olim, utitur titulo, etiam idem, quod olim illi competit archivum, ſive magnum, ſive exiguum ſit, parum refert; ac cum exiguum ſit, eo facilius conſervari apud ipſum poterit. Etiam Moguntini Archicancellariatus tantus non eſt, 4.
quantus olim fuit, tot membris nunc mutilatus, (ut ex Goldaſto in præfatione der Reichs-Handlungen judicare licet, quando ſcribit: daß Er/ auff Anhalten und Begehren einer Hoch- und Wohlgebohrnen Perſon/ in ſeinen

Digitized by Google

Regiſtern und Noteln nachgeſchlagen / und befunden / daß von anbeginn der Regierung Keyſer Rudolphs deß Erſten dieſes Nahmens / biß auff unſere Zeit ſich bey zweyhundert und mehr Orden und Stände / von Ertz- und Biſtumben / Hertzog und Fürſtenthumben / Marg- und Landgraffſchafften / Abt- und Probſteyen / Gefürſter und Pfaltzgrafſchafften / Land- und Großherrſchafften / Graf- und Freyherrſchafften / Freyen und Reichs-Ständen / ſo dem Königlichen Stuel zu Aach unterworffen / dem Teutſchen Reich ein verleibet / mit Eyds- und Lehenpflichten zugethan / in den Matriculn angeſchlagen / auff die Reichs-Täge erfordert / und neben andern getrewen Ständen deß Reichs ihre Seſſion und Stimm gehabt / von demſelben Reich eximirt und entzogen / und weder ohne / noch durch Mittel mehr verwand ſeynd.) Ad Archivi exiſtentiam non requiritur, ut magnum ſit, hæc conſideratio accidentis eſt: Fieri poteſt, ut archivum Italici archicancellariatus apud Colonienſem, ſi non magis non minus tamen ſecurè aſſervari poterit, quam apud Moguntinum. Hæc ita
5. conjicio, ſi res ſe aliter habet, veritati cedo. Interea hanc obſervationem obſigno. teſtimonio Mallinckrot. *dict. tr. de Archicanc. S. Imper. p. 41. ubi* notum eſſe ſcribit, Moguntinum, quandocunque in diætis, vel Electoralibus, vel Imperialibus, in Imperatoris Curia præſens ſit, recognitionem & ſubſcriptionem diplomatum ſubire. Nec dubitandum eſſe etiamnum de præſenti, Archiepiſcopum Colonienſem eodem uſurum eſſe jure, ſi trans Alpes cum Cæſare ageret: nam ejusmodi jura, ac prærogativas non uſu non perire: præſertim ſi occaſiones deſint illis utendi. Quare firmiter ſtatuere oportere, æquè ac Moguntinum, de quo nemo ambigere poteſt, Trevirenſem quoque, & Colonienſem, non nomine & titulotenus tantum, ſed re ipſa & verè, non minus ac olim, etiam ſequentibus ſeculis, quovis tempore, in hodiernum usque diem Imperii Archicancellarios fuiſſe & eſſe: cum veriſſimum ſi, ejusmodi jura ac dignitates, magis ex potentia quam actu cenſeri? præſertim quoties per actus contrarios, quales in hâc materia aliquos non habemus, non enervantur.

Ad Verb. Moguntinenſis.

Obſervatio VIII.

1. *Moguntinus conducit.* 2. *Sed non conducitur.*

MOguntinus Elector conducit. *hoc* §. *noſtro &* §§. *ſeqq.* ſed ordinariè non conducitur ipſe, ut ſupra *ad* §. 11. hujus capitis obſervatione I. annotavi.

Ad Verb. Trevirenſis.

Obſervatio IX.

De conductu Archiepiſcopi Trevirenſis, remiſſivè.

DE Trevirenſis conductu. vide *tom. I. jur publ. lib. 3. cap. 5. num. 21.*

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio X.

Ad Verb. Palatinus Rhenus.

Comes Palatinus Rheni.

COmiti Palatino adjicitur ubique vox Rheni, hac in Bulla noſtra, (*hic & §.12. 13 cap.4. §.1. & 3. cap.5. §.1. & 3. cap.7. §.2. cap.11. §.3. cap.25. § 1. cap.27. §.4.* (exceptis ſaltem duobus locis, ubi ſimpliciter dicitur Comes Palatinus, omiſſo nomine Rheni. *cap 22. cap.27. §.6.*) quæ nota diſtinctionis eſt ab aliis Comitibus Palatinis, ut monui *tom. II. jur. publ. lib.4. cap.4. num.35.*

Obſervatio XI.

Ad Verb. Landgravius Haſſiæ.

De jure conducendi Landgravii Haſſiæ remiſſivè.

DE jure Landgravii Haſſiæ conducendi per Wetteraviam, vide me, *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.5. cap.8. p.869. §.8. ac ſupra ad hujus cap.1. §.1. obſerv.* 11. & Georg. Theodor. Dietrich. *in not. ad A. B. cap.1. §. præmiſſas*, ubi aſſeverat, Principes Haſſiæ conducere per Wezlariam, Fridbergam, diſtrictum item Huttenbrigicum, & per tractum Wetteraviæ, usque ad ſpeculam Francofurdanam, biß an die Franckfurter Wart.

Obſervatio XII.

Ad Verb. Katzenelenbogen.

1. *Comitatus Katzenelenbogenſis pervenit ad Landgravios Haſſiæ.*
2. *Moguntini conductus per hunc tractum.*
3. *An eum habeat excluſo Landgravio.*
4. *Exemplum conductus communis plurium.*
5. *Aliud ejusdem Exemplum.*

COmitatus Katzenelenbogenſis hodiè poſſidetur à Landgraviis Haſſiæ, quo titulo verò ad eosdem pervenerit, dixi *tom. V. jur. publ. in addit. ad* 1.
*lib.5. cap.8. in fin. p.***402. Elector Moguntinus per ſuperiorem hujus Comitatus partem, die Bergſtraſſe herab auff Franckfurth/ in hoc Haſſiæ Principum territorio jure conducendi utitur. Reinking. *de regim. ſecul.* 2.
*lib.1. claſſ.5. cap.3. num.*234. Non credit tamen Georg. Theodorus Dietrich *in not. ad A. B. cap.1. §. deinde pag.*18. à Moguntino Landgravios Haſ- 3.
ſiæ, ratione Comitatus Cattimelibocenſis, excludi poſſe, idque propter §. *præmiſſus* (17.) ibi, *vel forſan non expreſſus.* Mihi autem videtur, rationem aliundè petendam eſſe. Si à territorio petitur, Haſſiacum jus certum eſt: Quod ſi verò Moguntinus ſe tuetur præſcriptione, ut credibilius eſt, vel pacto, perpendi debet, qualis, vel quale ſit, an in totum excludat Haſſum, territorii Dominum, an verò cum eodem concurrat tantum, ita ut utrique conjunctim competat conducendi jus illa per loca; tales enim conductus communes in Germania habemus plures. Sic conſtat Dominos 4.

Marchi

Marchiones Brandenburgenſes, Burggravios Norimbergenſes, utriusque lineæ, inframontanæ, & ſupramontanæ, in diviſione ditionum, ac jurium, commune ſibi reſervaſſe jus conducendi Norimberga Francofurdum verſus, idque ita exercere ad certum terminum usque, ubi poſtea incipit
5. eſſe proprium, hujus vel illius partis reſpectu territorii. Aliud exemplum nobis ſuppeditant acta Brunſvicenſia, *part.2. cap.6. num.*186. *p.*279. per extractum conventionis anno 1569. initæ inter Ducem, & civitatem Brunſvicenſem, cujus hæc ſunt verba: Was zum vierzehenden das Gleidt/ in und durch die Stadt Braunſchweig belangen thut/ iſt derſelbe Punct/ nach viel-gehabter müheſeliger Unterhandlung/ endlich dahin gemittelt/ daß der gnädige Lands-Fürſt allein Königliche/Churfürſtliche/und Fürſtliche Perſonen/auff derſelben erſuchen/ aber doch dieſelbige zu keinem mahl über zwey hundert/ oder drey hundert Pferde ſtarck/ ungefehrlich/neben/und mit dem Rathe zu Braunſchweig/in und durch die Stadt Braunſchweig vergleiten möge/ nachfolgender Geſtalt; nemlich/ es ſollen von des Lands-Fürſten wegen/Seiner Fürſtl. Gn. Stadthalter/ Marſchalck/ oder fürnehmſten Räthen einer/ und dann von der Stadt Braunſchweig wegen/ einer der ſitzenden Bürgermeiſter/ oder ihrer Stadt Hauptmann/der eine Adels Perſon ſey/zuvoran reiten/und dann darauff ſechs Glieder/ als in jedem Glied drey Perſonen/ erſtlich drey von dem Lands-Fürſten/ und dann drey von der Stadt wegen/eines umb das ander folgen/ mit den zwantzig Perſonen/als von deß Landes Fürſten und der Stadt wegen/ſoll das Gleidt verſehen und beſtellet werden. Hätten aber hierüber deß Landes Fürſten/ oder aber deß Raths Vergleiter/mehr Knecht/oder Diener/die auff Sie warten/ die ſollen nach dem frembden Reiſigen Zeug in gleicher Ordnung/ neben andern Fürſtlichen und der Stadt Dienern folgen; Und ſoll auch diß Gleidt bey Tage/ und alſo zu rechter Zeit/und nicht bey nächtlicher Weiſe/geſchehen. Darumb wil der Lands-Fürſt jedesmahls dem Rathe zum wenigſten einen halben Tag zuvorn/deſſen Wiſſenſchafft zu haben/und ſich darnach zurichten wiſſen/ zu ſchreiben/wie ſtarck Königliche/Churfürſtliche und Fürſtliche Perſonen im Antrit weren/die alſo von Seiner Fürſtl. Gn. in und durch die Stadt vergleitet zu werden/ angeſucht hätten. Wann aber Königliche/Churfürſtliche/oder Fürſtliche Perſonen in die Stadt Braunſchweig reiten wollen/ und bey dem Lands-Fürſten umb Gleidt angeſuchet/ und alſo S. Fürſtl. Gn. in dieſem Fall/ und zu dero Zeit ihre Gleidts-Reuter hier zu nicht geſchickt hätten/ſo ſollen die von Braunſchweig/ Königliche/Churfürſtliche/oder Fürſtliche Perſonen vor der Stadt/von den Schlagbäumen biß in die Stadt/ und wieder darauß/ ohne deß Lands-Fürſten zuthun/ zu vergleiten haben. Es wil auch der Lands-Fürſt keine Königliche/ Churfürſtliche/ oder Fürſtliche Perſonen/ oder die/ ſo ſie mit ſich brächten/ wo Sie der Stadt Braunſchweig (das Gott gnädiglich verhüten wolle/) Feinde/oder Widerwertige/ oder deß Reichs Echter weren/ in/ und durch die Stadt Braunſchweig vergleiten laſſen.

Obſervati

Obſervatio XIII.

Ad Verb. de Naſſau.

1. 2. *De familia Naſſovica.*

DOmus Naſſovica multis retrò ſeculis, Imperio, connubiis, & rerum pace, militiaque geſtarum, fama celebris, non per Germaniam ſolum, ſed & Europam omnem fuit. Auguſtam primus fecit Adolphus Naſſovius, Romanum Imperium adeptus. Aucta principatu Arauſionenſi fuit per Renatum Cabilionenſem Naſſovium. Comes Otto ante annos ducentos illam in Belgium traduxit, ornavitque Engelbertus I. atque hujus nepos Engelbertus II. à quibus per has Provincias dotalibus oppidis, opibusque præſtare inter Belgas cœpit. Caſpar Barlæus *rerum per octennium in Braſilia geſtarum hiſtoria. pag.*336. Theodor. Sprenger. *in Juriſprud. publ. pag.*435. In Germania nonnulli ex hac familia, non ita pridem, in claſſem Principum reſtituti, vel collocati fuerunt; quo de vide *tom. V. jur. publ. lib.*5. *poſt. cap.* 12. *p.* **430. & Höpping. *de inſignibus cap* 6. *part.*6. §.2. *pag.*373. *num.*893. ac Zeilerum *apud Merian. in topographia Haſsia. pag.*7.

Obſervatio XIV.

Ad Verb. Diez.

De Comitatu Dietz.

FUit olim Comitatus Dietz dictus aureus, propter divitias, habuitque peculiares ſuos Comites, quorum familia anno 1388. defecit morte Gerlaci Comitis Dietzenſis. Hodie eo titulo utuntur Landgravii Haſſiæ, & Comites Naſſovii.

Obſervatio XV.

Ad Verb. Iſenburg.

De Comitibus Iſenburgicis.

COmites de Iſenburg dividuntur in Birſtein / Wechtersbach / & Offenbach. Offenbacenſes inter ſe, ratione dividendorum bonorum litigant; Secundogeniti æqualem diviſionem poſtulant; primogenitus verò ratione antiqui pacti, præferentiam, & amplius quid poſtulat. Sprenger. *d. tract. pag.*438.

Obſervatio XVI.

Ad Verb. Weſterburg

De Comitibus Weſterburgenſibus.

TItulo Weſterburgenſium utuntur nonnulli Comites de Leiningen / vide R. A. zu Wormbs/1544. & 1545. *pag.*308. *ac* 313. *&c.* Grafen zu Leiningen / Herren zu Weſterburg/ *tom. II. jur. publ. lib.*4. *cap.*5. *num.*23. Comitatus Weſterburgici inſignia ſunt, magna crux aurea, cum minoribus aliquot,

in

in intervallo, & galea, rubris aliis crucibus interſperſis, ex Hertzog *Chron. Alſat.* Theodor. Höpping *de inſignium ſive armorum priſco & novo jure cap.6. part.6. num.885. pag.372.*

Obſervatio XVII.

Ad Gerb. Runckel.

De Comitatu Roncaliæ.

COmitatus Roncaliæ hodie eſt apud Comites de Wiedt. vide Zeilerum apud Merian. *in topographia Haſſiæ. pag.69. &* R. A. zu Augſpurg *de anno 1555. pag 418. &c.*

Obſervatio XVIII.

Ad Gerb. Limburg.

De Baronibus à Limpurg.

BArones Limpurgici dicuntur Semper Freye (de quo prædicato egi *d. tom.II. jur. publ. lib.4. cap.5. num.24.* ac *tom.IV. in addit. ad dict. cap. & n.26.*) ſuntque Vicepincernæ Imperii; hac Bulla noſtra *cap.27. §.6.* deß Heiligen Reichs Erbſchencken.

Obſervatio XIX.

Ad Gerb. Falckenſtein.

De Falckenſteiniis.

DIcuntur von Thaun/ Grafen zu Falckenſtein / Herrn zu Oberſtein und Bruch. *dict.* R. A zu Augſpurg. *pag.418.* & in R. A. zu Regenſpurg. *de anno* 1654. in ſubſcriptione, Grafen zu Daun / Falckenſtein und Limburg Herrn zu Oberſtein/Bruch/und Reypelskirchen.

Obſervatio XX.

Ad Gerb. Wetzlaria

De civitate Wetzlaria.

DE civitate Wetſlaria, vel Wetzlaria, vide Knipſchild *de civitat. Imper. lib.3. cap.59.* & me *tom.IV. jur publ. lib.7. poſt cap.52. p.**364.* Zeiler. *apud Merian in topographia Haſſiæ pag.84. & ſeq.* ac Sprenger. *d. tr. pag.459.*

Obſervatio XXI.

Ad Gerb. Geylenhauſen.

De civitate Gailhauſen.

DE civitate Gailhauſen, vel Gelnhauſen, vide Knipſchild *d. lib.3. cap.16.* & me *tom.III. jur. publ. lib.7. cap.20.* & *tom.IV. in addit. ad d. cap.20. p.**230.* necnon Zeiler. *apud Merian in topograph. Haſſiæ. pag.41.*

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio XXII.

De civitate Fridbergenſi. *Ad Verb.* Fridberg.

DE civitate Fridbergenſi, vide Knipſchild *dict. lib.3. cap.15.* & me *tom.III. jur. publ. lib.7. cap.17.* ac *tom.IV. in addit. ad d. cap.17. p.**218.* nec non Zeiler. *apud Merian in topographia Haſſia. pag.33. & ſeq.*

§. 12.

Obſervatio I.

Ad Verb. Archiepiſcopum.

1. 2. *Varia Epiſcoporum genera.*

IL n'y a qu'une ſorte d'Ordre Epiſcopal, combien que la function des Eveſques ſoit de pluſieurs ſortes, ou degrés differents. Car, comme en la Hierarchie celeſte il y a pluſieurs degréz, & eſpeces d'Anges; auſſi en la Hierarchie terreſtre il y a pluſieurs ſortes d'Eveſques, ayants divers noms & differents pouvoirs. Les uns eſtants ſimples Eveſques, n'ayants jurisdiction qu'en leur dioceſe, les autres Archeveſques, qui outre la jurisdiction primitive de leur dioceſe, ont encor celle de reſſort en ceux des Eveſques de leur province. D'avantage, aucuns ſont Primats, ou Patriarches, (entre lesquels deux j'eſtime qu'il n'y a difference que du nom) ayants en outre jurisdiction de reſſort ſuperieur, ſur pluſieurs provinces & Archeveſchez finalement ſur tous les primats & Patriarches, & conſequemment ſur tous Eccleſiaſtiques, meſmes ſur tous les vrais Chreſtiens, il y a un ſouverain Hierarche, à ſçavoir l'Eveſque de Rome, que nous appellons Pape, par Excellence, qui eſt le Vicaire, & Lieutenant de Dieu en l'Egliſe univerſelle. 1. (Unus tantum eſt ordo Epiſcopalis, licet functiones Epiſcoporum diverſæ ſint, & gradibus differant; quemadmodum enim in Hierarchia cœleſti dantur gradus Angelorum, ita etiam in Hierarchia terreſtri ſunt diverſi Epiſcopi, qui inter ſe differunt nomine, & poteſtate. Sunt alii ſimpliciter Epiſcopi, qui jurisdictionem habent tantum in Epiſcopatu ſuo; ſunt alii Archiepiſcopi, qui præter jurisdictionem primitivam diœceſeos ſuæ, habent etiam in Epiſcoporum locis Provinciæ ſuæ. Præterea, ſunt nonnulli Primates, vel Patriarchæ, inter quos ut mihi videtur, nulla eſt differentia, quam ſolo in nomine) qui jurisdictionem ſuperiorem tenent ſupra multas Provincias, & Archiepiſcopatus plures. Denique, ſupra omnes Primates & Patriarchas, ac conſequenter ſupra omnes Eccleſiaſticos, æquè ac cæteros verè Chriſtianos, eſt ſupremus Hierarcha, nempe Epiſcopus Romanus, quem Papam nominamus, 2. per excellentiam, & eſt Vicarius ac locumtenens DEI in Eccleſia univerſali. Hæc, more Catholicorum Romanorum ſcribit Charles Loyſeau *au traicté des Ordres. chap.3. num.26. pag.40.* Inter noſtrates, Rittershuſius

Digitized by Google

ad Novellas. *part.1. cap.7. num.13.* Epiſcoporum hos enumerat gradus, quod alii ſint Patriarchæ, Archiepiſcopi, qui & Primates; alii Metropolitani, alii denique ſimpliciter Epiſcopi.

Obſervatio II.

Ad Verb. Treviren-ſis.

1. *Treviris antiquiſſima.*
2. Die Pfaffen-Gaſſe.
3. *Epiſcopatus Curienſis.*
4. *Conſtantienſis.*
5. *Baſilienſis.*
6. *Argentinenſis.*
7. *Spirenſis.*
8. *Wormatienſis.*
9. *Archiepiſcopatus Moguntinenſis.*
10. *Trevirenſis.*
11. *Colonienſis.*

1. TRevirenſis Archiepiſcopatus cæteros in Germania antiqnitate ſuperare dicitur, ut innuit illud vulgere,

Treveris ætate, ſed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, ſed honore Moguntia prima.

Quo pertinet etiam locus Lehemanni in Chron. Spirenſi *lib.1. cap.18. pag.47.*
2. quem ex Bruſchio refert: Es iſt ein gemeiner Nahmen / daß die Landſchafft
3. am Rhein/ von wegen der Biſthumb/ſo daran gelegen/die Pfaffengaſſe genannt
4. wird/ und unter derſelben das Biſthumb Chur das obriſte/ darumb / daß es am
5. Vrſprung deß Rheins gelegen. Conſtanz das gröſſeſt / oder weitläufftigſt/
6.7. ſintemahl in 1800. Pfarren/und 400. Klöſteres im Begriff haben ſol. Baſel
8.9. das luſtigſte. Straßburg das edelſte. Speyer das heiligſte/ oder andächtigſte.
10. Wormbs das ärmeſte. Meynz das würdigſte / weil es nach Rom der heilige
11. Stuel zu Meyns von Pabſt Gregorio dem Dritten genant. Trier das älteſte. Cölln das reichſte. Baſilea amœniſſima, Argentina nobiliſſima, Spira religioſiſſima, Wormatia tenuiſſimi cenſus. Moguntia veneratione ſublimis, Treviris vetuſtiſſima, Colonia opulentiſſima, Conſtantia ampliſſima. *Basle la plaiſante, Strasbourg la noble, Mayence la venerable, Treues l'ancienne, Cologne la riche, Spire la devote, Wormes la poure.* Tournet. *en la notice des dioceſes de l'Egliſe univerſelle pag.211.*

Obſervatio III.

De Archiepiſcopo Trevirenſi.

L*'Archeveſque de Treves eſt un des premiers Electeurs de l'Empire, & s'intitule encores de preſent (à ce qu'on dit) Archichancelier de Gaule;* (Archiepiſcopus Trevirenſis eſt unus ex principalibus Electoribus Imperii, & utitur titulo, etiam, ut fertur, adhuc hodie, Archicancellarii Galliæ) ita Jacques de Charron *en l'hiſtoire univerſelle. cap.15. pag.62.* Germanarum rerum non ſatis gnarus, earum tamen ſparſim, totum per opus, rigidus cenſor.

Obſerve-

Digitized by Google

Obſervatio IV.

1. *Quid nomine Galliæ hîc veniat.*
2. *An Gallia unquam fuerit ſub Imperio Germanorum.*

GAlliæ nomine hîc non ipſam Franciam occidentalem, ſed ſolam Belgicam venire, monet Conring. *de fin. Imper. lib.1. cap.8. pag.75.* Sunt tamen alii, qui hoc de tota Gallia intellectum velint, quibus contextus ipſe videtur patrocinari, ut deduxi. *tom.I. jur. publ. lib.3. cap.5. num.2. & ſeqq. & in annot. ad Capitul. Caroli V. proœmium. verſ.* auch Gallien. *num.6. & ſeqq. pag.121.* ſed ſecurius eſt ea reſtringere ad partem, quam oppugnare rerum ſtatum: 1. Nondum enim comprobatum fuit, Galliam totam unquam ſub 2. Germanorum Imperio fuiſſe: certè, eo tempore, quo Carolus ſuam hanc promulgavit Bullam, ſubjecta Imperio non fuit. Traditum quidem eſt à Conringio *d. cap.8. pag.62. & ſeqq.* Franciam occidentalem in obſequio fuiſſe Germanorum Regum, ſed non niſi brevi momento & leviter, eoque in illam Imperio Germanico nihil ſolidi juris acquiſitum eſſe.

Obſervatio V.

Ad verb. & Regnum.

1. *Balduinus Archiepiſcopus uſus fuit titulo Archicancellarii Galliæ.*
2. Ertz-Cantzler im Welſchen Lande.

IN literis Electorum, ad Benedictum XII. Papam, apud Freher *tom.I. re-* 1.
rum German. pag.427. Balduinus, Archiepiſcopus Trevirenſis ſimpliciter ſe Galliæ ſcribit Archicancellarium, nulla facta Arelatenſis Regni mentione.
Apud Lehemann. *Chron. Spirenſ. lib.7. cap.72. pag.850.* audit, Ertz-Cantz- 2.
ler im Welſchen Lande; eo ſenſu, quo Welſch / non intelligitur de Italia, ſed de Gallia.

Obſervatio VI.

Ad verb. Arelatenſe

1. *Regnum Arelatenſe dictum fuit Burgundicum.*
2. *Ad illud varia pertinuerunt Provinciæ.*
3. *Quæ poſtea ab illo avulſa.*
4. *Ad quem jure pertineat hoc Regnum, an ad Imperium Germanicum, an vero ad Regem Galliæ?*

ARelatenſe Regnum olim dictum Burgundicum: Nomen accepit à ſede 1.
Regia, quæ Arelati fuit, quam civitatem deſcripſi in Notitia Regni Franciæ. *lib.6. cap.5. pag.521. & ſeqq.* Ad illud antiquitus pertinuiſſe ſcribit, Char- 2.
ron *en l'hiſtoire univerſelle, chap.95. pag.682: Les Duchez de Bourgongne, Savoye, Chablais, & Aouſte; les Principautés de Piedmont, & Orange, la Landgravie d'Alſace, la Comté Palatine de Bourgongne; les Comtez de Habſpourg, de Ferretes, de Montbelliard, de Charrolois, Nyvernois, Foreſt, Valentinois, Provence,*

(ou eſt la ville d'Arles, qui a eſté longuement capitale de tout le Royaume de Bourgongne) Generois & Venaiſſin, ou Avignon; les Seigneuries de Breſſe, Salins, & Noyers; enſemble les pays de Dauphiné, Viuarets, Auxerrois, Vuand, & Fourcigny; avec toutes les montagnes, & ligues des Suiſſes. (Ducatus Burgundiæ, Sabaudiæ, Cabaleſii, & Aoſtæ; Principatus Pedemontii, & Auranii, Lantgraviatus Alſatiæ, Comitatus Palatinus Burgundiæ, Comitatus Habſpurgenſis, Ferretenſis, Montisbeligardenſis, Carolinus, Nivernenſis, Foreſtienſis, Valentinenſis Provincia (in qua eſt civitas Arelatenſis, quæ longo tempore fuit metropolis totius Regni Burgundiæ) Geneva, & Veneſinum, vel Avenio; Dynaſtiæ, Breſſiæ, Salini, & Noyerii; nec non ditio Delphinatus, Vivaretii, Auxerræ, Vuand & Forcigny, comprehenſis montibus & ligis Helveticis.) Temporis tractu variè fuit dilaceratum, & ad diverſos pervenit Dominos. Anno 1036. poſt mortem Beroaldi, primi Moriennæ Comitis, Viennæ Comitatum è temporanea dignitate invaſit Guido, cognomine Craſſus. Huic ſucceſſit filius Guido II. dein Guido *III.* qui primus Delphini titulum ſumpſiſſe dicitur. Arelatum occupat Odo, (Otto Germani efferunt) Rudolphi poſtremi Burgundiæ Regis filius; uterque tamen ſe Imperii beneficiarium profeſſus, obedientiæ ſacramentum dixit.

3\. Quos præfecti aliarum civitatum imitati, temporarias præfecturas hæreditarios principatus fecerunt; è quibus nonnulli filiabus tantum relicti aliorum principatus jure nuptiarum auxerunt, aut à potentioribus pulſi ſunt vicinis; Imperium tamen omnes, ad tempora usque Henrici IV. agnoverunt, quo civile bellum cum Pontificibus Romanis gerente, uſi temporis oportunitate, Imperii jugum, auxilio Pontificum, ac Franciæ Regum, excuſſere; Pars potentioribus vicinis ſe in clientelam dedere; alii propriis freti viribus, acquiſitam abſoluti Principis autoritatem, dignitatemque, armis ſtrenuè & feliciter defenderunt, donec Capetici ſanguinis Francorum Reges, Galliarum Monarchiam ambientes, variis artibus inferioris Burgundiæ ditiones omnes, exceptis Helvetiis, ac Allobrogibus, ſuo adjecerunt Imperio.

4\. Pontus Heuter. *lib.1. rer. Burgund. pag.9.* Eſt autem inter noſtrates, & Gallicos ſcriptores, hoc de regno magna contentio, ad quem nam jure pertinere debeat; Charron *en l'hiſtoire univerſelle.* varios pro Rege ſuo conglomerat titulos. I. jus belli. *chap.95. pag.681. & ſeq. Le Roy Clovis fit la guerre à Gondebauld, Roy de Bourgongne, oncle de ſa femme Clotilde, non ſeulement parce qu'il avoit fait mourir les pere & mere de Clotilde, ains encores d'autant qu'il avoit pareillement fait de puis bruſler Godemar, & tuer Godegiſe, ſes propres freres, qui eſtoient auſſi oncles d'icelle Clotilde, en eſperance de regner apres tout ſeul en Bourgongne: en quoy il ſe trouva neantmoins trompé; car il fut deffaict, & vaincu pres Diion par Clovis, lequel donna apres le Royaume de Bourgongne à Sigismond, fils aiſné du dict Gondebauld, à la charge, que luy, & ſes ſucceſſeurs, Roys de Bourgongne,*

le

Digitized by Google

le tiendroient touſiours tributaire, & mouvant de la Souveraineté des Roys de France. (Rex Clodovæus bellum intulit Gondebaldo, Regi Burgundiæ, avunculo uxoris ſuæ Clotildæ, non tantum quod neci dederat patrem, matremque Clotildæ, verum etiam, quod poſteà igne necaverat Godemarum, & interfici curaverat Godegiſum, fratres ſuos proprios, qui itidem erant avunculi Clotildæ, ſpe ductus, ſe ita ſolum regnaturum in Burgundia; ſed eventus docuit contrarium; fuit enim propè Divionum cœſus, & victus à Clodovæo, qui poſtea dedit Burgundiæ Regnum Sigiſmundo, filio majori natu prædicti Gondebaldi, hoc cum onere, ut ipſe, ſucceſſoreſque ejus Reges Burgundiæ, illud ſemper tenerent tributarium, & à Regibus Franciæ dependens. II. Ceſſionem à Juſtiniano Imperatore factam Regibus Franciæ, totius Juris quod Imperatores prætendebant in Galliam Narbonenſem. *chap.96. pag.693. L'Empereur Juſtinian quitta à Clotaire pour touſiours, & à ſes ſucceſſeurs, Roys de France, tout le droict, que luy & ſes ſucceſſeurs Empereurs pourroient pretendre au pays de Provence, & en toute la Gaule Narbonnoiſe, (dans laquelle une bonne partie du Royaume de Bourgongne eſtoit compriſe) afin qu'il ne luy fuſt ennemy, pendant qu'il feroit la guerre contre les Gots, Gepides, Sclavons, & autres Nations, qui eſtoient entrées ſur les terres de ſon Empire.* (Imperator Juſtinianus Clotario, ejuſque ſucceſſoribus, Regibus Franciæ, ceſſit in perpetuum omni jure, quod ipſe ſucceſſoreſque ſui Imperatores poſſent prætendere in Provinciam, ac totam Galliam Narbonenſem, (qua bona pars Regni Burgundiæ comprehendebatur) eum in finem, ne hoſtilis ſibi eſſet eo tempore, quo gereret bellum in Gothos, Gepedos, Sclavones, & alias Nationes, quæ terras Imperii invaſerant. III. Ceſſionem Alberti Auſtriaci Imperatoris. *chap.135. pag.1009. Albert ceda au Roy tout le droict qu'il pouvoit pretendre au nom de l'Empire, au Royaume d'Arles, ou Bourgongne.* (Albertus, in gratiam Regis Franciæ, renuntiavit omni juri, quod nomine Imperii poterat prætendere in Regnum Arelatenſe, vel Burgundiæ. IV. Venditionem à Carolo IV. Imperatore factam. *chap 139 pag.1033. Combienque la ſouveraineté de ce qui eſtoit de l'ancien Royaume de Bourgongne (qu'on appelloit autrement d'Arles) appertienſt à nos Roys, tant à cauſe de ce qui a eſté dit &c. neantmoins, pour plus ample; & ſeure confirmation de cela, le Roy Philippes de Valois achepta encores d'abondant de l'Empereur Charles IV. la ſouveraineté de tout cet ancien Royaume d'Arles, qui s'eſtendoit depuis le Mont S. Claude, la Saoſne, & le Rhoſne, juſques aux Alpes. & Mer Mediterranée, ſans en excepter la Comté de Savoye, ny les Principautez d'Orenge, & de Beavieu, ny la Comté de Provence, du quel depend la Principauté de Piedmont, ny la franche Comté de Bourgongne, ny autres terres quelconques eſtans de l'ancienne eſtendue d'iceluy, moyennant la ſomme de trois cents mille marcs d'argent, avec promeſſe d'en faire ratifier le contract, par les Princes de l'Empire, qui declarerent depuis l'avoir pour aggreable: de quoy Iean Roy de Boeſme, pere de*

de l'Empereur, ſe conſtitua auſſi garand. (Licet ſuperioritatis jus in terras, quæ ad antiquum Burgundiæ Regnum (quod etiam dicebatur Arelatenſe) pertinebant, ad Regem Franciæ ſpectaret, ut dictum &c. nihilominùs majoris confirmationis & ſecuritatis gratia, Rex Philippus Valeſius emit à Carolo IV. Imperatore abſolutum Dominium totius antiqui Regni Arelatenſis, quod ſe extendebat à monte Clodii, Arari, & Rhodano, usque ad Alpes, & mare mediterraneum, non excepto Comitatu Sabaudiæ, nec Principatu Auraſianenſi, ac Belvierio, nec Comitatu Provinciæ, à quo dependet Principatus Pedemontanus, nec libero Comitatu Burgundiæ, nec ullis aliis terris quibuscunque, ad illud Regnum ab antiquo pertinentibus. Pretium emptioni conſtitutum fuit 300000. marcarum argenti, hac conditione addita, ut contractus ille approbaretur à Principibus Imperii, quod etiam poſtea factum, & Johannes Rex Bohemiæ, pater Caroli IV. Imper. fidem ſuam interpoſuit. V. Confirmationem iteratò à Carolo IV. factam. *chap. 141. pag. 1055. Charle IV. confirma au Roy Charles V. la Souveraineté du Royaume d'Arles* (Carolus IV. Imper. confirmavit Carolo V. Regi Franciæ abſolutum Dominium Regni Arelatenſis.) Jus Imperii noſtri non ita pridem egregiè poſt alios deduxit Conring. *tr. de finib. Imper. lib. 1. cap. 12. & 13.* ac Gallorum prætenſionibus reſpondit, *d. tr. lib. 2. cap. 24. pag. 567. & ſeqq.* quem omninò vide; &, ſi lubet, me quoque *tom. I. jur. publ. lib. 1. cap. 9. num. 9. & 22.* ac *tom. IV. in addit. ad d. cap. 9. num. 9.*

Obſervatio VII.

Ad Verb. Archicancellarium.

Origo Archicancellariatus Trevirenſis.

DE origine hujus Archicancellariatus videri poteſt Mallinckrot *dict. tr. de Archicanc. Imperii. pag. 37.* ubi ita fatur: Sive Italicus Archicancellariatus Heinrici V. ſive Friderici I. Imperio, Colonienſibus Archiepiſcopis acceſſerit, Gallicus certè, & Arelatenſis Archicancellariatus hoc poſteriori antiquior, & anterior conſtitui nequit. Prædictus enim Imper. Fridericus, cum priorem uxorem Adilam, ſive Alheidam, Marchionis Vohburgenſis Theobaldi filiam, ob conſanguinitatis impedimentum dimiſiſſet, duxit 1157. Regni ſui quinto, Beatricem (Marianus Scotus Agnetem vocat; ſed major eſt Güntheri *in Ligurino* ſuo fides, quem ſequitur Cuſpinianus *in vitâ & in Veſontione ſuâ* Chifletius) filiam Burgundiæ Comitis Reginardi (Sigeberto Wilhelmus eſt, Othoni de S. Blaſio Reginbaldus) ac beneficio ampliſſimæ dotis Burgundiam ac Provinciam, Arelatenſe deinceps Regnum dictas, ſibi acquiſivit ac Imperio, à quo longo tempore ſeparatæ fuerant, recuperavit. Ea igitur occaſione ſuſpicari quis poſſit, Archicancellariatum Arelatenſis Regni, Galliæque, primitus inſtitutum fuiſſe. Nulla enim abſurditas

ſurditas ſit, cum præcedentibus annis non minùs de Italico, quam Gallico, duorum iſtorum Archiepiſcopatuum Archicàncellariatibus apud Hiſtoricos, alioſque auctores altiſſimum ſilentium fuiſſet, ſub Friderico autem, Colonienſis non ſemel Italiæ Archicancellarius vocetur, ſi dicamus, circa eadem ferè tempora, vel ſaltem annorum intercapedine non adeò magna intercurrente, partim ſub ipſo, partim non ita diu ante ejus Imperium, utrumque cœpiſſe. Nec poteſt anteriori alicui iſta conſtitutio, Gallici imprimis Archicancellariatus convenire, atque attribui, quandoquidem illius inſtitutioni omnis occaſio defuit, priusquam Arelatenſe regnum connubiali fœdere in Friderici jus, ac manum veniret. Hæc eò tendunt præcipuè, ut oſtendatur, Cancellariatum Trevirenſis Archiepiſcopi Friderico I. antiquiorem dici non poſſe, eſſe autem multò adhuc recentiorem, & ſub Friderico II. vel paulò poſt, primum cœpiſſe. Incertum enim eſt à quo ſucceſſorum primi Friderici initium ſuum acceperit. *pag.43.* pagina autem 45. *idem ſcribit*; Ferè crediderim, & concludendum putarim, quo tempore *Electoralis* dignitas ſub Innocentio IV. vel ſucceſſorum ejus, proximorum aliquo Trevirenſi collata eſt, ſimul etiam Archicancellariatum primitùs conceſſum eſſe.

Obſervatio VIII.

Ad Verb. de Spanheim.

De Comitatu Spanheimenſi.

DJe Graffſchafft Spanheim hat vor Zeiten eigene berühmte Grafen gehabt / folgends aber zum Theil dem Herrn Pfaltzgrafen bey Rhein/und zum Theil dem Herrn Marggrafen zu Baden zukommen. Denn Frau Eliſabeth/ Gräfin zu Spanheim/ und Frau zu Creutzenach/ Pfaltzgraff Ruprechts Pipan hinterlaſſene Wittib / ſo Anno 1416. geſtorben / dem Churfürſt Pfaltzgraf Ludwigen mit dem Bart/ bey Leben ihres Vattern/ deß letzten / Graff Johann von Spanheim/ den fünften Theil an der vordern Graffſchafft vermacht hat/beſagter Graf Johann war dritter Erb bey der Graffſchafft Spanheim/und die andern zwey Drittheil ſolten fallen / durch ſeines Vattern zwo Schweſtern/ auff Baden und Veldentz. Da aber dieſer Graf Johann Anno 1437. ohne leibliche Erben abgieng/ haben die zwo Schweſtern/ oder ihre Kinder/ die gantze Graffſchafft geerbet / ohne das fünfte Theil / das vorhin dem Pfaltzgrafen vermacht war; Eine dieſer zwo Schweſtern/nemlich Mechthild/hat gehabt Marggraf Rudolffen zu Baden/ die andere Loreta/Heinrichen Grafen von Veldentz/ deren Sohn geweſen Graf Friederich/ ſo eine einige Tochter/ Nahmens Anna/ verlaſſen / die Pfaltzgraf Stephan geheuratet / und durch Sie Graf zu Spanheim und Veldentz worden iſt. Und hatte Er die Graffſchafft Zweybrüggen von ſeinem Vater; Wie Münſterus, *lib. 5. Coſmograph. cap.163.* ſchreibet.

In

In einer geſchriebenen Verzeichnuß ſtehet von dieſer Grafſchafft alſo : Es iſt die gantze Revier deß Hunsrucks/ vor Zeiten faſt gantz der alten Grafen von Spanheim/und in zwo Grafſchafften getheilet geweſen/ als die Unter-oder Vorder-da Creutzenach iſt/und die hinder nach der Moſel und Trarbach/ (daſelbſten bey Herſtein/ des beſte Kupffer/ ſo in allen Landen mag gefunden werden/ſeyn ſolle.) Es hat auß ihnen Graf Eberhard von Sponheim erſtlich Anno 1044. die reiche Pfarrkirch zu Sponheim (oder Spanheim) in die Ehr der H. Jungfrauen Mariæ geſtifftet; Darauff Graf Meginhardus Anno 1123. ein ſtattliches Kloſter und Abtey / zu Ehren der heiligen Jungfrauen Mariæ, und deß heiligen Martini, unter der Regul S. Benedicti, darauß gemacht/ und überauß mächtig gezieret und begabet / und allwegen den älteſten auß ſeinem Geſchlecht der Grafen von Sponheim/und Herrn zu Creutzenach/ zum Caſten-Vogt/Beſchirmer und Beſchützer ſolches Kloſters verordnet. Unter ſeinen Nachkommen haben Anno 1278. und 79. zween Brüder/Johann und Heinrich/ Grafen von Sponheim/ einen ſchweren Krieg wider einander geführet/ und hat der jüngere dem Ertz-Stifft Mayntz etliche Güter / und unter andern das Schloß Beckelnheim/ mit aller ſeiner Zugehör/ umb 1400. Marck verkaufft. Anderswo ſtehet/ das die vordere Grafſchafft in fünf Theil abgetheilet ſey/ deren der eine der Chur-Theil/ſo Chur Pfaltz jederzeit inngehabt; Ferners ſolche mit Simern/ noch 2. Theil ererbet; die übrige zwey Fünftheil habe die Ober-Marggrafſchafft Baden innen; die hindere Grafſchafft Sponheim gehöre auch Baden zum halben Theil; der andere halbe Theil aber den Pfaltzgrafen von Birckenfeld. Zeiler, *apud Merian. in topograph. Palatin. Rheni. pag.8.*

Obſervatio IX.

Ad verb. de Veldens.

Comitatus Veldenſis.

COmitatus Veldens (cujus Domini olim dicti validi Anciani Comites) matrimonio, quod contractum fuit inter Srephanum Comitem Palatinum, (Ruperti Cæſaris filium) & Annam, filiam unicam Friderici, ultimi Comitis Veldenciaci, pervenit ad Palatinos Bipontinos. Zeiler. *apud Merian in topograph. Palatin Rheni pag.66.*

Obſervatio X.

Ad verb. Rugraven.

De Rugraven.

EDitio Moguntinenſis habet Rauwgrafen; Germanica, quam exhibuit Goldaſtus inter ſtatuta & reſcripta Imperialia *pag.*123. ponit Ruwegrafen. Ipſe verò Goldaſtus in Catalogo ordinum Imperii, quem præmiſit tomo unico Conſtit. Imper. illos nominat Rugravios, ſeu Aſperos. Credo, hanc familiam non admodum fuiſſe claram; ejus unicâ vice mentio fit in

in libro torneamentorum, ſub torneamento vigeſimo ſeptimo, nomine deß Rawgrafens. In matriculis Imperii ac ſubſcriptionibus Receſſuum non reperitur, unde conjicio, eam ante perquam multos annos extinctam fuiſſe. Fuerunt etiam olim Ruge-gravii, vulgo dicti Rugrafen/ quaſi quidem Advocati aut Procuratores Imperatoris, aut Regis, in welches Nahmen die fiſcalinische Sachen und Bußen/ in den Jahrzeitlichen Gerichten accuſirt und fürgebracht worden; Speidel. *in ſpec. jur. polit. hiſt. ſub. lit. R. num. 143. pag. 1086. & ſub. lit. G. num. 365. pag. 526.*

Obſervatio XI.

Ad Gerb. Wildgraven.

De Comitibus Sylveſtribus.

OTtonis de Wittelsbach (qui Philippum Romanorum Regem interfecit) ſtirps in exilium acta, ultra Rhenum in Weſterreich profecta eſt: ubi poſſeſſionibus quibusdam acquiſitis, dicti ſunt die Wildgrafen. Matthæus à Pappenheim, *de orig. famil. ſua. cap. 42.* Qui olim ſolo Comitum Wildenſium titulo clari, poſtea auctis bonis cœperunt audire Wild- und Rhein-Grafen/ & acceſſione Comitatus Salmenſis, quem ab uxore nactus fuit Johannes V. Comes Wildenſis, & Rheni, dicti ſunt, Wild- und Rhein-Grafen/ Grafen zu Salm.

Obſervatio XII.

Diverſus ordo in enumeratione Comitum obſervatus.

HIc alius obſervatur conductorum ordo, quam in §. præcedenti. Ibi Naſſau locatur poſt Katzenellenbogen, hic antefertur: Ibi Dietz poſtponitur Katzenellenbogen, hîc præfertur: Ibi, poſt Dietz nominantur Iſemburg, Weſterburg, Runckel, Limpurg; hîc præcedunt. Inquirat in rationem mutati ordinis, qui voluerit, mihi ſufficit mutationis annotatio.

Obſervatio XIII.

Ad Gerb. Eppenſtein.

De Comitatu Eppenſtein.

HIc Comitatus maxima ex parte eſt Landgravii Haſſiæ. Zeiler. *apud Merian. in topographia Haſſia. pag. 67.*

Obſervatio XIV.

Ad Gerb. civitas Moguntinenſis.

1. *Moguntia olim fuit civitas libera.*
2. *Sed poſtea ſub jugum Archiepiſcopale redacta.*
3. 4. *Ejus nomen unde?*
5. *Inſignia civitatis.*
6. *An conducat Moguntinum Electorem.*

Digitized by Google

1. MOguntiam antiqitus (& adhuc Caroli IV. tempore) liberam & Impe-
2. rialem civitatem fuiſſe, vulgo conſtat: quæ tamen anno 1462. Archie-
piſcopi ſui irruptione per vim capta, & antiquata Reipublicæ forma, prorſùs ſub jugum redacta eſt; ſi Kyriandro *in annal Trevir. part.17. pag.195.* credimus. Pabſt Pius (*ut retuli tom.IV. jur. publ. ad lib.1. cap.9. num.56. ex* Stumpffio *lib.2.* der Chronic gemeiner löblichen Eydtgenoſſchafft. *cap.37. pag. 89.*) hat Dieterichen von Iſenburg deß Biſthumbs Meintz entſetzt/ und an ſeine ſtatt geſetzt Graf Adolphen von Naſſau. Dieſer hat mit Hülff anderer Anno 1462. den 27. Octobris, und durch Verrätherey etlicher Bürger / Maintz eingenommen; Hiemit iſt die alte herrliche und verrühmte Stadt Meintz/ hiebevor dem Reich gehörig/ eine Fürſten-Stadt worden/ unter das Joch gebunden/ und dem Adler aber eine Feder entfallen. His adde Munſterum *lib.3. Coſmograph.*
3. *cap.181.* Klock. *de contribut. cap.5. num.54. pag.131.* Nomen hujus civitatis, quam Maintz vernacula noſtra dicimus, videtur deduci poſſe à fluvio, qui nobis eſt Mayn/ latinum autem Moguntia vix cum appellatione *Mœni con-*
4. venire poteſt, niſi Mœnuntiam dicas. Si pro Mœno utaris Mogono, ut nonnulli tradunt, Mogonuntia audire poterat, ſi Mogano (ut in A.B. *hoc cap.1. §.18.*) Mogantia, quæ alii de Mago & Cia, vel de Trojano Mogancio, ſcribunt, (vide Knipſchild *de civitat. Imper. lib.4. cap.1. num.106. pag. 1025.* ac Höpping *de inſign. cap. 6. part.7. §.4. num. 1118. pag.398.*) pertinent ad aniles fabulas: quorſum etiam referri debet Charronii opinio *en l'hiſtoire univerſ. chap.15. pag 61.* ubi, allegans Beatum Rhenanum, tradentem, Magum videri priſcis Gallis domum ſignificaſſe, & Ciam eſſe fluviolum; unde Magumciacum dictum, quaſi domicilium Ciæ conjunctum; ſubnectit; *Combienque Rhenanus n'interprete Magus que pour le nom d'une ſimple maiſon, ſans dire que le Roy Magus en ait eſté fondateur, toutesfois luy donnant etymologie Gauloiſe, il y a apparence, qu'elle a eſté pluſtoſt fondée par un de nos Roys, du quel le nom eſt approchant de ſa nomination, que par aucuns autres: & qu'elle a eſté dicte Maguncìacum, pour denoter un domicile edifié par Magus ſur le fleuve Cia; tout ainſi que Charleval receut ſa nomination, pour avoir eſté baſti dans un val par le Roy Charles IX.* (Licet Rhenanus interpretetur vocabulum Magus, domum ſimpliciter ita dictam, nec addat Regem Magum ejus fuiſſe conditorem; attamen, huic vocabulo aſſignans etymologiam Gallicam, videtur probabile, eam potius à Rege quodam Gallorum, cujus nomen conveniens cum domo illa, fundatam fuiſſe, quam ab ullo alio; ſicque dictum Moguntiacum, quò denotaretur Domus ædificata à Mago, ad fluvium Cia; eodem modo, quo Charleval cœpit ita denominari, quod à Carolo IX.
5. extructum, in quadam valle. Cæterum hæc civitas pro inſignibus habet rotas duas albas, in area rubra, tum ut Willegiſi (vide *tom.I. jur. publ. lib.3. c.4. n.8.*) memoria ſit perpetua: tum, ut ſit argumentum Moguntiacæ diœ-

ce.eos

Digitized by Google

ceſeos eſſe urbem; tum denique, ut ex coloribus conſtet, Germano-Franciæ Regibus, Ducibusque, ſuper hac & aliis Rhenanis civitatibus quondam fuiſſe Imperium: ſic refert ex aliis Höpping. *d. l. num.* 1120. Illud mihi 6.
ſcrupulum movet, cum civitas Moguntinenſis Electorem Trevirenſem conducere debeat, ut in textu noſtro legimus, cur non etiam ut Electori Moguntinenſi idem præſtaret, conſtitutum fuerit? non eſt tamen difficile invenire rationem diverſitatis.

§. 13.

Obſervatio.

1. *Comes Palatinus Rheni fuit Imperii Archidapifer.*
2. *Hodie eſt Elector Bavariæ.*
3. *Palatinus autem Rheni factus eſt Imperii Architheſaurarius.*

Ad Verb. Archidapiferum.

COmes Palatinus Rheni fuit Imperii Archidapifer A. B. *hic & cap.* 5. §. 1. 1.
ac 3. vide *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 20. & permanſit ad noſtra uſque tempora, donec ille Electoratus ad Ducem Bavariæ pervenit, & poſtea in pacificationi Oſnabrugenſi, anno 1648. eidem confirmatus fuit, *art.* 4. §. *& primò quidem.* Hodie itaque Elector Bavariæ dicitur Archidapifer; Elector verò Palatinus Architheſaurarius Imperii. 2. 3.

§. 14.

Obſervatio I.

Elector Saxoniæ eſt Imperii Archimareſchallus.

ELector Saxoniæ eſt Imperii Archimareſchallus: (*hic, & infra cap.* 5. § 2. vide *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 19.) quæ autem hujus ſint muneris, dicam infra *in obſervat. ad cap.* 27. §. 1.

Obſervatio II.

1. *De nomine Mareſchalli remiſſivè.* 2. *Nova opinio Charroni.*

DE nomine Mareſchalli, atque ejus derivatione, egi *d. tom. I. lib.* 3. *cap.* 10. 1.
num. 20. & in notitia Regni Franciæ *lib.* 2. *cap.* 27. *lit. a. & ſeqq. pag.* 1023.
Deprehendi verò poſtea, in aliam planè concedere opinionem Charron *en* 2.
l'hiſtoire univerſelle de toutes Nations, cap. 125. *pag.* 898. ait ille: *d'autantque Panſanias dit, que Marck ſignifoit un cheval en langue Gauloiſe, & non Alemande, ie ne puis approuver l'etymologie Allemande,* (*de Marck & ſchal, qu'ils interpretent, cheval, & ſerviteur, ou officier*) *& croy, que le nom de Mareſchal procede des mots Gaulois Marck & charge, pour ſignifier un homme qui a charge*

 ſur

Digitized by Google

ſur les chevaux, ou gens de cheval, qu'on auroit depuis dit par abbreviation, Marc. char, & finalement Mareſchal, plus toſt que des mots de Serviteurs d'un cheval, ſuivant la dicte pretendue etymologie Alemande, qui ne denoteroit autre choſe qu'un Palefrenier.

Ad Verb. Magdeburgenſis.

Obſervatio III.

De Archiepiſcopatu Magdeburgenſi in Ducatum converſo.

DE Archiepiſcopatu Magdeburgenſi, vide *tom. IV. jur. publ. lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 464. *& ſeqq. item. Tom. V. p.***248. *ad h. loc.* de expectantia verò in eundem, (& converſione in Ducatum) Electori, & toti familiæ Brandenburgicæ conceſſa, agit Inſtrumentum Pacis Oſnabrug. 1648. *art.* 11. §. *ſimiliter, & §. in his verò.*

Ad Verb. Marchio Miſnenſis.

Obſervatio IV.

De Marchionatu Miſnenſi.

MArchionatus Miſnenſis ad ipſum Electorem Saxoniæ pertinet, hinc per eundem nullo utitur conductore, ſed ipſe ſe conducit.

Ad Verb. Fuldenſis.

Obſervatio V.

De Abbate Fuldenſi.

DE Abbate Fuldenſi, vide Chriſtophorum Brovverum *in antiquitatibus Fuldenſibus*, Mallinckrotum *de Archicancell. S. Imperii. c.* 7. *pag.* 214. *& ſeqq.* me *tom. IV. jur publ. lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 491. *& ſeq. & tom. V. in addit. ad dict. p.* ac Merianum *in topograph. Haſſia. pag.* 36. *& ſeqq.* An autem Fuldenſis hîc rectè poſtponatur Landgravio Haſſiæ, cum Epiſcopis in matricula, & Comitiis Imperii accenſeatur, in dubio relinquo.

Ad Verb. Hirsfeldenſis.

Obſervatio VI.

Hirsfeldenſis Abbatia Landgravio Haſſiæ Caſſellano data.

HIrsfeldenſis Abbatia hodie pertinet ad Landgravium Haſſiæ, lineæ Caſſellanæ; ut notum eſt ex Inſtrumento Pacis Oſnabrug. anno 1648. concluſæ *artic.* 15. § 2. Domus Caſſellana, ejusque Succeſſores, Abbatiam Hirsfeldenſem, cum omnibus appertinentiis, ſecularibus & Eccleſiaſticis, ſive intra, ſive extra territorium (ut præpoſitura Gellingen) ſitis, ſalvis tamen juribus, quæ Domus Saxonica à tempore immemoriali poſſidet, retineant, & eo nomine inveſtituram à Cæſarea Majeſtate, toties, quoties caſus evenerit, petant, & fidelitatem præſtent. Hinc Wilhelmus Landgravius Haſſiæ nunc utitur titulo, Landgraf zu Heſſen/Fürſt zu Hirſchfeld/rc.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio VII.

De Erfordia.

Ad Verb. Erfordia.

VIde quæ de civitate Erfordia tradidi *tom. IV. jur. publ. lib. 4. cap. 7. pag.* 580. ac *tom. II. lib. 4. cap. 8. num. 83. & ſeqq.* De eadem *in part. 2.* der Braunſchweigiſchen Hiſtoriſchen Händeln/*cap. 67. num. 143. pag. 206.* legitur, daß der Herr Ertzbiſchoff/ und Churfürſt zu Maintz/ die Stadt Erffurt habe vom heiligen Reich/ aber das hohe Gleidt darinnen/ neben den Zöllen/ ſtehe dem Fürſtl. Hauß Sachſen zu/und darnebenſt habe die Stadt ihre ſonderliche Regalia, und ſeye derentwegen eximirt und frey. Erfordia (verba ſunt Sprengeri *in jurisprud. publ. pag. 382.*) metropolis Thuringiæ, quæ inter maximas Germaniæ civitates numeratur, nunquam eo venire potuit, ut inter minimas Imperii civitates poſita fuerit, quamvis anno 1584. documentis ſuam libertatem demonſtrare voluerit, in judicio tamen Camerali hanc ſententiam audiit, quod nunquam libera, ſed ſemper S. Martino Moguntino, Patrono & Archiepiſc. Mogunt. ſuperioritati Territoriali addita fuerit, & quod nunquam civitati licuerit, Duces Saxoniæ pro Dominis protectionis aſſumere. Habent enim in dicta civitate Duces Saxoniæ jus protectionis, & ſalvi conductus, una cum certa protectionis collecta, quam in 800. aureis conſiſtentem, ſingulis annis Erfordenſes exſolvunt, cujus medietas pertinet ad El. domum, altera medietas in duas partes diſpeſcitur, una linea Wimarienſi, altera Altenburgenſi aſſignata. Limnæus defendit cauſam Erfordenſium ex hoc fundamento, quod Archiep. Mogunt. ibi non omnimodam, & territorialem, ſed quandam limitatam juriſdictionem obtinuerit, & quod juramentum à civibus præſtari ſolitum non concernat ſubjectionem, ſed privilegiorum, & jurium Moguntinenſium, quantum in civitate habent, rigidam obſervationem, dann ſie ſchweren/ daß ſie deß Churfürſten Juriſdiction und Gerechtigkeit nicht ſchmälern/ ſondern handhaben wollen; imò quod protectio illa ſupra hominum memoriam anno 1483. fundata à Ducibus Saxoniæ, in quorum territorio dicta civitas ſita eſt, uſurpata ſit. Quod autem cives jurent, hoc exinde profluxiſſe, ajunt, quod muros, Friderici Imper. juſſu à Ludovico, Landgravio Thuringiæ deſtructos, Archiepiſcopus Chriſtianus reparaverit. Moguntinenſium fundamenta ad demonſtrandam juriſdictionem territorialem hæc ſunt: 1. Quod tota ferè quanta patet Thuringia agnito S. Martino Superioritati Moguntinenſi ſubjecta fuerit, & Landgravius Thuringiæ hæc bona feudalia à ſede Moguntina in Thuringia recognoverit, utpote Mittelhauſen 40. manſos à parte Ollendorff usque ad Eckersberg/ Danneberg/ Gotha/ Thungisbruck/ Spangenberg Advocatiam in Schönſtätte/& Advocatiam in Oppechichhauſen/ quæ bona cum Albertus de Düringen Landgr. Thuring. alienare vellet, Archiepiſcopus

Gerardus expreſsè proteſtatus eſt. 2. quod Arnoldus Archiep. Mogunt. civitatem muris cinxerit, anno 1154. quam etiam ſedis Moguntinæ filiam appellavit. 3. Infinitas literas producunt, in quibus Moguntinenſis à civibus ordinarius & hæreditarius Dominus, vulgò Erbherr/ appellatur. 4. Quod Vice-Dominum ibi ſemper habuerit, cui nomine Archiepiſcopi homagium & juramentum præſtiterint. 5. Quod Magiſtratus, in ſcripto quodam ad Miniſtros judicii Moguntini, dato anno 1631. Archiepiſcopum ſuum immediatum ſuperiorem appellaverit. 6. Quod Dn. Anſelmus Caſimirus quendam, nomine Valentinum Ackermann, civem Erfordienſem, propter furtum commiſſum relegaverit, anno 1636. 26. Junii. 7. Quod Gerhardus Archiepiſcop. Erfordienſibus jus monetæ cudendæ pro tribus millibus marcarum argenti, ſub pacto retrovenditionis, cum conſenſu Decani, Cantoris & Cuſtodis, ut & Capituli vendiderit. 8. Quod habeat jurisdictionem fluminum, ut & jus confirmandi Superiores Mechanicos, illorumque collegia, horumque præpoſitos. 9. Quod Gerhardus Archiepiſc. Mogunt. Magiſtratum Erfordenſem conſtituerit, illique formam juramenti præſcripſerit, anno 1238. item, quod Sigfridus III. Archiep. Hermannum de Vippach, Caſtlenſem, in civitatem receperit. 10. Quod vigore compoſitionis inter Wernerum & civitatem, Erfurdienſes citra conſenſum Archiepiſcopi ſtatuta condere nequeant. 11. Quod Gerlacus Erfordienſibus, propter occiſos Judæos, pœnam centum marcarum argenti, quotannis ſolvendam, impoſuerit. 12. Quod Erfordienſes, licet non expreſſis vocabulis Treu & Hold/ tamen ſemper Archiepiſcopo, ut ſuo Domino, als ihrem rechten Herren/ juraverint. vide ſcripta anno 1647. pro & contra emiſſa.

Obſervatio VIII.

Ad Verb. Mulhuſen.

De Mulhuſio.

MUlhuſium quod attinet, benevolum lectorem remitto ad Knipſchildum *de civit. Imper. lib.*3. *cap.*34. *pag.*898. *& ad tom. meum jur. publ. III. lib.*7. *c.*34. *ac tom. IV. in addit. ad d. lib. & cap. p.***263.

§. 15.

Obſervatio

Ad Verb. Archicamerarium.

Elector Brandenburgenſis eſt Imperii Archicamerarius.

MArchio Brandenburgenſis Elector, eſt ſacri Imperii Archicamerarius *hoc* §. *noſtro. & infra cap.*18. *in pr. cap.*27. §.4. *vide tom. I. jur. publ. lib.*3. *c.*11. *num.*1. *& ſeqq. ac notitiam Regni Franciæ lib.*2. *cap.*15. *lit. ff. pag.*752. *& ſeq.* de officio Archicamerarii dicam infra *ad dict. cap.*27. §.4.

Obſerva-

Digitized by Google

§. 16.

Obſervatio

Ad Verb. talem.

1. *Conductus requiri debet tempeſtivè.* 2. *Et exprimi via.*

AGitur hic de conductu ſingulari, non generali, quod clarius patet ex vocabulo *deputati*. Omnia tamen, quæ hîc requiruntur, etiam applicari poſſunt conductui generali, nam ille requiri debet, §.1.2. & quidem tempeſtivè, ut requiſitus tantum habeat temporis, quò commodè neceſſaria ad conductum, & cætera quæ ad civilitatem pertinent, poſſit exhibere : ac ubi diverſæ per territorium alicujus dantur viæ, etiam illa debet exprimi, ut requiſitus ſciat, quò debeat conductores mittere, vel ſeipſum conferre.

1. 2.

§. 17.

Obſervatio I.

Elector, à quibus petere debeat conductum.

COnſtitutio, quæ agit de conductu ſingulari, non tollit eam, quæ lata eſt de conductu generali, ſed in arbitrio Electoris eſt, hoc, vel illo uti. Unde, ſi iter ſuum ita diſponat, ut per territoria aliorum, quorum ſpecialis mentio in antecedentibus §. §. facta non eſt, illi tranſeundum ſit, eos, vi generalis diſpoſitionis, ad conductum præſtandum admonere poteſt, illique obligati erunt, non minus quam expreſsè nominati, conductum præſtare, ad evitandum pœnas, in conſtitutione generali expreſſas. *ſupra*. §.2.

Obſervatio II.

Ad Verb. forſan non expreſſius.

De conductu civitatis Francofurdenſis.

IMperator ipſemet dubitat, an ſingulos conductores enumeraverit, unde nec aliis vitio verti poterit, ſi in hoc Imperatorem ſequantur. Cur conductus civitatis Francofurdenſis, in hoc capite nulla fiat mentio, conjecturâ non aſſequor; certum tamen eſt, illi jus conducendi à certo termino in civitatem, & ex illa ad eundem competere; ut probavi ſupra *ad* §.10. *obſervat.6*. Ex Philemeri Irenici Eliſii Diario Europæo, *pag.*630. conſtat, daß die Franckfurtiſche Gleidts-Compagnien zu Pferd / an den Schlagbaum auff den Quirins-Weg/für Sachſenhauſen/ das Gleidt von den Chur-Maintziſchen Bedienten abgelöſet/und den König in Böhmen in die Stadt begleitet.

§. 18. Obſer-

§. 18.

Obſervatio I.

Ordo rerum in hoc §. non eſt obſervatus.

ORdo rerum in hoc, & ſequenti paragrapho, nec non in antecedentibus, à conditore Bullæ non fuit obſervatus. Primo enim loco agi potuiſſet, de notificatione mortis Imperatoris; deinde, de convocatione ad electionem novi Regis Romanorum; & denique, de præſtatione conductus. Cur verò Carolus IV. ab hoc ordine recedere voluerit, me planè fugit.

Obſervatio II.

Ad verb. Moguntinenſis:

1. *Quando Moguntinus cœperit convocare Electores ad Electionem Regis Romanorum.*
2. *Cauſæ, ob quas electio Caroli IV. à nonnullis improbata.*
3. *Cuſpiniani textus exprimitur.*
4. *Et examinatur.*
5. *Alius Cuſpiniani locus adducitur.*
6. *Et explicatur.*
7. *Arumæi explicatio.*
8. *Textus juris Saxonici ac Speculi Suevici, de convocandis Electoribus ad Electionem Imperatoris.*
9. 10. *Quæ ſit authoritas horum ſpeculorum.*
11. *Quo tempore ſpeculum Saxonicum conſcriptum*
12. *Quo tempore ſpeculum Suevicum.*
13. *An olim convocatio ad eligendum Imperatorem facta ſit a toto Collegio Electorali?*

1. ARchiepiſcopus Moguntinus debet cæteros Electores convocare ad eligendum Regem Romanorum, quod jus illi non primum à Carolo IV. collatum, ſed confirmatum fuit: nam idem ei ab antiquo competiiſſe teſtatur *c.*4. § 2. hujus Bullæ noſtræ. Verùm hinc aſſertioni directò adverſatur traditio Cuſpiniani, qui *in libro de Cæſar. atq. Imper. Roman. c. de vita Caroli IV.*
2. *p. m.*382. enarrans cauſas, ob quas Caroli IV. electio à nonnullis fuerit improbata, tandem addit, præterea improbabant electionem, quod neque in loco debito (hoc eſt Francofurto) electus, nec Aquisgrani, ubi decuit, coronatus fuit, juxta morem & ſtatuta Imperii: nec apertè, ſed laten-
3. ter; nec tempore convenienti, hoc eſt, vacante Imperio, ſed dolosè, & vivente Ludovico: nec debito ſervato proceſſu juris & æquitatis. Quoniam Palatinus Rheni Electores tum habuit convocare, non Moguntinus. Ob id defuncto Ludovico, Comes Palatinus Rheni, Principes ad eligen-
4. dum ex officio ſuo convocat. Duo hîc perpendenda ſunt, unum de ſenſu traditionis Cuſpiniani, alterum de veritate narrationis. Auguſtus Fiſcherus *in diſcurſu hiſtorico-polit. juridic. de elect. Regis & Imper. Roman. concluſ.* 20. *num.*100. & poſt eum Dn. Georg. Theodor. Dieterich *in not. ad A. B. cap.*1. § *præterea pag.*20. locum Cuſpiniani intelligit de alternatione Electorum,

rum, quaſi alternis vicibus convocatio pertinuerit, modo ad hunc, modo ad alium, ex Electoribus, atque tunc, cum Carolus IV. eligeretur, Palatinum Rheni ordo tetigerit. Mihi videtur hanc interpretationem ex verbis Cuſpiniani deduci haud poſſe, ſed tantum illud generaliter, cum Carolus eligebatur, convocationem ad Palatinum pertinuiſſe, quo jure verò pertinuerit, non indicari. Poſitionis hujus debilitatem autem inde petere licet, quod Carolus præſente Palatino Rheni, auream Bullam condiderit & promulgaverit (ut ex ejusdem proœmio conſtat) qui certè nunquam conſenſurus fuiſſet jus ſibi debitum auferri; aut, ſi conſenſum ejus præſupponamus, addi, hanc poteſtatem Moguntino ab antiquo competiiſſe. Nec verò Imperator ipſe hæc verba adjicere potuiſſet, niſi veritate convenirent; nec cæteri Electores, quibus jus Palatini incognitum eſſe haud potuiſſet, illa fuiſſent admiſſuri, tanquam veritati contraria. Nihil ergò ſupereſt, quam ut Carolinæ diſpoſitioni majorem attribuamus fidem, quam Cuſpiniano.
Cui prætereà etiam in illo fidem denegare conveniens eſt, dum *in vita Ruperti Imper. pag.* 391. *& ſeqq.* ſcribit, Rupertum Palatinum ex officio ſuo Imperii Principes ad publica convocat comitia: nondum enim aurea Bulla Caroli firmata erat, qua hodiè Electores in convocandis Principibus utuntur, qua Moguntinus, defuncto Cæſare, pro novo ſubſtituendo, Imperii Proceres acceiſit; Agit hoc in loco de depoſitione Wenceslai, & Electione 6.
Friderici Ducis Brunſvicenſis, quæ facta Francofurti, anno 1400. quo tempore jam ante annos 44. (nempè anno 1356.) conſenſu Electorum & Statuum approbata, & promulgata fuerat aurea Carol. IV. Bulla. Quid verò approbare, & promulgare, aliud eſt quam firmare? Si Palatinus tunc Electores convocavit, illud aut contra legem Carolinam fecit, aut certa ex cauſa, quæ legi non adverſatur. Fortaſſis hæc convocatio à Palatino, tanquam judice Imperatoris *A. B. cap.* 5. §. *ult.* primariò ad deponendum ab Imperio Wenceslaum facta dici poterit, & ne obſtare videatur. *dict.* §. qui locum judicii exprimit, notandum eſt, Wenceslaum ad Curiam evocatum, ſed illum noluiſſe ibi comparere, ut ex ſententia depoſitionis notum eſt.
Arumæus *diſc.* 1. *ad. A. B. theſ.* 23. *pag.* 53. de eodem negotio diſputans, ait: 7.
cum, depoſito Wenceslao, Electores Fridericum Ducem Brunſvicenſem, natum è Magno juniore, & Catharina, filia Woldemari, Marchionis Brandenburgenſis, poſtremi ex ſtirpe Aſcania, Imperatorem deſignaſſent, Moguntini inſidiis ad Friſlariam interfectus fuit; quod atrox & parricidiale ſcelus (quo parœmia, Moguntia ab antiquo nequam, confirmata fuit. Carion *Chron. p.* 823.) cum Principes Imperii indigniſſimè ferrent, & Moguntinum meritò deteſtarentur, Rupertus Palatinus, ne Imperium capite orbatum pejora perferre cogeretur, Principes Electores convocavit, non quia Aurea Bulla nondum recepta fuerat, ſed quod Moguntinus propter atroci-

tatem ſceleris, quo ſe inquinaverat, Electorum congreſſibus arceretur. Nolo operosè hanc opinionem examinare, ſaltem monebo, non ſequi, Moguntinus arcebatur à congreſſu Electorum, ergò jus convocandi Electores
8. pertinebat ad Palatinum Rheni. Dantur nonnulli qui ex textu deß Sächſiſchen Landrechts. *cap.*27. §.3. Palatino & Moguntino conjunctim competiiſſe convocandi jus ad eligendum Imperatorem, tradant, Verba dicti textus hæc referunt; So ſollen Sie ein Geſpräch gebieten zu Franckfurt/ das ſol gebieten der Biſchoff zu Maintz bey dem Bann / und der Pfaltzgraf beym Rhein ſol es gebieten bey der Acht. Quæ eadem verba etiam leguntur, in dem Schwaben-Spiegel. *lib.*1. *cap.*29. §. 3. apud Goldaſtum in den Reichs-Sa-
9. tzungen. *pag.*38. Quantum autem his libris fidei attribui debeat, docet Conringius *de origine juris Germanici. cap.*30. dum *pag.*135. monet, in ſpeculo juris Saxonici multas ineptas ſententias, tum primum natas, pro antiquis legibus in Codice illo obtrudi, ſaltem ſi attendere velimus ad ea, quæ de re-
10. publica diſſeruntur: *& postea*; neque verò hic Codex auctoritate *publica* promulgatus eſt. & *pag.*137. ne ſequentibus quidem temporibus ulla Cæſarum auctoritate disertè hic Codex confirmatus. De ſpeculo Suevico (*pag.*139.) ſimiliter certò aſſerere non licet, quo authore aut quando cœperit &c. Sunt itaque hæc privatorum hominum teſtimonia, quæ lege publica, qualis eſt Aurea Bulla, falſitatis convincuntur; aut ſi admitti debent,
11. fidem aureæ Bullæ non imminuunt. Etenim, quantum conjecturis aſſequi poſſumus, ſpeculum Saxonicum conſcriptum fuit poſt annum 1200. Conring. *d. cap.*30. *pag.*132. quod ſi itaque tunc fortaſſis Moguntino & Palatino conjunctim competiiſſet jus convocandi Electores ad eligendum Regem Romanorum, uſu tamen poſtea aliud potuit introduci, & rectè à Carolo in Bulla ſua dici, hanc convocandi poteſtatem Moguntinum ab antiquo habuiſſe. Antiquum enim etiam id tempus dici meretur, quod numerum habet 30. 40 aut 100 annorum. Cravetta *de antiquit. tempor.* §.1. *num.*4.
12. Speculum Suevicum affirmandum pene exiſtimat idem Conring. *dict. cap. pag.*139. ſeculo demum 14. elaboratum eſſe; namque *lib.* 1. *cap.*348. ita ſcribit: Wir leſen auch / daß Innocentius der Pabſt entſatzt Keyſer Otten von dem Römiſchen Reich / durch ander ſein Unrecht. (& ut textus habet apud Goldaſtum in Reichs-Satzungen *pag.*103. diß thun die Päbſte mit recht.) Narrantur itaque Ottonis IV. & Innocentii III. res, ut vetuſtæ & non niſi lectione acceptæ. Friderici II. mentio fit Epilogo libri ſecundi: uſus decreti & decretalium in foro, *lib.*1. *cap.*5. De Papæ tamen in Cæſarem auctoritate paſſim ita loquitur, ut mos non tulit Ludovico Bavaro, imperante: itaque fortè paulò ante illius tempora codex hic confectus eſt. *Et paulò poſt*, videtur autem omninò imitatus ſpeculum Saxonicum, ne quidem dubitans integra capitula ad verbum inde deſcribere. His præſuppoſitis, dici poteſt, fortaſ-

fortaſſis etiam in hoc convocationis negotio, quod tempore editi ſpeculi Saxonici uſitatum, ignorantia uſus recentioris, à Concinnatore ſpeculi Suevici repetitum; aut ſi annorum numero, qui antiquitatem denotat, aliud introductum, Caroli authoritas & teſtimonium in ſalvo erit. Reſtat de- 13.
nique opinio alia, quam ex Marquardo Frehero, *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 2.* deducunt, Fiſcherus, ac Dietrich/ ſupra allegatis locis; hanc convocationem olim ad totum Collegium Electorum pertinuiſſe: Illam ſi admittimus, referri certè debet ad antiquiſſima tempora, quo ſenſu Carolinæ diſpoſitioni, quæ de antiquo tempore loquitur, fruſtrà opponitur.

Obſervatio III.

Ad verb. qui fuerit pro tempore.

1. *Bullæ imperfectio.*
2. *De poteſtate Capituli, ſede vacante.*
3. *Fiſcherus plagiarius.*
4. 5. *An capitulum Moguntinum ſede vacante habeat poteſtatem convocandi Electores, ad eligendum Regem Romanorum?*
6. *Quid, hoc caſu eveniente, obſervari poſſit?*

OCcaſione à verbis, qui fuerit pro tempore, deſumpta, proponitur quæſtio, quid dicendum ſit, ſi tunc ſedes Moguntina vacet, ac in demortui locum, vel ejus qui reſignavit Epiſcopatum, aut ab eo depoſitus, nondum alius electus fuerit, an tunc illa Electorum convocatio pertineat ad Capitulum, an ad alium ex Electoribus, & ad quem ex illorum numero. De 1.
hoc caſu nihil expreſsè in aurea Bulla conſtitutum, & ſic etiam in hoc ejus imperfectio cernitur: unde ergò deciſio petenda? an ex jure communi? an ex uſu: an verò ab Electorum arbitrio? Jus commune hîc erit jus Canonicum, quod de poteſtate Capituli, ſede vacante, varia diſponit, quæ videri 2.
poſſunt apud Arumæum *diſcurſu 1. ad A. B. theſ. 24.* & Viſcherum *d. diſcurſu de elect. Reg. Rom. membr. 1. theſ. 8. pag. 33.* (qui, non laudato authore, pleraque ex Arumæo deſcripſit, atque pro more, in eo diſcurſu ſæpius obſer- 3.
vato, alienis pennis ſe ornare non erubuit) Sinoldum *part. 1. Colleg. de ſtatu rei Romanæ diſput. 10. theſ. 9. lit. d.* Rumelinum *diſſert. 2 ad A. B. theſi. 12.* lectorem tamen dubium conſtituunt, quò inclinare debeat. Unde Viſcherus *dict. loc.* poſt argumenta, pro & contra expoſita, tandem concludit: habes hîc lector rationes pro utraque, nos electionem permittimus, & noſtram in ipſo diſputationis actu aperiemus. Porrò, ex uſu deciſio peti poſſet, (ad exemplum Caroli *in d. cap. 4. A. B. §. 2.*) ſi caſus talis ſæpius contigiſſet, at 4.
ſæpiùs contigiſſe à nemine, quod ego norim, obſervatum hactenùs fuit. Electorum ergò arbitrio meritò relinqitur, de re in aurea Bulla omiſſa ſtatuere, tanquam ad collegium ſuum unicè pertinente. Perſuaſum autem 5.
omninò mihi habeo, Electores hoc caſu Capitulo Moguntino poteſtatem convocandi ad Electionem Regis Romanorum haud conceſſuros; quomodo

Digitized by Google

do verò, ut intra terminum in A. B. expreſſum electio perficiatur, uti velint,
6. meum non eſt divinando aſſequi. Deprehendo tamen varios dari. Conſtat primò ex ipſa Aurea Bulla, *hoc cap.* 1. §. 19. non facta convocatione, ex negligentia Moguntini, nihilominùs Electores motu proprio intra terminum legalem Francofurdi debere convenire, & eligere Regem Romanorum: Quod hîc in caſu negligentiæ obtinet, cur ad caſum non exiſtentiæ Moguntini extendi haud debeat, nulla mihi videtur obſtare ratio. Poterunt, ſi placeat Electoribus, Trevirenſi, qui ordine Moguntinum ſequitur & Colonienſi præfertur *A. B. d. cap.* 4. §. 3 partes convocandi, ac in Senatu ea peragendi, quæ Moguntino, ſi adeſſet, incumberent, committi. Poterunt, ſi voluerint, convocationem Vicario, vel Vicariis Imperii, concedere, quorum curæ commiſſum in aliis ad interim providere Imperio. *cap.* 5. §. 1. & 2. Quò verò Collegium Electorale citiùs integrum reddatur, Capitulum Moguntinum novi capitis electionem promovere debebit, & ut hoc agat, ab Electoribus admoneri poterit, ad imitationem ejus exempli, quod conſignavit Noppius *lib.* 1. *Chron. Aquisgranenſis cap.* 12. *pag.* 65. ubi refert, Ferdinandum I. Imperat. audita morte Electoris Colonienſis, electionem Regis Romanorum prorogaſſe, und ſey dem hohen Thumb-Stifft zu Cölln/ durch eine anſehenliche Bottſchafft/ als Graf Georgen von Helffenſtein/ alsbald zu entbotten/ und anbefohlen worden/ innerhalb 14. Tagen einen neuen Ertz-Biſchoff zu erwehlen.

Obſervatio IV.

Quid dicendum, ſi Moguntinus nondum ſit à Papa confirmatus & inſulatus?

QUid dicendum, ſi Moguntinus quidem electus ſit, ac ita ſedes non vacet, nondum tamen à Pontifice ſit confirmatus, conſecratus, vel inſulatus? Non poterit quidem ea peragere, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ſed proinde non impeditur ea tractare, quæ illi competunt, ut Principi Imperii & Electori; de quo egit Buxtorff. *in diſſert. ad A. B. theſ.* 18. *lit. b.* & ego *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 40.

Obſervatio V.

1. *Quid ſi Moguntinus nondum ab Imperatore inveſtitus?*
2. 3. 4. 5. *Diverſa de hac quæſtione opiniones.*

1. QUid ſi Moguntinus quidem à Capitulo electus, nondum verò ab Imperatore de principatu ſeculari inveſtitus ſit? etiam eo caſu illi jura Electoralia competere, Buxtorffius *ad A. B. concluſ.* 18. aſſerit; ubi generaliter de omnibus Eccleſiaſticis Electoribus ita reſpondit. Cui opinioni favent,
2. quoniam electio tantum tribuit electo, quantum ſucceſſio ſucceſſori. Quia capitula-

Digitized by Google

Capitulares ſunt deß Stiffts Erbherren; ergò in electum Epiſcopatum transferre poſſunt transferenda. *l. 21. C. mandati.* Mindan. *de proceſſ. lib. 1. cap. 19. num. 14.* & ita, aliquando ſervatum in Electore Colonienſi. Ab hac opinione recedens Sinoldus *part. 1. de Re Romana diſput. 2. theſ. 11. lit. c. pag. 63.* Contrariam, quod ſcilicet Electus, niſi ſit inveſtitus, vel de eo indultum habeat, neque admittendus, neque vocandus ſit, propterea pro probabiliori habet, quia hic Elector conſideretur ut Princeps, Princeps autem fiat per inveſtituram *c. quis dicatur Dux Marchio 2. Feud.* deinde quia in A. B. jubeantur jurare per fidem, quam Imperio debent, & qua adſtricti ſunt: Ergò, ut ſeſe jam ante obſtrinxerint, neceſſe eſſe. Et *d. part. 1. diſp. 7. theſ. 7. lit. g. h. i. pag. 366. ac ſeqq.* Idem thema prolixius tractans, deciſionem magis dubiam reddit, quam promovet, adeò ut lectori nullo modo ſatisfaciat; tandem *pag. 369.* poſt enumerata obſtacula, opinioni ſuæ contraria, concludens, hi nodi ſatis quidem intricati, non tamen Gordii inexplicabiles, aut nos à noſtra mente avellere ſatis validi ſunt, quemadmodum demonſtrare poſſemus; niſi ea ſpecie eſſent, ut ſileri mallent, quam paucis expediri: Commodius itaque ad diſcurſum ipſum provocamus, ubi eorum conciliationem, DEO annuente tentabimus. Hæc Sinoldus; quid mihi videatur de hac quæſtione, annotavi *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 7. num. 12. & ſeqq.*

(Margin: 3. 4. 5.)

Obſervatio VI.

1. *Electores omnes à Moguntino convocandi.*
2. *Exceptio hujus Regulæ.*

Ad verb. ſingulis.

Singuli Electores, nullo excepto, & ſic omnes, à Moguntino vocari debent ad electionem Imperatoris. 1. Hæc eſt regula generalis, quæ tamen admittit exceptionem, quando Electorum aliquis propter delictum ab officio ſuſpenſus eſt; 2. qui caſus contigit tempore, quo Ferdinandus III. electus fuit in Regem Romanorum, ad quem actum Trevirenſis non fuit citatus, nec comparere potuit, ab Imperatore, in cuſtodia detentus; quo de videri debet. §. 50. Capitulationis Ferdinandi III. & quæ ad ejusdem verba, auß erheblichen gewiſſen Urſachen/ annotavi *pag. 745.* Quibus nunc addo relationem, & judicium Pauli Piaſeccii, Epiſcopi Præmiſlienſis, *in Chron. geſtorum in Europa ſingularium. pag. 489.* Muſſitabant (ait Ille) plerique, acquerebantur taciti, quod præter morem antiquum, non in pleno Electorum numero, juxta præſcriptum Bullæ aureæ, imò quaſi ſtudioſè excluſo, ac ſub cuſtodiis retento, priusque damnato, quam judicato Electore Trevirenſi, eligeretur Rex Romanorum; apparebantque exempla vetera, in quibus, præſertim Regis Romanorum (in Imperatoris electione ſufficit, quod major pars Electorum conſentiat) ſpreto quod unus aliquis Elector abfuiſſet, ſeu diſſenſiſſet, electio facta irrita habebatur; præſertim Conradi tertii inaugura-

tio, anno Chriſti 1139. Confluentiæ, inconſultis omnibus Principibus celebrata, & propterea impugnata; Et Philippi Suevi, qui Electus Rex Romanorum à ſuis fautoribus abſentibus, & contemptis aliis electorale jus habentibus, abdicatus fuit ea dignitate Anno Chriſti 1198. ab Innocentio III. Papa Romano. Tum & Maximiliani I. ad cujus electionem A. C. 1486. inſtitutam, cum Uladislaus Rex Bohemiæ non fuiſſet vocatus, eam tamdiu oppugnavit, donec placatus, cautione Comitiorum A. C. 1489. Francofurti celebratorum, eam ratam habuit: ac etiam Ferdinandi I. Regis Romanorum A. C. 1531. Coloniæ renuntiati, abſente Johanne Friderico Electore Saxoniæ, qui eum ob hanc cauſam diutius pro Rege Romanorum agnoſcere noluit, donec A. C. 1544. in Comitiis Spiræ allectus ſpe ſucceſſionis in Ducatu Clivenſi, ſibi tunc à Carolo V. Imper. ſtabilitæ, illam renunciationem Regis Romanorum confirmarat. Hocque, præcavendo à principio Comitiorum, voluerat Imperator, ut Elector ille Trevirenſis judicaretur & exauthoraretur, quo alius ipſi interim ſufficeretur, *adeſſeque* poſſet electioni Regis Romanorum in eisdem comitiis. Verum Electores tam difficilem cenſoriam poteſtatem aſſumere recuſabant; præſertim contra Electorem Eccleſiaſticum, cujus perſonam primum apud ſummum Pontificem Romanorum accuſari, ejusque mandato capi, judicarique decuiſſet. Nec ſatis juſta ipſius abdicationis Electoratu cauſa eſſe videbatur ea, quod Hiſpanis non eſſet ſtrictius colligatus, vel quod in illa perturbatione totius Germaniæ, ſub adventu Regis Sueci, in præſidio ſuorum locorum potius Gallos habebat, à quibus defendi poterat, quam Hiſpanos, qui alia quoque loca, præſertim Moguntiam ſervare non potuerunt, imò ei periculum acceſſiverunt. Dubium erat, cui magis fidendum eſſet in rationibus Imperii, Gallisne, qui ejus libertatem in priſtinum ſtatum reſtitui vellent, an talibus, qui illud in hæreditariam ſucceſſionem mancipare contendunt? Atque ita omiſſa tam perplexa, ambiguaque disquiſitione, quantumvis abſente illo Electore libuit electionem Regis Romanorum celebraſſe, medio menſe Decembre, in qua ritu conſueto renuntiatus Rex Romanorum Ferdinandus III. filius Imperatoris Ferdinandi II. inſignia, & coronam Imperii vigeſima prima Decembris accepit, ſacra tantæ inaugurationis operante Archiepiſcopo Moguntino. Hæc ille Polonus, in familiam Auſtriacam rigidus cenſor.

Obſervatio VII.

1. *An electio, non convocatis omnibus, ſit valida?*
2. *An Moguntino, non convocanti omnes, ſit dictata pœna.*

1\. AN Electio, quæ non convocatis omnibus Electoribus peracta valida ſit?
2\. ac an Moguntinus ob culpam omiſſionis pœnam aliquam incurrat, expendi

Digitized by Google

pendi in *annotam. ad dict. capitul. Ferdin. III. artic.50. ad verba* der güldenen Bull. *pag.746. & ſeqq.*

Obſervatio VIII.

Ad Verb. per ſuos Nuncios.

1. 2. 3. *Quomodo convocari debeant Electores?*

ELector Moguntinus electionem ſingulis Coelectoribus ſuis notificare 1.
debet, literis, per Nuncium, hoc eſt, legatum, vel mandatarium (*vide ſupra obſerv.8. ad §.1. hujus capitis*) illis inſinuandis. Literæ illæ debent 2.
dari ad ſingulos, non ad univerſos, nempè peculiares eſſe debent, (*vide infra cap.18.*) non generales. Præterea debent eſſe patentes, non clauſæ 3.
hic & §.19.

Obſervatio IX.

Ad Verb. Eccleſiaſticis.

An Eccleſiaſtici nondum inſulati, nec ab Imperatore inveſtiti, vocandi ad electionem?

ELectores Eccleſiaſtici debent ad electionem Imperatoris vocari, licet nondum ſint à Pontifice inſulati, vel confirmati, nec ab Imperatore inveſtiti; *vide ſupra obſervat.5. ad hunc §. & tom.I. jur. publ. lib.3. cap.3. num.40. & ſeqq.*

Obſervatio X.

1. *An capitulum, ſede vacante, ad electionem vocandum?*
2. *Affirmativa.*
3. *Negativa.*
4. *Capitulum ſede vacante vocatur ad Comitia Imperii.*
5. *Authoris opinio.*

ELectores Eccleſiaſtici, qui tunc temporis exiſtunt, debent vocari; at ſi 1.
aliqua ſedes vacat, vocandum ne tunc erit Capitulum? Hic caſus in A.B. non deciditur, unde diverſas admittit opiniones. Pro Capitulo militat, 2.
quod illud ſede vacante idem poſſit quod Epiſcopus, eundemque repræſentet. *c. un. de major. & obed. in 6. c. cum omnes. extr. de conſt. fac. c.1. & 2. extra. ne ſede vacante.* Gail. 1. *obſerv.30. num.10. & 11.* quodque ad Comitia Imperii vocetur, ac ibidem habeat ſeſſionem & votum. Bertram *de Comit. theſ.37.* ego *tom.III. jur. publ. lib.9. cap.1. num.50.* itaque multo magis videatur vocari debere ad Comitia Electoralia. Contra Capitulum concludit Sinold. 3.
d. theſ. 11. lit. a. allegans. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. in præfat. num.71.* Heig. *quæſt.4.* Stephan. *de juriſd. lib.2. part.1. cap.5. num.58.* additque rationem, cum electio Archiepiſcopis, non tanquam Epiſcopis, ſed ut Imperii Principibus competat, *arg. A.B. cap. 1. 2. 3. & 4.* Verum hæc ratio mihi videtur 4.
inſufficiens, & ad litem componendam invalida. Capitulum enim etiam

ad

ad Comitia vocatur, non ut Epiſcopum repræſentans, ſed ut Principem Imperii. Hinc in receſſibus, Epiſcopi referuntur ſub titulo, geiſtlicher Fürſten/ non ut Epiſcopi, ſed ut Principes, eorumque legati, ſub titulo geiſtlicher Fürſten Bottſchafften; ac inter hos ſede vacante, Dechant ut Capitels Bottſchafften. Ita legimus in ſubſcriptione, R. A. zu Augſpurg. *anno* 1555. *pag.* 417. Dechant und Capitel zu Minden/ R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1559. *pag.* 530. Dechant und Capitel deß Thumb-Stiffts zu Freyſingen/ vacante ſede &c. deß Stiffts Halberſtatt/ ſede vacante R. A. zu Regenſpurg/ *de anno* 1576. *pag.* 672. Quicquid ſit, in id tamen propendeo, Capitulum quidem ad Comitia vocari, non autem ad Electorale Collegium, ac in illis negotiis, quæ ad Electores, ut tales, ſpectant, nullas obtinere partes. Exempli loco nobis ſerviat die Churfürſtliche Vereinigung / (quam exhibui *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *cap.* 2. *poſt. num.* 72. *pag.* 314. *& ſeqq.*) §. 15. ubi, quod Moguntino incumbit, ſi ille moriatur, & ſedes vacua ſit, non Capitulo, ſed Trevirenſi expediendum datur. Fruſtra itaque hîc ad jus Canonicum provocatur, quod uſu & praxi, hoc noſtro in caſu, excluditur; & ſecundum Doctores limitationem admittit, in illis, quæ Epiſcopo competunt, ut Epiſcopo, non quæ illi aliunde, & ob alium reſpectum obveniunt. *arg. cap.* 2. *extra ne ſede vacante &c.* Innocent. *in c. cum in cunctis. num.* 7. *extra de elect. & electi. pot.* Romanus *conſil.* 506. *num.* 14.

Obſervatio XI.

Ad verb. ſecularibus.

Quod ſi Elector ſecularis nondum ſit ab Imperatore inveſtitus?

ELector ſecularis convocari debet ad actum electionis perficiendum, etiamſi nondum ab Imperatore de Electoratu inveſtitus ſit: habet enim jus & vocem eligendi virtute Principatus Electoralis. *A. B. cap.* 7. §. 2. *cap.* 20. *in pr.* qui in eum devolvitur, morte anteceſſoris ſui. *d. cap.* 7. §. 2 Sola ergò poſſeſſio hîc conſideranda venit. *d. cap.* 20. quam cum omnibus Privilegiis, literis, juribus, libertatibus, conceſſionibus, antiquis conſuetudinibus, dignitatibus, & quicquid Elector ille ab Imperio ad diem electionis usque obtinuit, & poſſedit, Imperator ſtatim electione peracta, antequam alia negotia virtute ſacri Imperii ſuſcipiat, confirmare, ac approbare debet. *A. B. cap.* 2. §. 5. unde dicendum videtur, ſi ex intervallo poſtea inveſtitura accedat, non illâ Electoratum conferri, ſed anteà collatum confirmari, vel renovari.

Obſervatio XII.

Tutor Electoris minorennis vocandus ad electionem.

SI ſucceſſor in Electoratu, tempore quo electio Imperatoris fieri debet, legitimam ætatem, quæ eſt annorum octodecim, nondum attigerit, ejus

tutor,

tutor, vel adminiſtrator ad electionem vocandus eſt, *d. cap.7.§.2. inf.* quis vero tutor, vel adminiſtrator Electoris minorennis eſſe, & an Regnum Bohemiæ alio jure, quam cæteri Electoratus, hoc in caſu cenſeri debeat, infra expendendum veniet.

Obſervatio XIII.

Ad verb. infra quē.

1 2. *De ſenſu, & mente hujus §.*

OBſcura aliquantulum ſunt verba §. noſtri, *in quibus literis talis dies, & terminus exprimatur, infra quem eædem literæ ad ſingulos eosdem Principes veriſimiliter poſſint pervenire*; An pro *pervenire* legendum ſit, *convenire*, ut habet codex Palatinus, expedivi *in annot. ad Capitulationis Ferdinandi I. proœmium. verſ.* mit folgender Genehmhaltung und *ratification. num.53. pag.437.* Hic de ſenſu diſpiciendum. Puto autem illum eſſe, ut in literis exprimatur *dies*, à quo debeat incipere curſus termini trium menſium; illamque diem, ita conſtitui debere, ut antequam veniat, literæ convocatoriæ ad ſingulos, ſive Moguntino vicinos, ſive longiùs ab ipſo diſſitos, poſſint pervenire, ut quilibet Electorum tres integros menſes habeat, quibus neceſſaria, vel utilia ad actum comparare, & Francofurdi comparere poſſit. Dies ergò ille *non eſt*, quem datum literarum exprimit, ſed alius, & ille, quem modo nominavi. Atque ex his corrigo, quæ ſcripſi *ad d. Capit. Ferd. I. pag.437. num.53.*

Obſervatio XIV.

Ad verb. tres menſes.

Error Gramondi.

GRamondus, *hiſtor. Galliæ ab exceſſu Henrici IV. lib.1. pag.31.* ſcribit; Ereptus Imperio occidentis Rudolphus II. Imperator (anno 1612.) cui ſubſtitutus Matthias è gente Auſtriaca, Hungariæ, Bohemiæque Rex, Archidux Auſtriæ. Hæſit ambigua diu electio, & quamquam Imperiali lege, poſt menſem à funere legendus ſucceſſor, ſemeſtre interregnum fuit. Confundit vir egregius, & patriæ ſuæ nobile ſidus, legum autem noſtrarum non ſatis peritus, terminum intimationis obitus, cum termino electionis. Moguntinus infra menſem unum, à die quo certior factus eſt de obitu Imperatoris, caſum mortis Electoribus ſignificare debet, illosque ſimul ad novi Regis electionem convocare intra tres menſes, Francofurdi ſuſcipiendam *hoc §. noſtro & §.19.* Non ergò poſt menſem à funere, ſed poſt quatuor menſes à die notitiæ funeris, hoc eſt, mortis legundus eſt novus Imperator.

Obſervatio XV.

Ad Verb. continuos.

1. *Tempus continuum.*
2. *Tempus utile.*
3. *Menſis quot conſtet diebus.*

EX jure civili notum eſt, tempora, id eſt dies, menſes, & annos, ita di-
1. vidi ut alia ſint continua, alia utilia. Dies continui ſunt, qui ſe ordine naturali invicem ſequuntur, quales 365. habet annus ordinarius, aut 366.
2. qui dicitur biſextilis. Dies utiles ſunt, qui dicebantur olim faſti, quibus eſt poteſtas experiundi juris ſui, vel agendi. Unde patet, menſem continuum dici, reſpectu dierum, menſis, ut omnes, nulla excepta, numerari
3. debeant. Menſis autem varius eſt, ſed hìc accipitur non pro ſolari aut lunari, ſed de Juliano, nempè eo quem Julius Cæſar inſtituit, qui inæqualiter in dies diſtributus eſt, (nec proprium habet, ut ſub ejus principium ſol intret novum ſignum Zodiaci) ac interdum habet dies 30. interdum 31. & ſemel 28. De menſibus videri poſſunt Keckermann. *Syſtemat. Aſtronomic. lib. 2. cap. 5. pag. 385. & ſeq.* & Tob. Wagner. *inſtitut. hiſtoricar. lib. 1. cap. 7. pag. 57.*

Obſervatio XVI.

Ad Verb. ſupra Moganum.

1. *Diſſonantia verbalis inter Codicem Bullæ Palatinum, & editionem Moguntinam.*
2. *Francofurdia ad Moganum.*
3. *Vel ſupra Moganum.*

1. EST inter Palatinum Codicem, & Moguntinam editionem diſſonantia. Palatinus habet, infra tres menſes continuos, omnes, & ſinguli Principes Electores Francoford. ſuper Moganum eſſe debeant conſtituti &c. In editione Moguntinâ autem ita legitur; inter tres menſes continuos, omnes & ſinguli Principes Electores Francofurtum ad Mœnum ſe conferant &c.
2. Re conveniunt, verbis differunt. Notandum tamen venit, Francofurtum ad Moganum, vel Mœnum, dici ad differentiam Francofurti ad Oderam; & aptius, me judice, ad Moganum, quam ſupra Moganum, quoniam non
3. ſupra fluvium, ſed ad Fluvium ædificatum eſt. Utrumque tamen, nempè Franckfurt auff dem Mayn/ & Franckfurt am Mayn/ reperitur in privilegiis huic civitati ab Imperatoribus conceſſis, nec non in Receſſibus Imperii. Aliquando verò utrumque omittitur, quod etiam factum in Bulla noſtra *hoc cap. 1. §. 20. cap. 2. §. 1 & 3. cap. 28. §. 5.*

Obſervatio XVII.

1. *Sigilla non ſunt uniusmodi.*
2. *Sigilli majoris uſus.*
3. *De Sigillis Regis Hiſpaniæ.*
4. *Quo ſigillo utatur Moguntinus in literis convocatoriis.*

Literæ,

LIteræ, cum quibus Nuncii vel mandatarii mitti debent ad electionem Regis Romanorum, debent eſſe patentes, & majori ſigillo Electoris mittentis ſignatæ *hic*, & § 21. Apud Magnates uſu receptum eſt, habere ſigillum majus, & minus; illo ſignantur literæ, quæ continent res majoris momenti, ad cæteras adhibetur minus. Unde, cum inſtrumentum, quo induciæ inter Regem Hiſpaniæ & Ordines confœderatos Belgii confirmabantur, minuſculo ſigillo Regis obſignatum deprehenderetur, id per faſtum, & contemptum factum fuiſſe creditum fuit. Baudius *de induc. Belli Belgici lib.1. p 26.* Cæterum cur Carolus IV. hîc ſigilli curam habuerit, in antecedentibus verò, ubi de literis convocatoriis Moguntini egit, quæ itidem majori ejuſdem ſigillo ſignatæ eſſe debent, (vide Goldaſt. *part.1.* der Reichs-Saꝛungen/ *p.230.*) illius nullam fecerit mentionem, aliorum conjecturis relinquo. 1. 2. 3. 4.

Obſervatio XVIII.

1. *An terminus trium menſium, electioni præſtitutus, præciſè obſervandus?*
2. *Electoris Saxoniæ judicium de hac quæſtione.*
3. *De electione Ferdinandi, vivo Carolo V.*
4. *De electione Maximiliani I.*
5. *De electione Ferdinandi IV.*

REgula eſt, terminum trium menſium obſervandum eſſe, tanquam à lege conſtitutum. *l.8. §.17. ff. de tranſact.* pro forma, qua non ſervata actus nullus cenſeri poſſit. *l.5. C. de legib.* Exceptio eſt, niſi ſalus Imperii breviorem requirat terminum: Salus enim Imperii ſuprema lex eſt in omnibus. Cum anno 1530. Elector Saxoniæ ab Electore Moguntino per literas, & Nuncium, Novembris die 28 intellexiſſet, ſe vocari ad electionem Regis Romanorum terminumque eſſe expreſſum diem 29. Decembr. multa futuræ electioni oppoſuit, ac inter alia quoque citationem Moguntini non eſſe rectè nec ordine factam. Sleidan. *lib.7. hiſtor. p. m* 118. *b.* idem etiam à confœderatis Principibus ad Cæſarem perſcriptum, à Moguntino evocatos eſſe Principes Electores ad exitum illius menſis, omninò contrà præſcriptum legis, contraque morem Imperii. Sleidan. *d. l. pag.*119. Cogor fateri hunc caſum ex lege Carolina decidi non potuiſſe, quantum quæſtionem attinet, an vivo Imperatore Rex Romanorum eligendus: de termino tamen conveniendi, utpote de quo in Bulla Carolina ſtatutum, ac caſu electionis Romanorum Regis poſt mortem Imperatoris, ad caſum illum, de quo tunc diſceptatio erat, inferri potuit. Verùm utilitas Imperii, quam Carolus V. electione fratris ſui Ferdinandi in Regem Romanorum, ob cauſas à Sleidano *d. lib.7. pag.*120. expoſitas, præ ſe ferebat, pervicit, ut quæ electioni objiciebantur, inſuper haberentur, quintâque Januarii die, anni 1531. Ferdinan- 1. 2. 3.

Digitized by Google

4. dinandus renunciaretur Rex Romanorum. In electione Maximiliani I. ſimiliter trimeſtre non fuit obſervatum; ſed cum Electores Comitiis Francofurdi adeſſent, excepto Bohemo, qui intereſſe haud ſolet, Moguntinus literis de dato 13. Febr. anni 1486 Coelectores ſuos compellavit, ut ſequenti die Jovis, (erat 16. dies ejuſdem menſis) ad actum electionis comparerent: de quo legi poteſt protocollum electionis apud Goldaſt. in Politiſchen
5. Reichs-Händeln *part.1. num.4. pag.3. & ſeqq.* Quid in electione Ferdinandi IV. obſervatum fuerit, adhuc eſt in recenti memoria.

Obſervatio XIX.

1. & 2. An ſolus Moguntinus terminum trium menſium poſſit abbreviare?

CUm dictum à nobis fuerit, terminum trium menſium ob ſalutem Imperii abbreviari poſſe, videndum eſt, an hoc ſolius Moguntini autho-
1. ritate fieri poſſit? Ego conſenſum omnium Electorum ad hanc abbreviationem requiſivi, *in d. annotam. ad proœm. Capit. Ferdin. I. verb.* mit folgender Genehmhaltung und *ratification. num.54. pag.*438. & contra Arumæum *num.* 55. diſputavi, qui Moguntinum, cum Palatino, & Saxone, Vicariis Imperii
2. hoc agere debere, arbitratus eſt. Licet verò adhuc in ea opinione perſiſtam, quæ etiam unioni Electorum (*quam exhibui tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.3. cap.2. p.315.*) contraria non eſt, præſertim § 8. attamen ſi ſalus Imperii omninò celeritatem exquirat, poterit Moguntinus Coelectores ſuos brevi conſtituto termino ad conſilium vocare, ac tunc in eodem illis exponere electionem maturari debere, nec terminum trium menſium expectari poſſe; Cui certè nemo Electorum, quorum curæ in ejuſmodi collegiali conventu ſalus Imperii commendata eſt, *A.B. cap.12. §.1. Capitul. Caroli V. artic.5. & ſequentium Imper.* refragabitur.

Obſervatio XX.

De prolongatione termini.

QUod de abbreviatione termini trium menſium diximus, idem etiam repetimus de prolongatione, ſi ſalus Imperii illam requirat, & Electores, vel maxima illorum pars eam approbet. Exempli loco nobis eſſe poteſt, quod ante paucos annos vidimus; Ferdinand. III. Imper. moritur. 1657. 23. Martii. Electores vocantur ad novam electionem, cui præfigitur terminus $\frac{4}{14}$. Auguſti, ſed demum conveniunt Francofurdi, anno 1658. ibique eligunt Leopoldum, modernum Imper. 8. Julii.

Obſervatio XXI.

Ad verb. Conſtituti

1. Elector poteſt mittere nuncios ad electionem perficiendam.
2. Vel votum ſuum committere alicui Electori præſenti.

Elector

Digitized by Google

ELector vocatur ad electionem Regis Romanorum, ad quam ſi venire 1.
impediatur, juſtas ob cauſas, vel nolit venire, poteſt ad illam mittere legatos, vel nuncios, (*vide ſupra ad* §.1. *obſerv.*7.) vel uni ex Electoribus 2.
ibi præſenti, ſuum committere votum.

Obſervatio XXII.

1. 2. *De qualitate Nuncii, quem mittit Elector.*
3. *Ludovicus XI. Franciæ Rex taxatur a Bodino.*
4. *Mariæ Principis Belgicæ facetum dictum,*
5. *An Nobilis naſcatur, vel fiat.*

Ad verb. Legales.

NUncii, quos ad electionem mittit Elector, debent eſſe legales, *hoc* §. & 1.
ſupra §.21. hoc eſt, ejus conditionis, ut illis nihil poſſit opponi, quod eos ab hoc illuſtri conventu arceat, ut eſt infamia juris, vel facti, vilis conditio, &c. In his enim non minus, quam in aliis legatis virtus, virtutisque opinio requiritur: Isque hîc bonus erit, quem ſciunt omnes, quod bonus ſit, fideique bonæ. Qui ſibi vivit ſola conſcientia fructum virtutis capiat: Qui patriæ & Principi, ad omnes partes benè audiendi excitari debet. Marſelaer *de Legato lib.*1. *diſſ.*6. *pag.*27. Quales Nuncii, ſtatum & conditionem, 2.
ſi ſpectemus, hactenus ad eligendum Imperatorem ab Electoribus abſentibus miſſi fuerint, ex capitulationum electis præſcriptarum exordio cognoſcere datur, nempe, Princeps, Comes, Baro, Nobilis, Dominus (Edler Herr) Nobilis. Solent quidem his etiam, utplurimum, adjungi viri docti & præſtantes, ſed illorum nomina non referuntur in capitulationes, cum non ſint legationis capita. Viles, & abjectæ conditionis homines, non ſolum illis, à quibus mittuntur, dedecori ſunt, ſed etiam ſeipſos contemptui exponunt. Taxat Bodinus *de republ. lib.*6. *cap.*2. *pag.*1059. Ludovi- 3.
cum XI. Francorum Regem, quod ſartore pro feciali, tonſore pro legato, medico pro cancellario, fuerit uſus. Tonſor, cujus meminit Bodinus, appellabatur *Olivier de Dain, qui eſtoit un excellent raſeur, mais mauvais politique.* Le Sieur de Ceriziers *és reflexions ſur la vie des Roys de France. pag.*219. 4.
Idem tonſor, ſeu Chirurgus, cum à dicto Ludovico XI. ad Mariam Principem Belgarum Legatus adveniſſet, non inſulsè illa quæſivit, quid ſibi opus medico, cum optimè valeret? res ſatis infirmæ videri debent, ait, ſi medici manu curandæ. Et licet ille non amplius tonſoris, ſed Comitis Melunenſis titulo, iisque decoratus eſſet inſigniis, quæ inſignem quampiam laudem gratiamque apud Regem deſignarent; deſpectui tamen habebatur, tum ob adſcititium quemdam factum; tum, quia unius viri virtus, aut vita turpem progeniei maculam eluere non poteſt, nec præſens ſors genus mutare; Dum Nobilis non fit, ſed naſcitur. Ita Marſelaer. *d. lib.*1. *c.*11. *pag.*49.
Ego verò arbitror, nobilem fieri, non naſci: Aliud enim eſt naſci à No- 5.
bilibus,

bilibus, aliud naſci nobilem; quamquam hæc duo hodierno uſu pro connexis habentur.

Ad Verb. cum plena & omnimoda poteſtate.

Obſervatio XXIII.

De poteſtate Nuncii Electoralis.

POteſtas, quam dare debent Electores nuntiis ſuis, quos mittunt ad eligendum Regem Romanorum, debet eſſe plena, & omnimoda, vel, ut habet §.21. hujus capitis, plena & libera, ac omnimoda, vel ſufficiens. *A.B. cap.*18. *de qua dicendum infra.*

Obſervatio XXIV.

De forma literarum convocationis, nec non procuratorii.

FOrma prædictarum literarum, nempè convocationis, quæ fit à Moguntino, expreſſa eſt in hac Bulla *cap.*18. procuratorii verò, vel mandati, legitur. *cap.*19.

Ad Verb. ad finem.

Obſervatio XXV.

Explicatio Verborum, ad finem.

FOrma illa conſcripta invenitur ad finem hujus libri, non autem in fine; quatuor enim adhuc poſt illam ponuntur capita, antequam hic liber finiatur.

Ad Verb. præſentis libri.

Obſervatio XXVI.

Aurea Bulla dicitur liber.

LIbrum nominat Author, cum non ſit una conſtitutio, ſed compages plurium. Præſentem dicit, quia tunc temporis ita edebatur, & conſtabat illis, quæ hodiè viginti tribus capitibus exhibentur. Hoc reſpectu tota Aurea Bulla dividi poteſt in duos liberos, quorum primus contineat conſtitutiones Norimbergæ promulgatas: alter illas, quæ poſtea Metis promulgatæ, ſeptem conſtans capitibus; ſed hæc tanquam appendices priorum, cum illis ita connectuntur in Codicibus, ut ex duobus libris unus factus ſit.

Ad Verb. usquequaque.

Obſervatio XXVII.

In literis convocatoriis, ut & in procuratorio obſervari debet forma, & ſolennitates.

IN literis, tàm convocatoriis, quam procuratoriis, duo conſiderari debent, quorum unum pertinet ad verba formalia, alterum ad ſolennitatem.

Ad

Digitized by Google

Ad hanc refero, quod literæ debeant eſſe patentes; & majori cujusque ſigillo ſignatæ: ad illam pertinet literarum tenor verbalis. Utramque Carolus vult immutabiliter obſervari, & usquequaque obſervari. Omninò mihi perſuaſum habeo, ſolennitates adhuc obſervari, formam verò non exactè; Literas conſcribi in lingua Germanica, non latina, in qua præſcripſit Carolus; verba quoque ab Electorum arbitrio dependere, modo realia obſerventur.

§. 19.

Obſervatio I.

1 Principes mortales, Reſpublica æterna.
2. Reges Galliæ non moriuntur.
3. Senſus hujus paradoxi.

Ad Verb. obitu.

PRincipes mortales, Reſpublica æterna eſt, ait Tacitus *lib. 3. annal.* quod 1.
poſteriùs etiam legitur in *Novella 6. epilogo.* Excipiunt Galli Reges ſuos, quando aſſerunt Regem Francorum eſſe immortalem. Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 5. pag. 1137. les Roys de France ne meurent jamais.* Charron. *en l'hiſtoire univerſ. chap. 91. pag. 637.* quo Paradoxo Sillerius Mariam, Henrici IV. viduam conſolari annixus fuit, cum illa de morte conjugis certior facta, exclamaret, *helas le Roy eſt mort,* ipſe reſpondit, *voſtre Majeſté m'excuſera, les Roys ne meurent pas en France.* le Sieur de Lazare, *en ſes hiſtoires tragiques. tom. I. hiſt. 1. n. 13.* Colloquium hoc referens Gramondus *lib. 1. hiſtor. Gall. ab exceſſu Henrici IV. pag. 4.* ait: ſtatim ab exceſſu Henrici, metu & horrore perculſis animis, Regina Brulardum (Brulard de Sillery) Cancellarium acciri jubet. Ille, ubi viduam audit, Regem occubuiſſe clamantem, infracta conſtantia inhibuiſſe lacrymas, fertur in hæc verba: nusquam mori Reges in Gallia: Henrico in caſum dato, ſtare Ludovicum, cujus ſaluti proſpiciendum, non lacrymis, ſed authoritate & conſilio. Senſum 3.
hujus Paradoxi exprimit Charron *d. l. parce que tout auſſi toſt que l'un eſt trespaſſé, on ne s'amuſe point à en eſlire un autre, ains le plus prochain heritier masle ſuccede, & eſt recognu Roy au meſme inſtant ſans autre ſecours que de Dieu, & de ſon propre Royaume, qui luy attribue cette prerogative.* (quoniam, ubi Rex eſt mortuus, nulla adhibetur cura, ut eligatur alius, ſed proximior hæres maſculus ſtatim ſuccedit, & pro Rege agnoſcitur, non alia interveniente ope quam divina, & Regni ſui, quod illi hanc prærogativam attribuit. Vide meam Notitiam Regni Franciæ *lib. 3. cap. 17. lit. b. pag. 817.* Fictione ergò nititur hoc dicterium, revera enim mortalium ſub cœtu degunt omnes Reges terræ, & moriuntur ut cæteri, ipſorum etiam Gallorum voce, qua in exequiis Regis utuntur, *le Roy eſt mort. d. cap. 17. lit. c.*

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio II.

Ad Verb. in Diœceſi

Diœceſis, quid notet.

BEatus Rhenanus *lib.3. rer. German.* ſcribit, Romanorum Magiſtratuum diœceſes, apud Chriſtianos Epiſcopos gubernandas ſuſcepiſſe. Romanos autem diœceſes vocaſſe, quas adminiſtrationes, procurationes dicere poſſumus. Mutuati hoc nomen Romani à Græcis, quibus διοίκησις eſt administratio. Ab hac procuratione populi diœceſanus Epiſcopus dictus quoque, qui præpoſitus eſt Eccleſiæ DEI, ut ei bene præſit. Tholoſan. *Syntagm. juris univerſi lib.15. cap.12. num.3.* Hoc ſenſu diœceſis, hodie eſt Epiſcopi territorium in Spiritualibus *c. omnes Baſilicæ.16. quæſt.7.* antiquitus dicebatur parochia. *c. bonæ rei.12. quæſt.2. c. Apoſtolicæ, de donat.1.* Tournet *en la notice des diœceſes de l'Egliſe univerſelle. pag.3.*

Obſervatio III.

Ad Verb. in Diœceſi Moguntinenſi.

1. *Moguntinus certior factus de morte Imperatoris, eam Coelectoribus ſuis denunciat.*
2. *à quibus certior fiat.*

1. QUid hîc de Diœceſi Moguntinenſi dicitur, id exaudiendum eſt de Archiepiſcopo Moguntinenſi; nempè, ut primum ille certior factus de morte Imperatoris, intra menſem continuum, cujus terminus à quo incipit à die notitiæ obitus, ſingulis Principibus Electoribus illam notificare, ſimulque eos monere debet, ut in termino ab aurea Bulla expreſſo, Francofurdi compareant ad eligendum Romanorum Regem. Hoc autem peragere tunc demum debebit, ubi certò conſtiterit de morte Imperatoris, non per rumorem, qui eſt ſermo diſperſus, & fallax, cui credulitas dat incremen-
2. tum. Quintil. *lib.5. cap.3.* Credo, obitum Imperatoris Moguntino annuntiari literis, vel à defuncti liberis, aut agnatis, vel à Cancellario aulæ Cæſareæ, aut Vicecancellario Imperii, quales etiam dari ad Imperii Vicarios, Saxonem & palatinum, mihi perſuaſum habeo.

Obſervatio IV.

Ad Verb. Negligens

1. *Negligentia eſt culpæ ſpecies.* 2. *Quam pœnam mereatur negligens.*

1. NEgligentia eſt culpæ ſpecies. *arg. l.91. in pr. ff. de V.O.* & ubi magna, meretur pœnam. Gail. *lib.1. obſervat.28. num.8.* talis cum Moguntini ſit, quando officium ſuum negligit, mirari licet, cur nulla ei propterea dictata
2. fuerit pœna. Negligentiam Imperii ſalutem ſufflaminare poſſe nemo dubitabit.

Obſerva-

Obſervatio V.

Ad Verb. motu proprio.

Quid faciendum, ſi Moguntinus Electores convocare negligat?

NE negligentia Moguntini nimium nociva ſit Imperio, cœteri Electores, etiam non vocati ad Electionem Regis Romanorum, intra tres menſes Francofurdum, ad actum electionis inchoandum, ſe conferre debent. Tres autem illi menſes incipiunt currere tunc, quando Moguntinus mortem Imperatoris intra menſem ab ea elapſum, Electoribus notam facere, illosque ad electionem convocare neglexerit, ut ex verbo *ex tunc* colligere licet. Fatum Imperatoris notum fieri poteſt Electoribus, etiam ab aliis, quam à Moguntino, quo cognito, officii ſui memores, negligentiam Moguntini ſua induſtria corrigere debent.

Obſervatio VI.

Ad Verb. fidei ſuæ.

1. *Electores Imperio adſtricti ſunt fide.* 2. *Et adſtricti quoque Imperatori.*

ELectores tenentur fide proſequi Imperium, vel, ut habet A. B. *cap.* 2 §. 2. fide ſunt adſtricti Imperio, quod intelligi debet de tempore, quo Imperium vacat: Ubi non vacat, & Imperio, & Imperatori fide adſtricti ſunt. Fides, ſive fidelitas illa eſt, vel promiſſa, (ut fit, quando inveſtiuntur de Electoralibus ſuis) vel non promiſſa, debita tamen propter Electoratum, quem poſſident, & quod Reipublicæ cives ſunt. 1. 2.

Obſervatio VII.

Ad Verb. ſæpè dicta

1. *Sæpius pro binis actibus.* 2. *Vera textus olectio.*

DIctio *ſæpius* verificatur in bino actu. Alexand. *in l. ſcimus. §. & hac quidem num. 5. C. de iur. deliber.* Gail. *de arreſt. Imperii. cap. 7. num.* 14. inde ſæpius dictum dici poteſt, quod bis dictum. At in antecedentibus paragraphis ſemel tantum de Francofurdo nominetenus dictum fuit, nempè §. 18. ergò reprehendi vix poterit, qui pro *ſæpè* dicta ſubſtituat *prædicta*. 1. 2.

§. 20.

Obſervatio I.

Comitatus Electoris qualis eſſe debeat in itinere.

DE comitatu Electoris, qualis eſſe debeat in itinere, nihil in A. B. diſpoſitum, unde numerus comitum Electoris arbitrio relictus videtur, quod tamen ita limitatum eſſe debet, ne ſi nimis copioſus ſit, territoriorum Dominis ſuſpicionem moveat, tranſire hoſtem, non amicum. Poterit

Digitized by Google

tamen pro rerum circumſtantiis eſſe temperatus, aut magnus. Cum nuperrimè Leopoldus, tunc Rex Bohemiæ, Elector, Francofurdum pergeret ad electionem Regis Romanorum, in Comitatu ſuo habere dicebatur mille equites.

Obſervatio II.

1. *Elector ingredi poteſt Francofurdum cum ducentis equitibus, vel paucioribus, non autem pluribus.*
2. *Ratio hujus conſtitutionis.*

1. ELector electionis cauſa Francofurdum adveniens, non niſi cum ducentis equitibus civitatem introire debet, *hic & §.22.* (qui numerus olim non fuit determinatus. Heruard pro Ludovico Bav. contra Bzovium *part.* 1. *pag.*477. nec poſt legem Carolinam ſemper obſervatus.) *Debet*, inquam, ergò in ipſius arbitrio non eſt plures introducere. Credo tamen, caſum hunc quod attinet, illi licere pauciores ſecum introducere, ſi velit, non
2. autem plures; diverſitatis ratio illa reddi poteſt, plures civitati *oneroſos*, & ſuſpectos futuros, (vide *tom. I. jur. publ. lib.2. cap.3. n.25.*) pauciores non æquè. Itaque ſi Elector paucioribus contentus eſſe velit, nemo erit qui contradicere audeat: Plures autem intromittere civitas obligata non eſt *dict.* §.22. Porrò, ſi ex ducentis, quos ſecum introduxit Elector, bonam partem poſt introitum extrà civitatem aliò remittere velit, id quoque aget liberè, & ſine impedimento: Hîc enim tantum de intromiſſione ducentorum diſponitur.

Obſervatio III.

1. *Comitatus Nuncii Electoralis.*
2. *Ne ſit nimius.*
3. *Fridericus Imper. comitatum legatorum Hungar. cur noluerit admittere Neapolim?*

1. IDem, quod de Comitatu Electoris dictum, etiam diſponitur de Comitatu Nuncii, quem Elector Francofurtum ad electionem perficiendam
2. mittit. Non tamen puto, numerum illum ex debito obſervandum eſſe,
3. vel obſervari, ſed minorem eligi, majorem excludi. Cum tres Legati Hungarici, quos longo ſuperbiæ ſpectaculo tria millia equitum ſequebantur, ad Fridericum Imperatorem Neapolim miſſi eſſent, ut diadema Regni ſui redimerent, occluſas urbis portas invenerunt; quod tam vaſta, & otioſa pompa, vel majoris ſpei indicium præ ſe ferret, vel ad oſtentationem, aut exprobrationem inſtituta, imò ad terrorem videretur. Illis itaque legationis jure introitum poſtulantibus, per nuntium reſpondit Imperator; non legationem iſtam, ſed militarem ſibi legionem videri. Neque profuit, quæ cudebatur, excuſatio, quod honorandæ Majeſtatis, ac Coronæ ſacræ, & religionis gratia, tanto ſplendore adveniſſent, nam poſt multa, Legatus tantum

Digitized by Google

tantum unus, cum ducentis equitibus intromiſſus eſt. Marſelaer. *Legatus lib.2. diſſert.16.pag.389.*

Obſervatio IV.

Ad Verb. Electionis tempore.

Aurea Bulla tantum agit de Comitatu Electoris ad electionem venientis.

DIſpoſitio de limitato Comitatu Electoris, ad ſolum tempus, & caſum electionis pertinet, non ad aliud: Exempli gratia, quando Elector, ad Comitia Imperii generalia Francofurtum indicta ſe confert, &c.

Obſervatio V.

1. *Cur Aurea Bulla ſaltem mentionem faciat comitatus equeſtris?*
2. *Carruca, carroces, quando primum in Gallia uſurpari cœperint.*

VIdetur hæc diſpoſitio laborare imperfectione, cum ſaltem agat de Comitatu equeſtri, nihil verò de illo, qui carrucis fornicatis, aliisque rhedis vehitur, nihilque de Comitatu pedeſtri, qui tamen non exiguus eſſe ſolet. Credibile eſt, Carolino tempore totum Comitatum equeſtrem fuiſſe, & ſic totam familiam Electoris, quam ſecum duceret, ducentis perſonis conſtare debuiſſe §.22.*h.c.n.* & Carrucas (Galli *carroces* vocant, nos Himmelwägen / vel generaliter Gutſchen/) eodem tempore apud Germanos in uſu haud fuiſſe: Certè in Gallia earum uſus tunc nondum cognitus. Primus qui Lutetiæ in urbe carruca vectus eſt, fuit extremo Franciſci I. regno, Joan Lavallus Boſcodelphinus, (qui propter corporis obeſitatem commodè equo inſidere non poterat,) tantumque tunc in aula duæ erant carrucæ, ex Italia nuper uſu invectæ: altera Regina, altera aliquantò poſt, Dianæ, Henrici II. naturalis filiæ. Prima deinde in urbe fuit Chriſtophori Thuani, poſtquam Princeps Senatus creatus. Thuanus *lib.3. vitæ ſuæ.*

(marginal numbers: 1. beside "VIdetur…"; 2. beside "haud fuiſſe…")

Obſervatio VI.

Ad Verb. quinquaginta tantum armatos.

Quinquaginta armati Electoris cuſtodes.

NUmerus quinquaginta armatorum equitum, Carolo viſus fuit ſufficere ad cuſtodiam ordinariam Electoris cum præter eam protectio generalis à civitate Electoribus præſtanda §.22. cujus reſpectu etiam fieri poteſt, ut Elector pauciores equites armatos, quam quinquaginta ſecum Francofurdum introducat.

Obſervatio VII.

1. *Equites armati diverſi generis.* 2. *Arma Equitum.*

EQuites armati non unius ſunt generis; alii enim dicuntur levis armaturæ, alii gravioris. Carolus in ſpecie non determinat, quos ex his intelligi 1.

relligi velit. Haud tamen, conſiderato illius temporis uſu, improbabiſe videtur, illum locutum de ſecundo genere, qui tunc erant cataphracti, aut

2. his non multum abſimiles. De armis equitum, poſterioris temporis, diſponitur, in deß Reichs-Reuter-Beſtallung/ de anno 1570. zu Speyer/ *artic.1.* daß die Reuter mit wohlbedeckten Schürtzen/Ermeln/ Rock/Krebs/Hand/ und Haupt-Harniſch/ und jeder zum wenigſten mit zweyen gerechten Fauſt- und Feurſchlagenden Büchſen/ gefaſt und verſehen ſeyn ſol/ *in Codice Receſſ. Imperii. pag.628.* Cum hic nulla fiat mentio enſis, credibile eſt, præſupponi quemlibet equitem, etiam non admonitum, eo inſtructum eſſe debere, vide *d. l. art.29. p.630. art.66 pag.634.*

Obſervatio VIII.

1. Cuſtodes corporis Electoris. 2. Hälleparð/ *unde dicta?*

1. PRæter Equites armatos, etiam Electores peculiares corporis ſui cuſtodes habent, quos Trabanden/Hatſchirer/Heiducken/ꝛc. vocant, *qui ipſi quoque* armati ſunt, licet non omnes uno armorum genere; de quibus in textu

2. noſtro altum eſt ſilentium. Qui Trabanden dicuntur, pro armis habent gladium, & bipennem; quam nos appellamus Hälleparte/ ſecurim palatinam. *Halle* quippe eſt atrium palatii, veteri Germanorum, ſive Celtarum, vocabulo, Anglis etiam nunc uſitato; & *bard*, eſt ſecuris, Cluver. *de antiqua Germani lib.1. cap.4. 44. pag.358.*

§. 21.

Obſervatio I.

Ad Verb. vocatus.

1. De Electore ad electionem vocato, ſed non comparente.
2. De non vocato non comparente.

1. ELector ad electionem vocatus, ſed ad eam non comparens, vel per ſe, vel per Nuncium, carere debet voto in illa electione alias ei competenti. Quid verò, ſi vocatus non fuerit, proindeque non acceſſerit nec ipſe, nec illius loco Nuncius? ſi non vocatus fuit, ſcivit tamen mortem Imperatoris, omninò ad Electionem ipſe venire, vel alium mittere debuit. §.19. quod ſi neglexerit, non minus carebit voce iſta vice, ac ſi vocatus non adveniſſet;

2. quia neglexit id, quod debuiſſet obſervare. Quod ſi verò Imperatori vivo adjungendus ſit Rex Romanorum, & ad eam electionem non fuerit vocatus, nec ſciverit terminum ejus, votum, quod ab eo requiſitum non fuit, non perdidit, & ex ſtricto jure Electionem impugnare poterit; ſed de hoc electionis caſu in A. B. nihil legitur; ut jam ſupra monui lectorem.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio II.

De Electore comparente, ſed ante Electionem abeunte.

ELector ad electionem in termino legali veniens, ſed antequam illa perficiatur, ab eadem recedens, non relictis poſt ſe Nuntiis, Procuratore aut Subſtituto, perdit illa vice vocem, quam deſeruit.

Obſervatio III.

Ad verb. recederent.

Conciliatio §. noſtri, cum cap. 2. §. 3.

POteritne verò Elector, vel ejus Nuncius, qui advenit, nondum perfecta electione recedere? videntur de hoc caſu contraria in A. B. eſſe diſpoſita. Paragraphus noſter affirmativam præſupponit; negativam fovet, *cap.* 2. §. 3 Diſtinctione autem ita conciliari poſſunt, ut dicamus, Electorem, vel ejus Nuncium, ante cœptam electionem, & præſtitum juramentum, ac ſic re adhuc integra, poſſe recedere *hoc* §. *noſtro.* poſt præſtitum juramentum ſolenne, & jam inceptam electionem, non poſſe recedere *d. cap.* 2. §. 3.

Obſervatio IV.

Quid ſi Elector, vel ejus nuncius, veniat poſt terminum legalem?

QUoniam ad hanc materiam adventus Electoris, vel nuncii ejus etiam pertinet *d. cap.* 2. §. 4. ex eo hîc annotari debet, Electorem, vel ejus nuncium, poſt terminum legalem venientem, ſi electio nondum ſit peracta, admitti ad eandem, eo in ſtatu, in quo illa tunc conſiſtit; ſi verò jam fuerit peracta, culpa ſua voto caruit, nec habet quod aliis; cæteris paribus, imputare queat.

§. 22.

Obſervatio I.

Ad verb. injungimus.

De ſecuritate Electorum Francofurdi ſubſiſtentium.

CIves Francofurdenſes, tanquam univerſitas, debent Electores omnes, & ſingulos, in civitate illa conſtitutos, protegere ac defendere ab omni invaſione cujuſcunque. Ita nimirum voluit Carolus ſecuritati Electorum proſpicere, non modo in itinere ad electionis actum, *ſupra* §. 1. *& ſeqq.* verum etiam in ipſa civitate jam conſiſtentium. *hoc* §. *noſtro.* ac denique à civitate domum redeuntium. *dict.* §. 1.

Obſervatio II.

Ad verb. cum omnibus.

De ſecuritate Comitatus Electoralis.

CIves Francofurdenſes debent eos, quos Electores ſecum in civitatem adduxerunt, eo numero, qui illis à lege præſcriptus, contra vim injuſtam protegere ac defendere. Quid ergò, ſi Elector plures quam ducentos ſecum adduxerit, anne tantùm ducentis illis, an etiam aliquis ſupernumerariis quoque protectionem debebunt præſtare? Caſum hunc non attingit A. B. cum tamen poſt hanc aliquoties ille contigerit, non eſt incongruum de eo diſpicere. Mihi hæc ſedet opinio, quando civitas Francofurdenſis Electori permiſit, ſine ulla clauſula, plures quam ducentos ſecum in civitatem introducere, tunc omnibus illis, quibus introitum conceſſit, debere protectionem; hanc enim tanquam admiſſionis conſequens in ſe recepiſſe judicandum eſt; quo caſu juramentum generale præſtari poterit, non reſtrictum ad certum numerum ordinarium.

Obſervatio III.

Francofurdenſes promittunt ſecuritatem Iuramento.

IUrare debent Francofurdenſes, ſe hanc protectionem fideli ſtudio & diligentia, illis, quibus debetur, præſtituros; atque hoc hactenus nunquam illis omninò remiſſum fuiſſe conſtat; Illud verò ex protocollo electionis Caroli V. quod exhibuit Goldaſt. *part.*1. der Reichs-Händel. *tit.*2. *pag.*39. pateſcit, Senatum civitatis ea vice, ſuo & civium nomine hoc ſecuritatis juramentum præſtitiſſe. Protocollum habet: Wiewohl die güldene Bull/ Keyſer Carls deß Vierdten vermag/ das die Bürger zu Franckfurt den nachfolgenden Eydt/ in der Wahl eines Römiſchen Königs/ thun ſollen/ ſo haben doch die Churfürſten/ auff unterthänige Bitt deß Raths zu Franckfurt/ und auß andern guten und beweglichen Vrſachen/ dißmahls zugelaſſen/ doch mit proteſtation, das ſolches hinführo zu andern Zeiten in gleichem Fall ihnen und der gemeldten Bullen unvogreifflich/ unverbrüchlich und unſchädlich ſeyn ſol/ das Bürgermeiſter und Rath zu Franckfurt ſolchen Eydt von Raths/ ihrer ſelbſt/ und gantzer Gemein wegen thun.

Daß ſie alle Churfürſten ins gemein/ und ihr ieglicher von überfall deß andern/ ob einige Widerwertigkeit unter ihnen entſtünde/ und ſonſt von allen andern Leuten/ mit allem ihrem Volck/ daß ſie/ und ihr ieglicher in der Zahl der 200: Pferd gen Franckfurt bracht haben/ mit treuem Fleiß/ und ernſtlicher Sorgniß beſchirmen/und behüten wollen/bey den Pönen und Bueſen in gemeldter Bullen außgedruckt. Daß ſie auch durch die gantze Zeit/ darinn von der Election, oder Wahl eines Römiſchen Königs tractirt oder gehandelt wird/ niemands in der Stadt Franckfurt/was Würdens/Condition, oder Stands der ſey/ einlaſſen/ oder einiger maaß Gefärten/ die Churfürſten oder ihre Bottſchafften/ und Gewalthaber/ allein außgenommen. Vnd ob nach dem Eingang

gang in Franckfurt der Churfürſten/ oder in ihrer Gegenwärtigkeit/ iemands in gemeldter Stadt erfunden würde/ daß ſollen ſie Bürgermeiſter und Rath/ und andere obgemeldt/ ohn allen Verzug/ und mit den Wercken verſchaffen und ordnen/bey obbeſtimmten Eydt und Pön.

Obſervatio IV.

Ad Verb. virtute juramenti.

1. 2. *Notabilia de hoc juramento.*

1. DE hoc juramento notari debet, 1. Electores hujus præſtationem à Magiſtratu requirere. 2. Magiſtratum cives ad præſtationem convocare, pulſo per civitatem tympano. Formula convocationis anno 1658. hæc fuit. Demnach der Hochwürdigſten / Durchleuchtigſten / deß Heil. Röm. Reichs/ bey dieſem Wahltag anweſenden Herren/ Herren Churfürſten/ Churfüſtlichen Gnaden und Durchleuchte / auch der abweſenden höchſtanſehnlichſte Herren Abgeſandte und Bottſchafften / einem Edlen hochweiſen Rath anzeigen laſſen/ das iezt ehrengemeldter ein Edler hoch weiſer Rath / ſampt deſſen angehörigen Bürgerſchafft / und habende Soldatesque, morgenden Sambſtags umb ſieben Uhr / Innhalts und nach Laut der güldenen Bull / den darinn begriffenen Protection- und Verſicherungs-Eydt leiſten/ und ſchweren ſollen/ als läſt obehrengemeldter / ein Edler hochweiſer Rath/ alle und iede dieſer Stadt Bürgere/ Beyſaſſen / und alle ihme mit Pflichten angehörige / deſſen hiemit aviſiren und erichten/ darneben ihnen allen/ und einem ieden inſonderheit ernſtlich befehlen/ daß ſie morgenden Sambſtags/ zu gemeldter Stund auff dem Römerberg erſcheinen / und deß Orts anhören und vernehmen / was ihnen höchſtermeldter Herren Churfürſten/ Churfürſtl. Gn. und Durchleuchte/ und der Abweſenden höchſtanſehnliche Herren Abgeſandte und Bottſchafften obgedachten ſchuldigen Schirm- und Sicherungs-Eydt wegen / vorhalten laſſen werden / demſelben ſich unterthänigſt bequemen / den Eydt gehorſamlich abſchweren / und leiſten/ auch darbey ſich allen unterthänigſten gebierenden reſpects, Ehrerbietung und Beſcheidenheit erzeigen/ und beweiſen ſollen. Es läßt auch Ehrengedachter ein Edler hochweiſer Rath / aller dieſer Stadt Bürger / Beyſaſſen und Angehörige/ dahin ernſtlich erinnern/ daß ſie alle frembde Perſonen/ ſo unter höchſtermeldter Herren Churfürſten / und Durchleuchten / oder der iezo allhier noch zur Zeit zu bleiben verſtatteten Königlichen Legationen, der Fürſten und Stände deß Heil. Röm. Reichs zu dem Deputation-Tag gegenwärtiger Herren Geſandten/ auch andern allhier ſich befindlichen Fürſtlichen Perſonen/ Comitat, und Hoffſtätte/ nicht begreiffen/noch darzu nicht gehörig ſeynd/zwiſchen hier und nechſten Montag incluſivè, bey Sonnenſchein abſchaffen / ferner nicht beherbergen/noch ihnen Unterſchleiff geben ſollen ; Alles bey vermeidung unnachläſſiger auch Leibs-Straff / deren die jenige / ſo dieſem alſo nicht nachkommen / zu gewarten

Digitized by Google

gewarten haben werden. Darnach ſich ein ieder zu richten/und vor Straff und Schaden zu hüten wiſſen wird. Diarium Europæum. *part.*1. *pag.*805.

Obſervatio V.

1. *Qui præſtent hoc juramentum, & quibus?*
2. *Formula juramenti.*

1. TErtiò præſtant hoc juramentum Electoribus, eorumque legatis, Senatores, cives, incolæ, militesque præſidiarii civitatis. Senatores quidem & præcipui militum præfecti, in certo loco Curiæ civitatis. *d. Diarium.*
2. *part.*1. *pag.*806. reliqui ſub diu, auff dem Römerberg. Formula juramenti, quod Electorum & Legatorum nomine, prælegitur Senatoribus, & illis qui cum iiſdem jurant, hiſce ferè verbis conſtat, vide *Diarium Europæum. part.*1. *p.*807. Ihr Schultheiß/ Bürgermeiſter und Rath/ ſolt anfangs dem hochwürdigſten Fürſten und Herrn / Herrn Johann Philippſen / Ertzbiſchoffen zu Maintz / deß Heil. Röm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern und Churfürſten/ für ſich ſelbſt/ und im Nahmen aller andern gegenwärtigen deß Heiligen Röm. Reichs Churfürſten/ beneben der Chur-Beyer-und Brandenburgiſchen anhero verordneten vollmächtigen anſehenlichen Räthen/ vor euch ſelbſten/ und im Nahmen euerer anbeföhlenen gantzen Bürgerſchafft/auch eures angenom̃enen Kriegs-volcks/ und aller der jenigen/ die in eurer Verſprüchnuß ſtehen/mit handgegebenen Treuen angeloben/ und fürter für euch ſonderbahr und einem ieden/ ſo unter dem Rath begriffen/ und allhier zugegen ſeynd/ mit einem leiblichen Eydt beſtättigen / daß ihr alle Churfürſten in gemein/ und ieglichen auch der abweſenden Geſandten vor überfall deß andern / ob einige Widerwertigkeit unter ihnen entſtünde/ oder ſonſten von andern Leuten/ mit allem ihrem Volck/daß ſie/ und ihr ieglicher und der abweſenden Geſandte / in der Zahl der 200. Pferde/ und ſonſten die ſie nach Innhalt übergebener Furier-Zettul gen Franckfurt bracht/ und in ihrem Comitat haben/ mit treuem Fleiß und ernſtlicher Sorgfalt beſchirmen und behüten wollet / bey denen Pönen und Bueſen in der güldenen Bull außgedruckt/daß ihr auch die gantze Zeit/darinn von der Wahl eines Röm. Königs tractirt oder gehandelt wird / niemand in der Stadt Franckfurt / was Würden/ Condition oder Stands der ſey/einlaſſen / oder einiger maſſen geſtatten ſollet/ die Churfürſten oder ihre Bottſchafften und Gewalthaberre allein außgenommen / und ob nach dem Eingang in Franckfurt der Churfürſten/ oder in ihrer Gegenwertigkeit jemand in gemeldter Stadt erfunden würde / mit deſſen Außfahrt ſolt ihr/Schultheiß Bürgermeiſter und Rath/auch andere obgemeldte bey obbeſtimten Eydt und Pönen alſo verfahren / mit Werck verſchaffen und ordnen auff Maaß und Weiſe / wie es in dem Churfürſtl. Collegio für dißmahl für gut angeſehen/ geſchloſſen/und euch allbereit angezeiget worden.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio VI.

Ad Verb. ad Sancta.

Quid ſit præſtare juramentum ad Sancta.

Diſponit Carolus, ut hoc juramentum præſtetur ad Sancta, idque iterum ad finem hujus §. repetit. Videtur autem mihi utrobique textum eſſe imperfectum, & fortè addendum, Evangelia; quod dicendum ſuadet hujus Bullæ. *cap.2.* §.2. Differentia tamen in illo remanet, quod Senatus, ac cives non tangant Evangelium, cum ante ipſos non ſit præſentialiter poſitum, ut ante Electores. *dict. cap.2. §.1. & 2.* Hoc autem hodiè amplius in uſu non eſſe, antecedens nos docet formula.

Obſervatio VII.

Ad Verb. perjurii reatum.

1. 2. *Pœna non obſervantium juramentum.*

FRancofurdenſes, ſi præſtitum juramentum non obſervent, gravem incurrunt pœnam, nempè, ſimilem illi, quæ hoc capite noſtro §.2. expreſſa: de qua vide ibi obſervata. Cæterum, huic pœnæ locus datur, quando univerſitas civium non præſtat præſtanda: aliàs enim, ſi à nonnullis, ut ſingulis, nempè non communi omnium conatu, ſed peculiari quorundam tantum, defenſio debita Electoribus, & illorum hominibus, non præſtetur, aut, qui defendi debebant, offendantur, pœnam non ſuſtinebit univerſitas, ſed ſoli authores, & complices delicti. vide Menoch. *lib.2. de arbitr. in dict. quæſt. cent.6. quæſt.598. num.4. & ſeqq.* Gail. *de pace publ. lib.1. cap.9. num.4.*

Obſervatio VIII.

Ad Verb. fideli ſtudio.

1. 2. *Francofurdenſes fideli ſtudio protegere debent Electores.*

FRancofurdenſes debent defendere & protegere Electores, illorumque 1.
familiares & miniſtros, fideli ſtudio, & ſolerti diligentia; hoc ſi fecerint, extra pœnam erunt. 2.

Obſervatio IX.

Ad Verb. neminem.

1. *Regula eſt, durante Electione nemo debet intromitti in civitatem.*
2. *Regula exceptio.*
3. *Polonia mores.*

TOto illo tempore, quo de Electione Regis Romanorum tractatur, & agitur, Francofurdenſes neminem, cujuscunque dignitatis, conditionis vel ſtatus exiſtat, ullo modo in civitatem intromittere debent. Ab hâc generali prohibitione duntaxat excipiuntur Electores; & eorum Nuncii, qui poſt cœptam electionem aut deliberationem de ea inſtitutam, & ſic ſerò ac poſt terminum. *d. cap.2.* §.4. adveniunt. In Polonia conſuetu-

dine inolevit, ne externis legatis diverſoria, tempore, quo de electione Regis conſultatur, concedantur in civitate, ſeu Electionis loco, unde facilè arcana Reipublicæ penetrare, vel electionis curſum interpellare valerent. Piaſecius *in Chron. geſtorum in Europa ſingularium. pag.* 453. Ibidem quoque lege aliquando conſtitutum, ne ullus Principum candidatorum Regiorum, præſens adeſſet in electionis loco. Piaſec. *in Chron. pag.* 448.

Obſervatio X.

1. *De ſenſu regulæ.* 2. *Huberti Thomæ Leodii relatio.*

1. AN hæc prohibitio etiam aditum in civitatem præcludat tabellariis, ruſticis cibaria, aliaque apportantibus &c. quæri poteſt? Vocabulum *neminem*, & duntaxat eos, horumque ſimiles, ac alios quoscunque, negare videtur: ac niſi hoc ſtatuamus, ſub habitu prædictorum alii facilè poterunt

2. intrare civitatem: quod factum à Friderico Palatino, quando poſt mortem Maximiliani Electores Francofurdi de novo Rege eligendo erant ſolliciti, ut refert Hubertus Thomas Leodius *annal. lib.* 5. *de geſtis Friderici II. Electoris Palatini. pag.* 76. Quod quomodo fieri potuerit, ſi tempore, quo Electio ſuſcipitur, claves portarum urbis in ſacrario templi B. Bartholomæi, ubi Electores præſentes, (ut hodiè fieri annotavit Sinold. *part.* 1. *diſput. de re Rom. diſp.* 2. *theſ.* 14. *lit. c.*) fuerunt, conjiciant alii.

Obſervatio XI.

Legatorum Regis Galliæ querela.

HUjus conſtitutionis ignari, vel immemores, legati Regis Galliarum anno 1519. in literis ad Electores Imperii, fruſtra conqueſti ſunt de incivilitate Proconſulis, & Conſulum civitatis Francofurdenſis, apud Goldaſt. *part.* 1. Polltiſcher Reichs-Händel. *tit.* 20. *pag.* 33. hiſce verbis: Etſi præteritis diebus, cum intelligeremus Illuſtriſſimas Excellentias veſtras Francofurdiæ, pro Electione novi Romanorum Regis convenire, ſcripſimus honorabilibus, Proconſuli, & Conſulibus prædicti oppidi Francofurdenſis, omni ſtudio rogantes, ut nobis, ſicuti Sereniſſimi, Potentiſſimi, & Chriſtianiſſimi Domini, Domini Franciſci, Francorum Regis, Mediolani Ducis, & Januæ Domini, Ambaſiatoribus, Oratoribus, & Nunciis, velint dare ſufficientem debitum ſalvum conductum, quo Illuſtriſſimis Dominationibus veſtris poſſemus referre ea, quæ à Chriſtianiſſimo Rege noſtro in mandatis accepimus, & ſuper eisdem reſponſum debitum accipere, quod hactenus à præfatis, Proconſule, & Conſulibus, fuit nobis (& quantum nobis videtur) ſatis inciviliter, & indebitè, denegatum: quoniam nunquam meminimus hujusmodi petitiones Oratorum Chriſtianorum Regum & Principum,

Digitized by Google

pum, & maximè Chriſtianiſſimi Regis nomine, fuiſſe ita rejectas &c. Electores excuſando Francofurdenſes, ad hæc ita reſponderunt; Nobis quidem, Magnifici Oratores, certò perſuaſum eſt, vobis hanc, ut dicitis, repulſam eſſe admodum moleſtam, ut qui Regiis mandatis magnopere parere cupiatis. At, ſi eædem Magnificentiæ veſtræ ad hujus temporis arctam nimis legem reſpexerint, quam ſacroſancto majorum noſtrorum inſtituto, non ſolùm Magiſtratus prædictus, ſed & nos ipſi, penes quos eſt poteſtas Romanorum Regem deligendi, in nos transmiſſam jurejurando ad aram præſtito, conſtringimur ultro citroque conſervare, profecto (ut veſtro utamur verbo) hanc repulſam æquiori poſthac feretis animo. Hortamur igitur excellentias veſtras, ut id faciant, bonique conſulentes, quod neceſſitate accidit. Ita omnem abdicavit dictus Magiſtratus ſub hoc tempore poteſtatem dandi copiam cuivis externo, hanc ingrediendi urbem, donec Electorio perfuncti munere ſimus, palam eſt eos non eſſe nobis integrum impulſare poſſe, in diverſis nobis obſtantibus ſacramentis &c.

Obſervatio XII.

De Pœna ob intromiſſionem ſuſtinenda.

QUæ pœna maneat Francofurdenſes, ſi durante Electionis tractatu aliquem, præter illos, quos admittere eis licet, in civitatem intromittant, dubitari poteſt: Humanius eſt, eam arbitrariam dicere: Severior enim non ſolum videtur illa, nec huic delicto applicanda, quæ protectionem juratam non præſtantibus dictatur; verum etiam huic delicto intromiſſionis non videtur poſita, ſed, ut textus innuit, pertinet ad caſum non præſtitæ ſecuritatis, & caſum alterum, quando non expellunt civitate illos, quos conſtitutio expelli mandat. Repeto quoque hîc, illud, quod ſupra Obſervatione VII. dixi, culpam & negligentiam unius, vel alterius civis, univerſitati imputari haud debere.

Obſervatio XIII.

1. *Iterum de illa pœna.* 2. *Friderici Palatini factum.*

QUid dicendum de eo, qui admiſſus, ſive aſtu illius hoc factum, ſive cuſtodum conniventia? Arbitrariam pœnam etiam hîc obtinere locum arbitror, ut ſecundum circumſtantiarum & perſonarum qualitatem ad mortem usque extendi poſſit. Hubertus Thomas Leodius. *dict. loc. & pag.* 76. Friderici Palatini factum recitans, ait, Fridericus, quod propemodum ex veteri inſtituto capitale erat, aggreditur facinus: mutata enim veſte oppidum (Francofurdum) intrat, & clanculum fratrem atque Electores adit, ſuadet, monet, orat, promittit, nihil non facit, donec impetrat ut Carolus eligeretur.

Digitized by Google

Obſervatio XIV.

1. *Extranei in civitate non tolerandi tempore electionis.*
2. & 3. *De ſenſu hujus diſpoſitionis.*

Ad verb. aliquem.

1\. NUllum extraneum (qui neque in Electorum familia, nec civitatis fide eſt) tolerare debent in civitate Francofurdenſes, poſt Electorum introitum, & eorum præſentiam, ſed curare tenentur, ut extra civitatem aliò ſe conferant omnes. De ſenſu hujus diſpoſitionis inter Moguntinum ac Ele-
2\. ctores, Bavarum & Saxonem, nuper diſceptatum fuit: Hi verba diſpoſitionis ſtrictè accipiebant, prout ſonant: Illa verò Moguntinus interpretabatur ex conſuetudine, ut ex ejusdem literis de dato 28. Sept. anno 1657. cognoſcitur. Es iſt männiglich bekant/ (habent illæ) wie von einem Seculo her/ bey denen/ tàm vivente Cæſare, quàm vacante Imperio, den Röm. Königlichen Wahlen/ verſchiedener frembder Potentaten und Cronen Geſandſchafften/ in loco zugegen geweſen/ und ehender nicht auß der Stadt gewichen/ noch länger darauß geblieben ſeynd/ als ſo lang die Wahl würcklich vorgenommen/ und vollzogen worden. Auß welcher recentiſſima, und ohndiſputirlicher klarer obſervantz, cum ea ſit optima legum interpres, der güldenen Bull geſunder Verſtandt genugſam am Tag liegt/ und darwider nichts irret/ das bey Keyſer Carol deß fünfften Wahltag/ deßgleichen verweigert worden/ weiln damahls die abgewieſenen Cronen/ als Competenten ſich in die Wahl miſchen/ und dem Churfürſtlichen Collegio Maaß und Ziehl zu geben/ unterſtehen wollen/ deſſen aber weder der anweſende (ſcilicet anno 1657.) Päbſtliche Nuntius, noch die Königliche Frantzöſiſche/ Schwediſche/ und Däniſche Geſandſchafften/ und anderer Fürſten und Stände wenige Abgeordnete/ oder die noch ankommen möchten/ wie bißhero/ alſo auch forthin/ ſich zu enthalten wohl wiſſen/ oder bey Vermeidung gleichmäſſiger Abfertigung/ beſcheidentlich dahin anzuweiſen ſeyn werden. Das aber Wir (Elector Moguntinus) dieſelbe ſampt und ſonders/ der bißhero gepflogener contrari obſervantz, und dardurch erleuterter güldenen Bull entgegen/ ehe und bevor es zu würcklicher Wahl kommet/ warvon die güldene Bull allein redet/ auch nicht wol anderſt/ man wolte dann den Weg der guten und heilſamen Erinnerungen vor die Reichs Nothdurfft/ ſo wol innländiſchen Fürſten und Ständen/ als außländiſchen Potentaten, mit deren gröſten Unwillen/ gänzlich abſchneiden/ und zu allerhand Nachdencken/ und Weitläufftigkeiten die Pforten eröffnen/ verſtanden werden kan/ auß der Stadt abzuweiſen unterfangen/ und durch ſolchen/ unſers Theils unzeitigen Eifer/ ohne erhebliche Urſach einen ſolchen disgusto erwecken ſolten/ welcher zu einem/ dem Römiſchen Reich/ und deſſen durch den Frieden-Schluß erlangten/ auch vor allen andern Dingen mit euſſerſter Sorgfalt billig angelegenen Ruheſtand/ gefährlichen/ abſonderlich aber den ſämptlichen Herren Churfürſten nachtheiligen/ und dem Ihnen/ und den

Rhei-

Digitized by Google

Rheiniſchen Herren Mit-Churfürſten / von GOtt anvertrauten Land und Leuten verderblichen reſentiment außſchlagen möchte/ ꝛc. Et hoc quidem tunc temporis obſervatum fuit, ſed poſteà decreto Collegii Electoralis promulgatum, ob wohl ein hochlöbliches Churfürſtl. Collegium, auß ſonderbahren erheblichen Urſachen/ vor dieſes mahl hat geſchehen laſſen / daß ſo wol außwärtiger Potentaten und Republiquen / Bottſchafften / Geſandten und Abgeordnete / als auch allerhand Stands perſonæ publicæ, bey ietzigen wehrender Capitulations-und andern zu der Wahl gehörenden Deliberationibus, ſich allhier in Franckfurt am Mayn auffgehalten/ ſo ſol doch ſolches ins künfftig von niemands / weß Stands oder Würden er ſey / in conſequentz, gezogen/ oder aber wider die güldene Bull/ die Churfürſtliche Præeminentz, und in dieſem Fall zuſtehenden ſonderbahren Rahts allegiret / oder gemißdeutet werden: Geſtalten dann der Raht / Bürgerſchafft und gantze Stadt Franckfurt / ſo wol als auch andere Reichs-Städte / bey welchen in entſtehendem Fall hinfüro Wahltäge angeſtellt und gehalten werden möchten / hiermit alles Ernſts und außdrücklich / bey Vermeidung der deßhalb in der güldenen Bull geſetzten Straff und Pön / erinnert und verwarnet werden / daß ſie ins künfftig / wann ein Wahltag außgeſchrieben ſeyn wird / auſſerhalb die Herren Churfürſten / und welche ſich in deroſelben Suiten zu würcklichen Dienſt und Auffwartung befinden werden / keine perſonas pubilcas, ſie ſeyen wer ſie wollen / außwärtig- oder zum Heiligen Römiſchen Reich gehörige / einlaſſen / noch ihnen bey annahenden Wahl-Termin auffenthalt verſtatten ſollen / deme ſie allerſeits alſo nachzukommen / und ſich vorietztgedachter Straff zu hüten wiſſen werden. Und iſt zu mehrer Gewißheit / und damit ſich niemand deßhalb mit der Unwiſſenheit zu entſchuldigen habe / dieſes Decretum Collegii Electoralis, nicht nur dem hieſigen Raht in formâ probante inſinuirt, ſondern auch denen vornehmſten Reichs-Städten zu wiſſen gemacht / auch über dem der Capitulation anzudrucken befohlen worden: So geſchehen Franckfurt am Mayn den 27. Junii/ 1658. Chur-Mayntziſche Cantzley. 3.

Obſervatio XV.

Qui non ſint tolerandi in civitate. *Ad Verb.* aliquem.

DIſpoſitio generalis eſt de expellendis perſonis è civitate, quæ non ſunt de Comitatu Electorum, verum reipſa particularis tantum. Ita enim modò percepimus ex decreto Electorali, diſpoſitionem intelligendam eſſe, ſaltem de perſonis publicis, ſive illæ ſint exteræ Nationis, ſive ipſius Imperii ſtatus, membra aut horum ablegati. Quoniam enim actus Electionis tantum ad Electores pertinet, ne ab aliis in illo incommodentur, abeſſe debent omnes, qui non ſunt de eorum Comitatu. Cum anno 1653. Comitia Ratisbonæ habebantur, & ſic ſtatus atque horum nomine plurimi adeſ-

ſent, ne hi urbe excedere cogerentur, Electores Regem Romanorum electuri, Auguſtam Vindelicorum ſe contulerunt, indeque electione peracta Ratisbonam ad Comitia redierunt; quod civilitatis fuit argumentum, non neceſſitatis.

Obſervatio XVI.

De Principe qui in civitate, ubi electio peragitur propriam habet domum?

QUid dicendum, ſi Princeps quidem, qui non eſt Elector, in civitate, in qua Electio perficienda, propriam domum habeat, (ut Francofurdi habet Landgravius Haſſiæ, Darmſtadienſis) tenebitur ne, non minus, ac alius, durante tractatu electionis ab urbe abeſſe? Credo affirmativè reſpondendum, quoniam ratio, cur præter Electores, eorumque familiam, cæteri Principes urbe excedere, nec durante actu electionis in eam admitti debeant, generalis eſt, & in hoc noſtro quoque militat caſu. Puto tamen, Electores, certas ob cauſas, præſertim ubi cognitam habent illius *Principis* integritatem, permittere poſſe ut in civitate permaneat. Quando non ita pridem de Electione Imperatoris Leopoldi agebatur, Archidux ejuſdem nominis, Magiſter Teutonici Ordinis, permanſit in civitate, & ab una parte in alteram, quæ Saxenhauſen vocatur, ſecedens, in domo Teutonica ſubſtitit; quod factum permiſſu & diſpenſatione Electorum. Sprengerus *Jurisprudent. publica. pag.* 183. Diarium Europæum *Philimeri part.* 1. *pag.* 920.

Obſervatio XVII.

Ad verb. aliquem.

De Epiſcopo, qui peragit ſacra, antequam Electores ingrediuntur conclave.

PRæctereà excipi debet Epiſcopus, qui, ante introitum in conclave electionis, ſacra peragit ordinaria, ut ex deſcriptionibus electionum cognoſcimus. vide *dict. Diarium. pag.* 872.

Obſervatio XVIII.

Ad verb. cives ipſi.

Pappenheimius quibus denuntiet abitum?

CIves debent hoſpitibus ſuis denunciare, ut aliò commigrent, nec enim amplius ſibi licere illis præbere hoſpitium. Si verum, quod ex relatione habeo, tempore electionis non ita pridem Francofurdi peractæ, Vicemareſchallus Imperii perſonis publicis, ſtatu & dignitate, eminentibus, abitum maturandum eſſe, fecit denunciari. Credo cives quoque conſtitution A. B. ſatisfeciſſe ex debito, monitum verò Pappenhemii acceſſiſſe majoris urbanitatis gratia.

CAPUT

Digitized by Google

CAPVT II.

DE ELECIONE REGIS ROMANI.

Obſervatio

Rubrica nimium eſt generalis.

HÆc rubrica nimis generalis, in textu enim non ſolum agitur, de electione ipſa, verum etiam de nonnullis, quæ electionem debent debent præcedere, & ſequi. Illius generis ſunt. 1. Miſſæ celebratio, & Spiritus ſancti invocatio. 2. Juramenti Electoralis formula, & modus illud præſtandi. Alterius generis eſt, confirmatio Privilegiorum & Jurium Electoralium ab Electo Rege Romanorum expedienda.

§. 1.

Obſervatio I.

De ſolennitate obſervanda quando Electores ſe conferunt ad Eccleſiam, electuri Regem Romanorum, & de illis quæ eam ſubſequuntur.

NIhil hîc diſponitur de ſolennitatibus, quas obſervare debeant Electores, quando ſe conferunt ad Eccleſiam S. Bartholomæi, audiendæ miſſæ, & electionis Regis Romanorum gratia. Cognoſci autem poſſunt ex relationibus eorum, qui totum Electionis actum, unius, vel alterius Imperatoris deſcripſerunt, necnon ex Sprengeri *jurisprudentia publica. pag.159. & ſeqq.* ubi hæc generalis legitur annotatio. Aptatis omnibus ad electionem neceſſariis, ſtatus dies electionis à directorio Moguntino ſingulis Electoribus die præcedente indicitur. Dicto die clauſæ manent portæ, usque ad peractam electionem; clangunt matutino tempore per horam, ſive ſexta, ſive ſeptima ſit, campanæ, congregantur Electores in Curia, habitum ibi, ſinguli in ſuis conclavibus, Electoralem induunt, Eccleſiaſtici panno, ſeculares verò rubro incedunt ſerico, cum pretioſo hermelino & mitris ſuis, ejusdem panni, & Serici, Electoralibus. Ita veſtiti ante curiam equos ſinguli conſcendunt, binique ordine Electorum ſolito procedunt, Moguntinus & Trevirenſis, Colonienſis & Rex Bohemiæ, Bavarus & Saxonicus, Brandenburgicus & Palatinus: Si Legati adſunt, præcedentiam præſentibus Electoribus cedunt; exceptis Legatis, ante cœteros, Electores nimirum, illorum Mareſcalli hæreditarii, verſis in altum gladiis, equitant. Fit hîc

Digitized by Google

hîc ingreſſus in Eccleſiam,citra tympanorum & tubarum ſtrepitum,in ſacro ſilentio. Eunt ad latera intermixti Electorum ſtipatores,& haſtiferi. Quamprimum intrarunt Eccleſiam, ſuffraganeus Moguntinus introitum auguratur cantu, Veni creator Spiritus, intrant interim chorum, ſedesque ſuas occupant, ex regione Altaris Trevirenſis, Bohemiæ Rex, Bavarus, Brandenburgenſis; ex ſiniſtra parte, Colonienſis, Saxo, Palatinus, monſtrante hoc ſchemate.

Altare.

Mogunt.	Trevirenſ.	Colon.
Bohem.		Saxon.
Bavarus.	Not.	Palat.
Brandenb.	Subſellia ſunt ſerico rubro veſtita, Regis Bohemiæ verò auro ſplendet.	

Minor miniſtrorum pars ſuos Dominos in chorum comitatur, juxta quod inter Electores de numero admittendorum conventum eſt. In Imperatoris Leopoldi electione admittebantur viginti, quorum nomina ad evitandam confuſionem leguntur à Mareſcalli Vicario ad portam chori, interim requieſcente cantu. Ubi ſedes ſuas occuparunt Electores, & in numero conveniente Electorum Nobiles, & Conſiliarii ſunt in choro; clauditur chori porta, ſive à Mareſcallo hæreditario, ſive à Vicario, vulgò Reichs-Quartiermeiſter. Tum vel orditur cantum ſuffraganeus Moguntinus, vel proſequitur, conjungit officium miſſæ, quo durante antehac ſeceſſerunt in ſacriſtiam Electores proteſtantes, à tempore verò Ferdinandi IV. Regis Romanorum, illi cohabitant. Hoc acto, appropinquant altari; ibi, verſo ad populum vultu, Eccleſiaſtici manu pectori impoſita coràm Evangelio, ſeculares verò illo tacto, jurant, ſe ſine pretio, ſine affectu electuros caput Imperii Romani, quod utile judicaverint. Primum Electores ſibi invicem manu ſtipulata promittunt ſe ſervaturos juramentum, deinde Moguntinus primum jurat in manus Trevirenſis, poſteaque à cæteris Moguntinus, juxta ordinem, exigit juramentum, à Trevirenſi, Colonienſi, Rege Bohemiæ, & ſic ab aliis, ordine noto. Jurant verò hîc in ſerie, ita & præſentes Electores jurant ante Legatos, nec hîc obſervatur, ſicut in voto, ubi inviolabilis ordo manet, ſive in ſerie, ſive ad latera ſedeant. Sedent autem ad latera in collegialibus conventibus ita, ut à dextro ſint Moguntinus, Rex Bohemiæ, Bavarus, Brandenburgenſis, à ſiniſtro Trevirenſis & Colonienſis, alternantes in ſeſſione, non in votis, voti prærogativa apud Trevirenſem manente;

Digitized by Google

manente; Saxo, Palatinus, latera ita tenent, ut hæc quidem invariata maneant; in quolibet tamen latere præſentes Electores ante legatos abſentium ſedeant; & fallit hîc in noſtris Comitiis communis regula, Legatus repræſentat in ſeſſione, voto, honore, dignitate, ſuum principalem; ita enim certo pacto anno 1653. in Comitiis Ratisbonenſibus convenerunt. Ad meliorem autem votorum ordinem, in conſultationibus extra actum Electionis, ſuos habent ſinguli Electores votantes conſiliarios, ad tabulam ex regione ſedentes, qui ad interrogationem directorii ex ordine vota dicunt. Ut in ordinem redeam, præſtito juramento ſinguli Electores ſua ſubſellia repetunt, & proſequente ſuffraganeo, cantum: *Veni Creator Spiritus*, Electores, & abſentium Legati, DEUM invocant, & ſtatim finita devotione Sacriſtiam, conclave nimirum electionis, in quo etiam Altare conſpicitur, intrant: ubi ſedes ſuas occuparunt, clauditur à Mareſchallo porta conclavis, poſtquam ſeculares promiſerunt de ſervanda Capitulatione, ubi in unum vel alterum dignitas per electionem ceciderit, Moguntinus Elector facto præliminari inquirit in vota, juxta ordinem ut ſupra, primum à Trevirenſi, & ſic ab aliis ita ut legati loco ſuorum Principalium ſe exprimant, non obſervato. ſi alii Electores præſentes priorem teneant ſeſſionem: Nec ſi tum plures unius Electoris Legati ſint, omnibus, ut in conſultationibus fit, conclave intrare permittitur; principalis Legatus ſolum ſeſſionem & votum habet, ut cæteri cum aliis conſiliariis poſteà ut teſtes ſumuntur. Durat hæc conſultatio per horam, ſive minùs: Ubi Moguntinus omnes interrogavit de ſententia, tandemque ab Electore Saxoniæ interrogatus, ultimum ſuum adjecit, vota collegit, majora publicavit, poſt exploratum Electi conſenſum, reſerari portam, & ſimul Mareſchallo de vocandis, Cancellario Moguntino, duobus Notariis & Electorum Conſiliariis, ad id deputatis ut teſtibus, imperat. Cancellario ſuo Elector Moguntinus electam indicat perſonam, jubetque ut ſuper hoc actu ſcripturam ſolennem & conſuetam expediat, ſignandamque Electoribus, & abſentium Legatis, tradat: Quæ quidem expeditio, in aliquot differtur dies, nec momentum temporis illius requirit. Requirit poſthæc Elector Moguntinus duos illos Notarios, ut omnia fideliter obſervent, ſuosque teſtes de memoria gerendorum moneant, & ſuper omnibus unum, vel duo inſtrumenta conficiant. Hi poſtquàm rogati ſunt, unus ex his reliquos adſtantes conſiliarios, ex qualibet Electoris Curia binos, (nuper in Imperatoris Leopoldi electione quinque) admiſſos, ut teſtes requirit. Ubi nota; quod, licet plures intromittantur in conclave, non tamen niſi duo ex quavis Electorali curia, conſueto teſtimonii donario, quod usque ad 400. thaleros excurrit, honorantur. Legitur capitulatio à Cancellario Moguntino, vel, quia jam omnibus Electoribus conſtat, Electus nomine Collegii Electoralis, an ſervare velit, interroga-

Digitized by Google

rogatur; ubi annuit, ad altare accedit, ibique prælectum, de ſervanda capitulatione juramentum præſtat, tacto ſacro-ſancto Evangelio. Tunc Elector Moguntinus gratulatur recens electo, & hic gratias pro Imperiali dignitate agit. Si Rex Romanorum creatur, parente vivente, deputatur quidam à Collegio Electorali ad patrem Imperatoris viventem, ut electionem indicat, ubi comparet in conclavi, ſupremo occupato loco, de conſenſu ut pater rogatur, quo dato, gratias ſimiliter agit, filium de grato animo & gratiarum actione monet, ſtatimque implet patris juſſum filius. Porta reſeratur à Mareſcallo, ineunt primò Conſiliarii, ſequuntur Electores, tandem Rex Romanorum cum Moguntino, & Colonienſi. Incipit ſuffraganeus, ante Altare ſtans, Adjutorium noſtrum in nomine Domini; Reſpondente choro: Qui fecit cœlum & terram; Pergit Suffraganeus: Domine in virtute tua lætabitur Rex, cum gloria, Patri, Kyrie eleiſon, & ne nos &c. Domine fac ſalvum Regem: Reſp. chorus: Exaudi nos. V. ſalvum fac populum: V. Domine exaudi, oremus: DEUS, qui *conteris &c.* ita celebrante Suffraganeo, ſtat Rex ante altare; finito ſacro diſcedit ad latus ſuffraganeus, & Electores ponunt electum ſuper altari: ubi obſerva, quod ſi omnes adſunt Electores, id omnes peragant, ubi non omnes, ſed eorum Legati, hi ab hac elevatione excludantur. Ubi Electores numero ſunt impari: v. g. ſi adſunt tres Eccleſiaſtici, & duo ſeculares; vel viceverſa, duo ſolum Eccleſiaſtici uno excluſo, cum duobus ſecularibus id officium electo exhibent, ut parificetur numerus: Tollunt Eccleſiaſtici, ſeculares levando tenent habitum electi Electoralem. Hoc dum fit, audiuntur bellicarum machinarum & campanarum ſtrepitus, & in templo exultantium applauſus, reſonante intereà cantu illo, Te DEUM laudamus. Poſito interim ſuper altari electo, Brandenburgenſis, ſub verſiculo cantus, Te ergo quæſumus, coronam capite detrahit, & incipiente verſu, per ſingulos dies, illam Palatinus Regi rurſus imponit; hoc ſive per Electores, ſive Vicarios fiat, perinde eſt: Tollunt electum Electorem rurſus ab altari ſtatim tum Vicarii ad menſam accedunt, in qua inſignia Imperii jacent, hæc ſumunt, Electoribus, ſi adſunt, portanda tradunt, vel illis abſentibus, ipſi retinent; tunc ſumptis inſignibus præcedunt legati, ſequuntur Trevirenſem, ſeculares Electores, cum Vicariis abſentium, in medio Bavarus, ſive hujus Vicarius, à dextro Brandenb. ſive Vicarius, ille cum pomo, hic cum ſceptro, & à ſiniſtro Palatinus, ſive Vicarius, cum corona, quæ ſeptem libris argenti deauratis valet, ad formam Norimbergenſis fabrefacta, hujusque medietatem pondere conſtituit. Poſt Palatinum venit Saxo, portitor Enſis, comitantur Imperatorem Electum, per gradus aliquot aſcendendo, in ſolium extra chorum ædificatum, ſequentibus Moguntino, & Colonienſi. Vicarii ad lævam ſecedunt, Legati ad latera ſedent cum reliquis; in medio loco eminen-

Digitized by Google

eminentiori, ſedem capit Rex coronam capite geſtans, alii ſive Electores, ſive Legati, ſive Vicarii, operto ſedent capite, à dextro Moguntinus, Bavarus, Brandenburgenſis, à facie Regis Romanorum Trevirenſis, à ſiniſtro Colonienſis, Saxo, Palatinus, ſcamno transverſo à læva Vicarii, ſinguli ſua tenentes inſignia. Ubi ſedes ceperunt, Capitularis quidam Moguntinus, & quidem unus ex Prælatis, ordinariè Præpoſitus, vulgò Thum-Probſt/ qui reverentiâ humili oſtensâ ad dextram ſe confert, ibique Regem Romanorum omnibus denunciat: poſt denunciationem acclamant ſinguli *Vivat Rex*, inter cantus & tympana. Deſcendunt eodem ordine, quo ſupra; ubi extra Eccleſiam venerunt, ſinguli Electores cum Legatis, & Vicariis, equos conſcendunt, & tecto capite ſequenti ordine incedunt: 1. Satellites. 2. Nobiles pueri 3. Conſiliarii, equeſtres Comites. 4. Tubicines, quorum ordinem ducunt Saxonici. 5. Heroldi, Auſtriacus primum, Ungaricus & Bohemicus ſimul, ille à dextro hîc à ſiniſtro, duo Imperatorii ſimul Regnorum inſignia, auro intertexta, dorſo, manibus albos gerunt bacillos operto capite. 6. Hæreditarii Mareſcalli, gladiis ad terram porrectis, hîc non, ut antea, equitant, ſed pedibus incedunt, non ſinguli ante ſuos Electores, ſed ſimul decenti ordine eunt. 7. Legati. 8. Trevirenſis Elector. 9. Cum inſignibus in medio Bavarus Elector, ſive Vicarius, à dextro Brandenburgenſis Elector, ſive Vicarius à ſiniſtro Palatinus Elector ſive Vicarius, tenent Vicarii inſignia portantes ſuorum Dominorum ordinem. 10. Mareſcallus de Pappenheim, portitor vaginæ. 11. Elector Saxonicus portitor enſis. 12. Imperator electus, eandem, nimirum Bohemicam, quam intrando portavit, portans Coronam. 13. Moguntinus & Colonienſis. Quo Comitatu ita Regem Romanorum in Palatium deducunt, ibique ſua inſignia ſuis Vicariis cuſtodienda tradunt. Hæc ubi tranſierunt, reſerantur civitatis portæ, præcibus conſuetis in Eccleſiis, DEO de electo Imperatore ſolvuntur grates. Gratulantur diebus ſequentibus Electores ſeparatim recens electo, ſeque ſuosque illius gratiæ commendant. Civitas claves offert, & per duos deputatos, ſingulis diebus poſt meridiem per Camerarium notam militiæ, vulgò das Wort/ explorat. Atque hæc ex Sprengero hucusque recenſere volui, non ignarus tamen nonnulla tantum ad caſum ſpecialem, quando Rex Bohemiæ in Imperatorem eligitur, pertinere.

Obſervatio II.

Ad Verb. ſtatim ſequenti die.

De ſolennis miſſæ celebratione ante electionis actum.

CArolus vult, ut ſtatim ſequenti die, poſt Electorum adventum in civitatem, decantetur miſſa de Spiritu ſancto; quod, ſine dubio, intelligi voluit de caſu, quo jam Electores omnes, vel major eorum pars advenerit:

Rarò enim, vel fortaſſis nunquam contigit, ut uno die omnes electores civitatem ingreſſi fuerint. Quicquid ſit, hæc diſpoſitio hactenus ſtrictè obſervata non eſt, ſed ſecundum Electorum arbitrium, electus fuit dies, quo illa miſſa cantaretur. Cum enim nonnulla negotia neceſſariò quandoque Electoribus expedienda occurrant, antequam ad Electionem ipſam accedant, ne inter celebrationem ſolennis miſſæ, & electionis actum, aliquot dierum interſtitium detur, differri commodè poteſt, & debet illa miſſa, donec præliminaria ad finem perducantur.

Obſervatio III.

Ad verb. diluculo.

Quando celebranda.

DIluculo debet decantari miſſa, non quidem præcisè ſummo diluculo, ſed matutino tempore, ut ſatis adhuc ſpacii ſuperſit ante prandium præſtandi juramenta. Non ſolum autem miſſa antemeridiano tempore *ex inſtitutis* Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, dici, legi, vel cantari debet; *verum* etiam juramenta commodius exiguntur, & præſtantur tempore matutino, & ante, quam poſt prandium.

Obſervatio IV.

Ad verb. in Eccleſia

Vbi celebranda.

FAnum S. Bartholomæi olim à Pipino Francorum Rege, in honorem Salvatoris dedicatum, ampliſſimo collegio Sacerdotum ornatum, & poſtmodum à Carolo Magno, Pipini filio, magnificè, ſplendideque dotatum, cujus tamen facultates hodiè non amplius ſunt integræ, ſed hinc inde diſſipatæ, connivente adhoc quondam Ludovico IV. Cæſare, propterea, quod à pontifice Romano potius, quàm à Cæſare, & Senatu Imperii ſteriſſet illud collegium ſacerdotale, non ſine crimine perduellionis aut læſæ majeſtatis. Nic. Reuſner. *de urbib. Imper. part. 1. cap. 8.*

Obſervatio V.

Ad verb. in omniū ipſorum præſentiâ.

Quibus præſentibus celebranda.

QUando Catholica Romana religio in Germania Communis fuit, Electores omnes ad audiendam miſſam, quæ decantabatur ante actum electionis Regis Romanorum, acceſſerunt; poſteaquam verò nonnulli ex Electorbus ſecularibus, religionem à traditionibus Pontificum, atque abuſibus humanis repurgatam, amplexi ſunt, aliud obtinere cœpit. Hi enim conſcientiæ ſuæ conſulentes, miſſæ, quam damnabant, amplius intereſſe noluerunt, ſed, durante illa, in proximum conclave ſeceſſerunt, & poſt-

quam

Digitized by Google

quam finita, ex eodem ad ſedes ſuas in choro occupandas reverſi ſunt, & invocationi Spiritus ſancti, quæ ſit cantione notiſſima, *Veni creator Spiritus, &c.* adfuerunt. Atque hoc ab anno 1562. à tempore Electionis Maximiliani II. huc usque ſæpius obſervatum legitur. An verò reformatæ Religioni addictus, illæſa conſcientia miſſæ, ad eam audiendam & videndam, non approbandam, intereſſe poſſit, Theologis expendendum relinquo.

Obſervatio VI.

Ad Verb. miſſam de S. Spiritu.

Qualis,

VAriæ ſunt miſſæ, ex illis autem nulla magis conveniens viſa fuit negotio electionis, quam hæc, quæ dicitur de ſancto Spiritu. *La meſſe du S. Eſprit eſt fort uſitée entre les Chreſtiens, en toutes aſſemblées & congregations publiques. Car au ceremonial, devant que de proceder en l'eslection d'un Pape, il y a la meſſe du ſainct Eſprit qui ſe doit dire: Autant à l'eslection des Archevesques & Evesques & meſme és aſſemblées des perſonnes laiques.* Louys d'Orleans *es ouvertures des parlemens. chap. 27. pag. 322.* (Miſſa de S. Spiritu perfrequens eſt inter Chriſtanos, in omnibus conventibus & congregationibus publicis. Ex ceremoniali Romano conſtat, ejusmodi miſſæ uſum obſervari debere, antequam ſuſcipiatur electio Papæ: idem obſervandum ante actum electionis Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, ac etiam in conventibus perſonarum laicarum.)

Obſervatio VII.

Ad Verb. faciant decantari.

1. *A quo.* 2. *Quot miſſas annuatim decantet Papa?*

1. AQuo hæc miſſa decantari debeat hîc non exprimitur; ex deſcriptionibus autem actuum electionis (Maximiliani II. & Matthiæ,) deprehendimus, aliquando peractam ab Epiſcopo Wurceburgenſi, vel ſuffraganeo Moguntino. Hîc obiter notari velim, Papam annuatim tres, non plures cantare miſſas. Italicus ſcriptor, ex quo hoc habeo, ait: *Il Papa cantá* 2.
tre volte l'anno la meſſa, cio é per la nativita di noſtro Signore, Pasqua di reſurrettione, & alla feſta di ſan Pietro. Finita la meſſa inanzi all' altare ſe li va avanti il Cardinale Arciprete di S. Pietro, & li preſenta à nome del capitolo, una borſa di broccato bianco, con l'arme di ſua ſantita con 75. Julii, di moneta antiqua dentro pro bene cantata miſſa: laqual borſa la piglia il Signor Cardinale Decano che ha cantato quella mattina l'Evangelio, & a poi ragaglia del ſuo caudatario. (Papa uno in anno ter cantat miſſam, nempè unam in feſto nativitatis Chriſti, alteram in feſto reſurrectionis Dominicæ, tertiam in feſto die ſancti Petri. Poſt finitam miſſam, ad altare Papæ obviam it Cardinalis Archipresbyter S. Petri, eique nomine capituli pro bene cantata miſſa, exhibet crumenam ex texto attalico albo, ornatam inſigniis papalibus, & repletam 75. nummis Juliinis,

 monetæ

Digitized by Google

monetæ antiquæ. Hanc crumenam capit Cardinalis Decanus, qui illo manè cantavit Evangelium, quæ poſtea cedit ejus Caudatario. Pro prima miſſa, quam Papa noviter electus cantat, illi in ſacculo dari viginti quinque Julios, & hoc eſſe præmium miſſæ papalis, refert Sprenger. *in Roma nova. lib.1. cap.1. num.3.*

Obſervatio VIII.

Ad Verb. ad finem.

Invocatio Spiritus ſancti.

INvocatur Spiritus ſanctus, ut ſua gratia corda Electorum regat & dirigat in electione futura. Sic itaque hujus actus initium eſt invocatio numinis divini; qua de dixi *tom.I. jur. publ. lib. 2. cap.3. num.*34. *& ſeqq.*

Obſervatio IX.

Ad Verb. hominem juſtum.

1. *Qui eligitur, debet eſſe cultor juſtitiæ.*
2. *Juſtitia præcipuum Principis ornamentum.*
3. *Princeps eſt debitor juſtitiæ.*

1. IN Regem Romanorum eligi debet homo juſtus, id eſt, cultor juſtitiæ, (quæ in ſe virtutes continet omnes) cum reddendæ ac fruendæ juſtitiæ cauſa Reges conſtituti ſint, ſecundum Ciceronem *officior. lib.2.* quis illam ab eo expectabit, quem injuſtum novit. Thronum juſtitiæ aſcendere non
2. meretur, qui eam non amat, non colit, non veneratur. Plurima ſunt, quæ Regem commendant, inter illa tamen juſtitiæ laus ſupremum locum tenet. *Le Roy eſt beau, diſoit un ruſtique, c'eſt, dis le ſage, la louange des femmes: Il eſt haut & droict, auſſi ſont les ſapins; il eſt diſpoſt, auſſi ſont les chevres vils: il parle bien, auſſi ſont les gays; il eſt richement & proprement veſtu, auſſi ſont les oignons, & n'y a non plus de ſubiect de loüer un Prince de telles frivoles, qu'il y a de loüer une laide Mariée de ſes beaux atours. La perfection des Roys Chreſtiens principalement, eſt en la vertu, & leur vertu plus ſignalée eſt de rendre juſtice. Ce n'eſt pas aſſez à un Roy, d'eſtre juſte mediocrement, car il le faut eſtre exceſſivement, voire Royalement, c'eſt à dire, aves amplitude & abondance. L'exces en ce cas eſt vertueux & la ſuperfluité eſt honorable.* (Rex eſt formoſus, dicebat ruſticus, huic reſpondebat ſapiens, fœminarum hoc eſt encomium; eſt ſtatura procerus, & directus, tales etiam ſunt abietes; eſt agilis, tales ſunt etiam capreoli; benè loquitur, hoc quoque facit pica & pſittacus, eſt benè & egregiè veſtitus, ita etiam ſunt cæpæ; non major eſt ratio laudare Principem, ob res ejusmodi frivolas, quam ſponſam deformem, propterea quod ſit eleganter mitrata. Perfectio Regum, ac potiſſimum Regum Chriſtianorum, conſiſtit in virtutibus, quarum primaria eſt juſtitiæ adminiſtratio. Non ſufficit Regem eſſe mediocriter juſtum, ſed oportet eum eſſe omninò, & regiè juſtum; hoc eſt, in excellenti gradu. Exceſſus hoc in caſu eſt virtuoſus,

Digitized by Google

tuoſus, ac ſuperfluitas honorabilis.) Verba ſunt de Louys d'Orleans *des ouvertures des parlemens. cap.1.p.8.* ubi hoc thema, ut & in aliquot ſequentibus, copioſo tractat apparatu, quali etiam utitur Caſtillo de Bobadilla *in ſua politica para corregidores tom. I. lib.2. cap.2.* Princeps dicitur debitor juſtitiæ, *c. ex tenore, extra de for. competent.* Quis ergò erit adeò demens, ut ſibi debitorem velit eligere, quem novit non eſſe ſolvendo, Princeps propter injuſtitiam poteſt ab officio removeri. *c. Regum 23. quaſt. 5.* ergò injuſtus multò magis ad principatum non debet promoveri. Egi de hoc argumento. *d. tom. I. jur. publ. lib. 2. cap.2 num.91. & ſeqq.*

Obſervatio X.

1. *Qui eligitur, debet eſſe bonus.*
2. 3. *Quis dicatur bonus?*
4. & 5. *Ludovicus XI. Galliarum Rex, fuit* Bon Roy, & mauvais homme.

Ad Verb. **bonum.**

ELectores in Regem eligere debent hominem bonum: Bonum inquam, non præſumptivè, qualis quilibet eſſe creditur, donec contrarium probetur, *c. fin. de præſumpt.* Gail. *lib.2. obſerv.110. num.6.* ſed effectivè, cujus bonitas ex operibus bonis eſt cognita, qui Hiſpanis eſt *buen varon.* Bobadilla. *tom.I. de la politica para corregidores. lib.2. cap.2. num.5.* Cæterum, cui boni viri encomion competat, præ aliis docet Alex. ab Alexandro 6. *genial. I.* nempe, ut ubique ſanctus, ubique caſtus, honeſti cultor, pius & integer ſit, *qui nullo* modo perterritus, nulla calamitate victus fortunæ cedat, nihil expetat, nihil dicat, nihil faciat in vita, niſi ſumma cum laude & dignitate, in re nulla delinquat, nullius rei pœniteat, ſervetque fœdera humani generis ita inviolata, in magnis minimiſque rebus, ut ne minima quidem conſcientiæ labe detineatur, qui ſua providentia, religione, fide, quantum, quæ ratione prævidere potuit, Reipulicæ & civium ſaluti conſulat, legibus pareat, patriam tueatur, proximos amet, refrænet libidines & indomitas cupiditates, verecundiam ſervet, atque etſi in aliquo deliqerit, id tamen agat, ut civilia officia, humanique generis fœdera quam minimum lædat. Hæc quidem Alexander, ſed talem virum bonum noſtro ſeculo corvo albo rariorem eſſe, ac vix & ne vix quidem reperiri, omninò mihi perſuaſum habeo. Placet verò Spigelii annotatio *ad lib.8. Ligurini tom. I. veter. ſcript. Reuberi. p.407.* neceſſe eſt ut Princeps placitis boni viri utatur, quoniam populus Romanus in eum omne Imperium ſuum & poteſtatem conceſſit, ut in virum bonum. Quamvis virum bonum invenire licet, qui bonum Principem non poſſit agere. At bonus Princeps eſſe non poteſt, qui non idem ſit vir bonus. Huic permitti poſſunt omnia, mediocri non omnia, malo nihil. Quamquam nunc eò redierunt quorundam Principum mores, ut hæc duo multum inter ſe pugnare videantur, vir bonus & Princeps. Ita de Ludovico XI. Galiarum Rege proverbio dictum, *qu'il eſtoit bon Roy, & mauvais homme.*

(Margin numbers: 1. beside "ELectores…"; 2. beside "tom.I. de la politica…"; 3. beside "vilia officia…"; 4. beside "multum inter ſe…")

homme. (quod eſſet bonus Rex, & homo pravus.) Authores verò proverbii, bonum Regem eum appellandum eſſe putabant, *qui à tous ſes commandements, quels qu'ils ſoient, ſe fait obeir.* (qui obedientes habet ſupditos ad omnia mandata, qualia qualia ſint.) Coquille *en l'hiſtoire du pays & Duche de Nivernois. pag.* 244.

Obſervatio XI.

Ad Verb. utilem.

Eligi debet qui Reipublicæ utilitatem ſuæ præfert.

ELectores talem eligere debent, qui propriam utilitatem norit contemnere, ut publicæ rei conſulat. Atque in hoc ipſo bonus dicitur Princeps, cum pro Republica, quam curandam & adminiſtrandam ſuſcepit, non tantum bona propria, ſed etiam propriam vitam exponere debeat. Bonus enim paſtor, cui aſſimilantur Reges, paſtores populorum, animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Contra tyrannorum proprium eſt, & ſignum, omnia quæ in republica agunt, potiſſimum ad ſuam utilitatem, honorem, gloriam ſeu ambitionem, aut lucrum agere. Petr. Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib.* 24. *cap.* 8. *num.* 12. *pag.* 877.

Obſervatio XII.

Ad Verb. accedant.

De juramento Electorum ante electionem præſtando.

DE juramento, quod Electores ante actum electionis præſtare debent, varia hîc annotantur. 1. Quando præſtari debeat, ſcilicet, poſt miſſam finitam. 2. Ubi præſtari debeat? in Eccleſia S. Bartholomæi, ad altare, in quo miſſa de ſancto Spiritu peracta fuit. 3. Quæ ceremoniæ in præſtatione illius obſervandæ, tam ab Eccleſiaſticis, quam ſecularibus Electoribus. 4. Quod Electores, cum tota ſua familia ibi debeant adſiſtere inermes. 5. Quod Elector Moguntinus formam juramenti Coelectoribus ſuis dare debeat.

Obſervatio XIII.

Ad Verb. Evangelio.

1. *De Evangelio S. Johannis,* 2. *Ejus præſtantia, & operationes.*

1. SUpra altare poſitum eſſe debet Evangelium B. Johannis, *in principio erat verbum*: quod ego ita intelligo, ut Codex Evangeliorum totus ibi repoſitus ſit, §. *ſeq. verb. ad hæc ſancta DEI Evangelia.*) ſed ita apertus, ut viſui occurrat Evangelium Johannis, cujus cap. 1. initium eſt, *in principio erat verbum.*
2. Cum autem hoc Evangelium cœteris in codice prædicto poſtponatur, non abs re erit inquirere in rationem, cur hoc hîc reliquis anteferatur? Id autem inter alia fieri puto ex perſuaſione Catholico-Romanorum, qui huic Evangelio majorem præ reliquis attribuunt efficaciam, & eò usque, ut literarum characteribus caput ejus primum continentibus, fugandi Dæmones,

Digitized by Google

nes, prohibendi fulmina, & ſanandi morbos attribuant, ac minutiſſimis literarum apicibus è collo appenſum geſtent. Gerhard. *loc. Theologic. tom. III. loc.17. cap.10. num.48. pag.235.*

Obſervatio XIV.

1. *Eccleſiaſtici Electores jurantes non tangunt Evangelium.*
2. 3. *Cauſa hujus moris.*
4. *Pectori admovent manus.*
5. *Quæ pars corporis dicatur pectus.*
6. *Situs cordis humani.*
7. *Quæ manus admoveatur pectori.*

Alio ritu jurant Eccleſiaſtici, alio Seculares. Eccleſiaſtici Electores jurant coram Evangelio, ſed illud manibus non tangunt, ut ſeculares. 1.
Duarenus *in prior. comment. ad tit. de jurejur. cap.11.* per jocum rationem, cur Epiſcopi jurant propoſitis Evangeliis (ut conſtitutum *Nov.123. cap.7. Nov. 137. cap.2. cap. ult. de jur. cal.*) hanc reddit, quia ut mores ſunt, illis ſufficit 2.
juxta ſe poſita habere Evangelia, etſi nec legant, nec attingant. Vera mihi 3.
videtur conſiſtere in reverentia, quæ Eccleſiaſticis debetur, quod etiam placuiſſe video Obrechto, apud Hilligerum *in Donello enucleato. part.2. lib.24. cap.21. lit.z. pag.1302.* Deinde etiam Eccleſiaſticis hoc peculiare eſt, ut jurantes manus ſuas pectori cum reverentia admoveant. Quas verò, an utras- 4.
que, vel unam tantum, & quam, dextram ne, an ſiniſtram? ut de ſenſu conſtitutionis certi eſſe poſſimus. Puto, ſub appellatione pectoris genera- 5.
liter, hîc non intelligi, anteriorem partem corporis, quæ à jugulo incipit, & in mucronata cartilagine terminatur. Spigel. *de humani corporis fabrica.* 6.
lib.1. cap.9. pag.19. Sed ſpecialiter pro corde, quod ſub pectore latet, ut ſenſus ſit, Eccleſiaſticos ſupra eam partem pectoris, ſub qua cor latet (eſt autem in medio pectoris baſi ſua fundatum, ſic tamen, ut apex ſiniſtrorſum, dum movetur, inclinet. Veſling. *in Syntagm. anatom. cap.10. pag.122.* Vulgus, & Idiotæ, in ſiniſtro latere cor ſituatum aſſerunt, cum in medio, tanquam in loco nobiliori, baſi ſua poſitum ſit, cono ſuo centrum diaphragmatis pertingente, Bauhin. *theat. Anatom. lib.2. cap.20. pag.216.*) manus imponere. Quod manum attinet, textus noſter plurali utitur, reſpectu omnium 7.
Eccleſiaſticorum Electorum; revera autem, ſi de ſingulis loqui volumus, dicendum erit, unumquemque ex Electoribus Eccleſiaſticis, quando juramentum præſtat manum ſuam pectori imponere debere. Quæ verò illa eſſe debeat, ex ipſa praxi conſtat, nempè eſſe dextram, ut annotatum ab illis, qui actus electionum & coronationum Imperialium literis conſignârunt. apud Goldaſt. in Reichs-Handlungen. *pag.264. & in polit. Imper.*

Obſervatio XV.

1. *Electores ſeculares jurantes tangunt Evangelium.*
2. *Origo hujus ceremoniæ.*
3. *An hæc ceremonia ſit ſuperſtitioſa?*
4. *Eſt ſolennitas accidentalis.*

Ad Verb. tangant.

1. ELectores ſeculares hoc ritu jurare vult Carolus noſter, ut manibus ſuis tangant Evangelium Johannis; quod iterum de cujusque manu dextra accipiendum venit. Sinold. *part.1. colleg. publ. de ſtatu Rei Rom. diſp.2. theſ.14.*
2. *lit. b. pag.67.* duos digitos ſacro Evangeliorum libro imponi refert; ſed de manu nihil determinat. Donellus. *comment. jur. civil. lib.21. cap.13.* hanc ceremoniam improbans, docet, tactum Evangeliorum dum juratur, ex ignoratione verbi DEI inductum; ſed idem poſtea *lib.24. cap.14. & in f. &*
3. 4. *cap.21. circa med.* fatetur hunc ritum nihil ſeperſtitionis habere. Poterit ergò etiam ab iis Electoribus obſervari, qui religioni Pontificiæ addicti non ſunt, tanquam ſolennitas accidentalis, non verò tanquam formalis, quaſi ea omiſſa jusjurandum nullum obtineat robur. Hilliger. *in Don. enucl. part.2. lib.21. cap.13. lit. b. p.844.*

Obſervatio XVI.

1. *Electores ſeculares inermes præſtant juramentum.*
2. *Eorum Comitatus aſtat inermis.*

Ad Verb. inermes.

1. ELectores, quando hoc juramentum præſtant, non ipſi modò, ſed etiam illi, qui ex eorum familia, hoc eſt comitatu, adſunt, debent eſſe inermes. Si id, quod uſitatum, reſpicimus, excipiendi ſunt illi, qui Electoribus gladium præferunt; hi enim illos præcedunt, & comitantur etiam ad altare, ubi juramentum præſtari debet, ut relator Electionis Matthiæ conſignavit.
2. Aut dicendum erit, eos quidem in acceſſu ad altare gladium præferre, ſed ubi eò ventum, retrocedere, aut gladium deponere, aut legem non ampliùs obſervari; nihil hîc definio, provoco ad id, quod uſus fert.

Ad Verb. Moguntinenſis.

Obſervatio XVII.

Quo ſenſu dicatur Moguntinenſem Electoribus dare formam juramenti.

POſtquam Electores, & abſentium Nuncii, ad altare acceſſerunt, Moguntinus illos admonet, ut juramentum, quod in A. B huic actui præſcriptum, præſtent; atque hoc ſenſu formam juramenti dat, non præſcribit, ſed à lege omnibus Electoribus jam præſcriptam proponit.

Ad Verb. una cum ipſis.

Obſervatio XVIII.

An juramenti præſtatio Electoribus poſſit remitti.

Iurare

Digitized by Google

IUrare debent omnes, & cum illis etiam ipſe Moguntinus; unde decidi facilè poteſt quæſtio, an ille reliquis, vel omnes communi conſenſu ſibimetipſis, hoc juramentum poſſint remittere? Certè, in illorum poteſtate non eſt, ſemetipſos lege ſolvere, cum non in ipſorum beneblacitum & favorem, præſtatio hujus juramenti collata fuerit, ſed propter ſalutem publicam Imperii introducta, & mandata, quam ipſi ſtrictè obſervare tenentur. Non ſtatuto, nec conſuetudine, nec pacto introduci poteſt, ut juramentum, à jure naceſſeriò, & in utilitatem publicam requiſitum, omittatur, Roch. de Curte *de conſuetud. cap. fin. num.* 15. Gail. 1. *obſerv.* 101. *num.* 4.

Obſervatio XIX.

Ad Verb. præſtabūt.

1. *Quo ordine Electores præſtare debeant juramentum, in Bulla non expreſſum.*
2. *An omnes Electores ſimul præſtent juramentum?*
3. *Ordo inter Electores præſentes.*
4. *Ordo, quando non omnes ſunt præſentes.*

ORdinem, qui obſervari debeat in exquirendo & præſtando juramento, 1.
Bullæ noſtræ author non exprimit, quod inter defectus hujus conſtitu-
tionis referri poterit. Nec facit pro Carolo, quod non nemo videtur ſen-
tire, quaſi omnes Electores ſimul cum Moguntino præſtare debeant hoc ju-
ramentum; hoc enim non videtur admittere formula juramenti, quæ ſepa- 2.
ratim Moguntini juramentum refert, cujus ad exemplum etiam cæteri ſine
dubio ſeparatim jurare tenentur, Nec obſtant §. noſtri verba, *una cum eo*;
quoniam non inculcant omnes Electores, cum Moguntino, in turba, ut lo-
quuntur Practici, ſeu ſimul & indicta voce jurare, ſed eodem actu continuo,
ut ſinguli jurent, quando ad altare acceſſerunt, nec Moguntinus illa die,
alia alius vel alii. Ordo verò, quo jurare debeant, peti vix poteſt ex A. B. 3.
c. 4. *§.* 2. *&* 3. ille enim ſaltem ad exquiſitionem votorum pertinet; proinde
ſecurius eſt ex uſu hucusque obſervato, omne quod huc pertinet, depromere.
Diſtinctione tamen hîc opus eſt, inter caſum, quo omnes Electores præ- 4.
ſentes ſunt, & caſum quo non nulli ipſimet præſentes, alii verò per nuncios
& mandatarios ſuos. Illo caſu primo loco jurat Moguntinus, cui juramenti
formulam prælegit Trevirenſis, (teſte relatore Electionis Matthiæ, ac Ma-
theneſ. 9. *de Elect. Ferd.* II. & autore relat. electionis Ferdinandi IV.) vel
Colonienſis, ſi benè docet Sinold. *d. diſput.* 2. *theſ.* 14. *lit. b.* Secundo jurat
Trevirenſis, & poſt eum Colonienſis, Rex Bohemiæ, olim Palatinus, nunc
Bavarus, Saxo, Brandenburgenſis, ultimo denique hodiè loco, Elector Pa-
latinus; quibus ſingulis juramentum prælegit Moguntinus. Quando au-
tem cum Electoribus quibusdam adſunt abſentium Electorum legati, præ-
ſentes jurant ante Legatos, niſi fortè Bohemiæ Regis alia ſit conditio.

Obſervatio XX.

Ad verb. in hunc modum.

Qua in lingua fiat juramenti præſtatio.

QUa in lingua juramentum hoc præſtari debeat non eſt deſignatum à Carolo, niſi translatorum interpretationem admittamus. Verſio, quæ Receſſibus Imperii præmiſſa, habet, den Eydt in Teutſch ſchweren; quam exhibuit Goldaſt. *inter conſtit. Imper. pag.* 124. & *part.* 2. der Reichsſatzunge/ *pag.* 50. den Eydt in teutſchem thun. Aliud autem eſt præſtare juramentum vulgariter, aliud præſtare juramentum in vulgari lingua: Sed uſus ita fert, ut præſtetur verbis Germanicis.

§. 2.

Obſervatio I.

1. 2. Formula juramenti Electoralis.

CUm anno 1486. de electione Regis Romanorum ageretur, formulam
1. juramenti Electorum hanc fuiſſe legimus apud Goldaſt. *part.* 2. der Reichsſatzungen / *pag.* 173. & *in* Politiſchen Reichshändeln / *part.* 1. *tit.* 4. *num.* 3. *pag.* 4. Ich N. Churfürſt/ ſchwere auff diß Heil. Evangelium/ daß hie zugegen iſt / daß ich nach meiner beſten Vernunfft und Verſtändnuß / mit Hülff GOttes deß Allmächtigen / wil wehlen das weltliche Haupt Chriſtlichem Volck/ das iſt/einen Römiſchen König/und zukünfftigen Keyſer/der darzu geſchickt iſt/ ſo viel meine Nothdurfft und Sinne wiſſen / als mir GOtt helff / und alle Heiligen. Quæ formula, quando cum latina, in Bulla noſtra expreſſa, confer-
2. tur, pro imperfecta haberi debebit: Et revera perfectior eſt illa, qua anno 1562. uſi ſunt Electores, apud Goldaſt. in Reichs-Handlungen/ *pag.* 264. (*& polit. Imper. part.* 1. *diſc.* 9. *pag.* 142.) Ich N. ſchwere zu dem Heil. Evangelio/hie gegenwärtiglich für mich gelegt/ daß ich durch den Glauben oder Treu/ damit ich GOtt / und dem Heil. Röm. Reich verſtrickt / und verbunden bin/ nach aller meiner Vernunfft oder Verſtändnuß / mit GOttes Hülff wehlen will/ ein weltliches Haupt dem Chriſtlichen Volck/ das iſt/ einen Römiſchen König/ und künfftigen Keyſer zu erheben / der darzu geſchickt und tüglich ſey/ ſo viel mich mein Sinn und Vernunfft weiſen / und nach dem berührten meinen Glauben oder Treu/meine Stimm/Votum und Wahl/geben wil/ohn Geding/Sold oder Lohn oder Verheiß / oder welcher maſſen die genennt möchten werden / als mir GOtt helffe und das heilige Evangelium. Speidel. *in ſpeculo juridico. polit. hiſtor. lit. h. num.* 78. *pag.* 583. hanc formulam impugnans, tradit; olim, & nunc apud nos formula jurandi apud Sanctos, bey GOtt den Heiligen/ vel, ſo wahr mir GOtt helffe/und alle Heiligen/ꝛc. in uſu fuit, & meritò manet, licet ea apud A. C. (utpote qui Sanctos nec adorandos, nec invocandos eſſe docent,

Digitized by Google

cent, utcunque communionem Sanctorum nobiſcum in Symbolo credant) obſervari deſierit. Beuſt. *ad lib. 3. §. ult. de jurejur.* Ayrer. *in proceſſ. part. 1. cap. 6. obſerv. 5. num. 3.* Atque jam anno 1544. permiſſio facta eſt Aſſeſſoribus, & aliis in Camerali judicio occupatis, den Eydt nach dem alten Gebrauch/ zu GOtt und den Heiligen / oder / zu GOtt und auff das heilige Evangelium zu thun. Idem reiteratum in tranſactione Paſſavienſi, Anno 1552. §. Und ſoll auch alles. *in fin.* Poſtea verò in der Cammergerichts-Ordnung / *de anno* 1552. in juramentis mentio Sanctorum fuit omiſſa, ac formula præſcripta, zu GOtt und das heilige Evangelium/ quæ formula tandem etiam, teſte Limnæo *ad Capit. Cæſar. fol.* 358. in Capitulationem Maximiliani illata, & hucusque in ſubſequentibus continuata fuit. Interim vigore Aureæ Bullæ, *cap. 2. § 2.* Electores in eligendo Romanorem Regem jurare debent, ſicut me DEUS adjuvet, & omnes Sancti; vel, ut textus Germanicus dicit (in qua lingua etiam juramentum præſtari debet. *d. cap. 2. §. 1. in fin.*) alſo helffe mir GOtt/und alle Heiligen: quæ diſpoſitio per ſuperiora non videtur revocata, ſed potius excepta, per *Receſſ. Imper. de anno* 1544. ſo viel das Recht belangt/ꝛc. ubi ad fin. dicitur, und ſollen (id eſt, die Aſſeſſores) dieſelbe den Eydt nach dem alten Brauch / zu GOtt und den Heiligen/ oder zu GOtt/ und auff das heilige Evangelium zu thun/ freygelaſſen werden/ doch unabbrüchig der güldenen Bull/ und biß lang es anders durch uns/ und gemeine Ständ / verordnet wird; Quæ verba omninò exceptionem à Regula conſtituunt. Olim apud Catholicos in uſu fuiſſe juramentum per DEUM, & Sanctos præſtare, ſatis notum, nec quæſtio eſt, num id ita obſervatum, ſed an benè? Noſtri id negant, & ſimul ejus formulæ uſum hodiernum improbant, ac à communione Sanctorum, quam credunt, ad eorum invocationem argumentum duci poſſe pernegant. A vero autem alienum eſt, quod generaliter Speidelius docet, antiquam formulam jurandi, per DEUM & Sanctos, apud Catholicos in uſu manſiſſe; licet enim apud quosdam ex illis adhuc in uſu ſit, non eſt tamen apud omnes, nec in omni negotio, quod juramento firmatur. Ejus in locum ferè ſucceſſit formula, per DEUM, & ſanctum Evangelium; ita, inter Catholicos, jurat Imperator, & Rex Romanorum (ut eorundem Capitulationes indicant, Maximiliani II. *artic.* 17. Rudolphi II. *artic.* 36. Matthiæ, *art.* 42. Ferdinandi II. *art.* 43. Ferdinandi IV. *art.* 49. Leopoldi, *artic. ultimo.*) ita jurant Principes (*vide me tom. II. jur. publ. lib. 4. cap. 7. num. 36. & tom. IV. in addit. ad dict. lib. cap. & num. p.* 442.) Cameræ Imperialis Spirenſis membra. Cammergerichts-Ordnung/ *de anno* 1555. *part. 1. tit. 57. & ſeqq.* R. A. zu Augſpurg/1555. §. und dann. *pag.* 411. Aulici Imperatoris Conſilii Proceres, (Reichs-Hoffraths-Ordnung Keyſers *Ferdinandi III. ſub titulo juramentum*, deß Reichs-Hoffraths/ *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib. 9. cap. 4. pag.* 438.) Judex criminalis, Keyſers *Caroli V.* Halsgerichts-Ordnung/

*art.*3. Scabini, *art.*4. ſcribæ, *art.*5. Extra Germaniam, inter Catholicos, Rex Galliæ jurat per DEUM, & ſanctum Evangelium; *vide meam notitiam Regni Galliæ*, *lib.*2. *cap.*4. *lit.*z. *pag.*361. Ratio ob quam in Camera Imperiali, & Receſſu Comitior. Spirenſium, anno 1544. *dict.* §. ſo viel das Recht/ꝛc. permiſſum fuit juramentum præſtare, vel zu GOtt und den Heiligen/ vel zu GOtt/ und auff das heilige Evangelium/ fuit libertas conſcientiæ, quam noſtræ Religioni addicti, ſibi ſalvam conſervare ſtudebant, & à parte Catholicorum antiquitatis obſervantia. Poſteaquam verò ab his deprehenſum fuiſſet, eorum fidei non contrariari formulam recentiorem, in hanc ipſi quoque conſenſerunt, ita ut in Camera Imperiali utriusque religionis aſſeclæ eâ uterentur, nec amplius liberum eſſet uti una, vel altera. Patet hoc ex Receſſu Imperii Auguſtano, de anno 1555. §. Und dann: *in C. Receſſ. pag.*411. ubi ita legitur; Dieweil beyderſeits Religions-Verwandte an dem Keyſerlichen Cammergericht anzunehmen/aber ſich der eine Theil/den gewöhnlichen Eydt/ in Form/ zu GOtt und den Heiligen zu ſchweren/ beſchwert/ derowegen im Paſſawiſchen Vertrag die Form der Beyſitzer/und anderer Perſonen Eydt/ zu GOtt und den Heiligen/ oder zu GOtt/ und auff das heilige Evangelium zu ſchweren/ denen/ ſo ſchweren ſollen/frey geſtellt/ das die Form deß Eydts/ oder Juraments (allerhand ungereimbts/ ſo auß dieſen zweyſpaltigen Formen am Keyſerlichen Cammergericht künfftiglich erfolgen möchte/ zu vermeiden) auff eine gewiſſe Maaß/als nemlich/auff GOtt/ und das heilige Evangelium zu ſtellen. Carolo V. Imperatori viſum fuit, *dict.* §. ſo viel das Recht. *d. Receſſus de anno* 1544. ambigui eſſe ſenſus, ut percipimus ex ejusdem inſtructione, quam dedit Commiſſariis ſuis, ad Comitia Auguſtana anno 1555. deſtinatis, cujus partem exhibet author libri de compoſitione pacis, *in appendice*, *pag.*18. & ex eodem Leheman. *lib.*1. der Reichs-Handlungen von Religions-Frieden/ *cap.*29. *pag.*127. verba inſtructionis, huc pertinentia, ita ſe habent; Zum zwölfften das die Beyſitzer/nach Gelegenheit eines jeden/davon ſie præſentirt, ſchweren/ und beeydigt werden ſollen/ꝛc. So die Wort im Anfang dieſes Artickels in der gemein verſtanden/ daß ſie nicht auff die letzte Wort deſſelben referirt werden ſolten/und alſo auß denen der Verſtand mögen genommen werden/das die Beyſitzer nach Gefallen/ und Gelegenheit deren/ davon ſie præſentirt, Recht ſprechen ſolten/ꝛc. were es keines wegs zu gedulden/ und würde darauß die höchſte Unbillichkeit und Ungleichheit erfolgen/das die jenigen/ ſo ein gleich Ampt tragen/ ungleiche Eydt/ nach denen ſie urtheilen und Recht ſprechen/ haben ſolten; Da aber der Anfang dieſes Artickels/ mit dem Ende deſſelben zuſammen genommen/ und alſo den Verſtand haben ſolte/daß frey ſoll gelaſſen werden/zu GOtt/ und den Heiligen/oder zu GOtt/und auff das heilige Evangelium zu ſchweren/ iſt davon oben weitleufftig unſer Bedencken vermeldet/darnach ſich unſere Räthe und Geſandten wohl werden zu halten wiſſen. Illud

lud extra controverſiam eſt, Electores ex præſcripto Aureæ Bullæ jurare debere, per DEUM & Sanctos; verum, an hoc immutatum unquam fuerit, quæſtio movetur? Speidelius ſcribit, eam A. B. formulam per transactionem Paſſavienſem, aut ordinationem Cameræ, de anno 1555. non fuiſſe immutatam; ſed per exceptionem, cujus fit mentio *in d. Receſſu Imper. anno* 1544. *d.* §. ſo viel das Recht belangt/in vigore permanſiſſe. Non nego, in *d.* §. à regula ibi poſita excipi diſpoſitionem A. B. ſed ut docui *in annot. ad Capit. Caroli V. art.*31. *ad verb.* zu GOtt und den Heiligen/ *pag.*358. loco planè incongruo. Agitur in *d.* §. de formula juramenti, quod præſtari debet in Camera Imperiali, de quo conſtituitur regula, & ſubnectitur exceptio concernens Electorum juramentum in electione Imperatoris, quod tamen non præſtatur in Camera Imperiali, ſed regulariter in Eccleſia quæ S. Bartholomæo dicata, in civitate Francofurdenſi. *A. B. cap.* 2. §. 1. Porrò, ſi hæc exceptio exactius trutinatur, videtur Electorum proteſtantium conſcientias lædere, & minorem illarum habere rationem, quam Aſſeſſorum Cameræ, & aliorum in ea verſantium, qui ſunt è proteſtantium numero. Inde quoque colligi poſſet, Electores Acatholicos de libertate conſcientiarum alienarum magis ſollicitos fuiſſe, quàm de propriarum. In transactione Paſſavienſi, *d.* §. Und ſollen auch/ꝛc. diſpoſitio de utraque juramenti formula quidem reperitur, ſed, de exceptione modo dicta, altum eſt ibi ſilentium: Simili modo, in *dict.* Receſſu Imperii Auguſtæ confecto anno 1555. *d.* §. Und dann dieweil/ꝛc. nec non in ordinatione Cameræ de eod. anno, ac dicta inſtructione Caroli V. iſtius exceptionis nec vola, nec veſtigium extat. Parum tamen refert, ſi illis conſtitutionibus Electorum juramentum non fuiſſe immutatum dicamus, modo ſciamus illud poſtea (ſive id factum conſtitutione peculiari, ſive ſolo Electorum aſſenſu) factum fuiſſe. Electores, quando de Electione Regis Romani, anno 1562. agebatur, uſos fuiſſe formula, als mir GOtt helffe/und das heilige Evangelium/annotavit ex Laurentio Fuchs. Goldaſt. in denen Reichs-Handlungen. *d. pag.*264. & *in polit. Imper. part.*1. *diſc* 9. *pag.*142. quam formulam in ſubſequentibus electionibus Imperatorum, ad noſtra usque tempora jugiter obſervatam, teſtantur deſcriptiones ſingularum electionum. Permanſit tamen apud nonnullos Status Catholicos antiquus ille mos jurandi, per DEUM & Sanctos, tanta in veneratione, ut illam formulam etiam à Vaſallis ſuis, Proteſtantium religioni addictis, obſervari rigidè contenderint. Conqueſtos de hoc gravamine apud Cæſarem Rudolphum anno 1594. fuiſſe Evangelicos Status in Comitiis Ratisbonenſibus, conſtat ex illorum ſcripto, quod legitur apud Lehemann. *lib.*2. *cap.*65. *in actis publicis de pace Religionis. pag.*493. Verba huc pertinentia hæc ſunt: Es werden auch an unterſchiedlichen Catholiſchen Orthen die Juramenta der Lehen dermaſſen geſcherpfft / daß die Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte dieſel-

dieſelben / ſalva conſcientia, nicht ſchweren können / dadurch nicht allein in empfahung ihrer Lehen / auffgehalten und gehindert / ſondern wohl gar darumb gebracht zu werden / ſich befahren müſſen / wann ſolche Juramenta anderſt nicht angenommen werden wollen / dann auff GOtt und alle Heiligen / welche nicht allein weyland Keyſer Ferdinandi, Chriſtſeliger Gedächtnüß / allergnädigſter Zulaſſung / ſondern auch E. Keyſerl. Majeſtät Hoff-Raths / wie auch deß Keyſerl. Cammergerichts-Ordnung zu wider / da die Juramenta auff GOtt / und das heilige Evangelium / wie auch von Alters hero / Chriſtlich und löblich gerichtet; inſonderheit aber den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten / Gewiſſens halben / unträglich und unverantwortlich. Reſponſionem Statuum Catholicorum idem Lehemannus exhibet. *d. lib. 2. cap. 66. pag. 501.* (quam hîc ſubnecto, ut judicioſus lector eam examinans, poſſit cognoſcere annon ſpecioſo prætextu odium in Evangelicos obtegatur) Ajunt illi: Daß man ſich anmaaßt zu klagen / wie bey den Catholiſchen Ständen die Lehen-Eydt alſo geſcherpfft / daß die der Augſpugiſchen Confeſſion zugethane / dieſelbe mit gutem Gewiſſen nicht ſchweren können / und alſo offt an derſelben empfahung aufgehalten / bißweilen auch gar darumb zu kommen / ſich befahren müſſen / wil man wohl dahinſtellen / daß unter den Catholiſchen Ständen dißfalls etwas unterſchiedlich gehalten werde / man kan aber / ſo viel dem andern Theil / nicht geſtändig ſeyn / oder nachgeben / wann gleich an einem / oder mehr Orten / den Catholiſchen die uhralte Form / zu GOtt und ſeinen Heiligen zu ſchweren / gehalten / daß in ſolchem dem Religion-Frieden etwas zugegen geſchehen / in Bedenckung / daß es nicht allein ein uhralt Chriſtlich Herkommen / deſſen man ſich auß denen beſchriebenen Keyſerl. Rechten wohl informiren kan / und auff beyden Seiten / im zurückſuchen / ſolche formulæ in den alten Archivis befunden werden / ſondern ohne das auch der dipoſition deß vielgemeldten Religion-Friedens gemäß / daß ein jeder Stand bey ſeinen Ceremoniis von den andern ungehindert verbleiben ſoll / vielmehr dann eine jede Catholiſche Herrſchafft / ſolche ihre uhralte Gewohnheiten gegen ihren angehörigen Vaſallen, und Unterthanen / handzuhaben befugt iſt. Darumb man nicht ſchlieſſen kan / obgleich im Keyſerlichen Hoffrath / ſo wohl auch dem Cammergericht zu Speyer / durch allermildeſter Gedächtnuß Keyſers Ferdinandi, der Eydt auff das heilige Evangelium zugelaſſen / als da man den Partheyen / ſo wohl auff die beſchriebene gemeine Recht / als die Reichs-Conſtitutiones Recht ſpricht / und in allen Fällen gleichmäßige Verordnung thut / daß darumb dieſer oder jener Stand / der immerwehrend in ſeiner Religion / und aller derſelben Ceremonien, und Gebräuchen / von allen ſeinen Vorfodern hero continuirt hätte / genöhtigt ſeye / ſeinem Vaſallen, oder anderer Angehörigen halben / dieſelbige gebreichliche Juramenta zu ändern / ſondern wird denſelben Vaſallen vielmehr obliegen / ſich nach ihrer Lehen-Herren Cantzleyen zu richten / alsdann ſie an der gebührenden Belehnung / da dieſelbige allein an den Pflichten hafftet / keine Hinderung empfinden werden.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio II.

1. *Moguntinus eſt Archicancellarius Imperii per Germaniam.*
2. *Origo hujus Archicancellariatus.*

ARchiepiſcopus Moguntinus eſt ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, vel Cancellarius, ut habet A. B. *cap.* 3. §. 2. Originem hujus 1. 2.
Archicancellariatus refert Mallinckrot *in tr. de Archicancellariis & Cancellariis Sacri Imperii Romano-Germanici. pag.* 30. *& ſeq.* ad Ottonem I. Imperatorem, à quo Wilhelmus Archiepiſcopus (filius hujus Ottonis) hanc obtinuerit ſedi ſuæ prærogativam, ut perpetuis deinceps temporibus non alii, quàm Moguntini Antiſtites, Romani Imperii Archicancellarii conſtituerentur. Qua in re affectui paterno videri poſſit, ipſius loci dignitas ſuffragata fuiſſe; utpote cum jam inde ab antiquo, inter Archiepiſcopales ſedes, Moguntina cathedra præ reliquis Ciſalpini Imperii, maximè inſignis & excellens fuerit: tum ad S. Bonifacii honorem; nam antiquitate forſitan aliis, & imprimis Trevirenſi Eccleſiæ conceſſerit; tum ob ipſius etiam urbis, quondam florentiſſimæ, dignitatem, & ſplendorem; quæ ſitus commoditate, commerciorum frequentia, aliisque dotibus, inter Germanicas Imperii urbes caput extulerat, usque adeò, ut à Reginonis continuatore, Regia civitas, & Franciæ metropolis, ab authore autem annalium Pithæanorum, vetuſtiſſimis ſcriptoribus Germaniæ Metropolis vocetur. Atque hoc intuitu per excellentiam Sigonius *lib.* 7. *de Regno Italiæ*, Moguntinum Antiſtitem vocat Germaniæ Metropolitanum; ac Widikindus Saxo paſſim, & ubique ſummum Pontificem. Quamquam ipſius Provinciæ ſpatioſiſſima amplitudo, Apoſtolatui S. Bonifacii Germanico debita, iſtam eminentiam præcipuè huic civitati & ſedi conciliaſſe videri poſſit: utpote quæ quatuordecim (Bambergenſi, & Pragenſi incluſis) inſignes & patentiſſimos ſub ſe olim complecteretur Epiſcopatus; quorum hucusque duodcim retinet, à ſummitate Alpium & Italico limite, ad ipſum ferè Germanicum mare, à quo Verdenſis parochia non ita longè abeſt, ac à Moraviæ montanis ad Burgundiam & Galliam usque, continuo utrobique, & nuſpiam interrupto tractu ſe diffundentes. Verum an expreſſo Othonis I. aliusve Imperatorum privilegio, (de quo certi nihil ſe habere fatetur Mallinckrot *d. pag.* 32.) an verò tacito quodam, ut ſæpè factum novimus, ac paulatim gliſcente jure, Archicancellariatus Imperii Moguntinæ ſedi annexus, & utvulgò loquimur, incorporatus fuerit, cujusque judicio & arbitratui, vel tenendum, vel rejiciendum relinquitur. Illud interim veriſſimum, Wilhelmum prædictum feciſſe initium privativè poſſidendi, & exercendi hanc primariæ dignationis functionem, donec poſtmodum Colonienſis, & Trevirenſis, in communionem & conſortium nobiliſſimæ dignitatis reciperentur. Hactenus Mallinckro-

Digitized by Google

linckrotius. Cæterum quæ vi hujus muneris Archicancellariatus Moguntino competant, annotavi. *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 2. *& tom. IV. in addit. ad dict. locum p.* 334. *& lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 459. quibus jungi poſſunt, quæ habet Mallinckrot *d. tr. pag.* 34. 113. *ac* 234. de expeditione, ac ſubſcriptione diplomatum.

Obſervatio III.

1. *Papa dicitur Cancellarius DEI.*
2. *Et habet Vicecancellarium.*
3. *Papa DEI Vicarius.*
4. *Pugil populi Chriſtiani.*
5. *Vertex & cerebrum Imperii Romani.*
6. *Ejus eminentia eſt maxima.*

1. ARchicancellarii titulus indicat dari etiam Cancellarium inferiorem, vel Vicecancellarium. Hodiè in curia Romana non eſt Cancellarius, ut docui *d. tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. niſi velimus dicere, ipſum Eccleſiæ caput, ut loquuntur Pontificii, eſſe Cancellarium DEI, &
2. ſibi conſtituere Vicecancellarium. Rotæ Judices, inquit Rouſſel. *hiſtor. jurisd. Pontif. lib.* 4. *cap. ult. num.* 12. *pag.* 520. vocantur auditores, quorum caput eſt Vicecancellarius, qui adminiſtrationem iuſtitiæ, regularum ac conſtitutionum Apoſtolicarum, tutelam & cuſtodiam tenet; ſecundus à Papa, in quo dignitas Cancellarii conſiſtit. Unde, quando cauſa remittitur ad Cancellariam, dicitur remitti ad conſiſtorium Papæ, quod habetur pro Cancellaria; nec alium voluit ſummus Pontifex ea dignitate inſigniri, quia illam à DEO proximam putavit, ſe proinde Cancellarium DEI ac mandatorum, & legum ejus reputans, ut Gomeſius refert, de Auditoribus, &
3. Cancellario diſſerens. Non miror Papam pro Cancellario DEI ſe venditare, cum DEI quoque Vicarium dicat, & ab aliis nominetur Dux, paſtor &
4. pugil, populi Chriſtiani. Alvaretz *de poteſt. pontif. cap.* 16. *num.* 7. Imperii
5. Romani vertex, & cerebrum. Zoannet *tr. de Rom. Imper. num.* 94. tantaque
6. ſit ejus ſublimitas, & eminentia, atque immenſitas, ut nullus mortalium eam cogitatione aſſequi, aut verbis exprimere poſſit. Zodericus Zonarenſ. *in ſpeculo humanæ vitæ. lib.* 2. *cap.* 1. Chaſſan. *part.* 4. *catal. gloriæ mundi. conſid.* 7. *pag.* 106. tanquam rei infinitæ, quæ nec finem, nec principium, nec ripam, nec fundum, nec ſummum, nec imum, nec medium, nec extremum habeat. *vide Antimachiavellum. lib.* 3. *de polit. fol.* 383.

Obſervatio IV.

Ad Verb. ego.

Elector jurans, præmittit titulum ſui muneris.

SI hanc juramenti formulam expendimus, credendum eſt, etiam reliquos Electores, tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares, titulos dignitatis & muneris in initio juramenti exprimere: exempli gratia. Ego N. Rex Bohemiæ Sacri Imperii Archipincerna, & Princeps elector, &c. Cum autem electionem

ctionem perficiant Electores Eccleſiaſtici, non ut Archicancellarii Imperii, nec inter ſeculares Bohemus, ut Archipincerna, Bavarus, ut Archidapifer, Saxo, ut Archimareſchallus, Brandenburgicus, ut Archicamerarius, Palatinus, ut Architheſaurarius, ſed omnes, & ſinguli, tantum eo reſpectu, quo conſiderantur ut Electores, videbatur ſufficere, ſi mentio tantum fieret muneris Electoris, ſine additione reliquorum officiorum.

Obſervatio V.

1. *Juramenti vis.*
2. *Varia juramenta eligentium Magiſtratus.*

Ad verb. juro.

IN omnibus ferè electionibus magiſtratuum aliorumque, illi, quibus univerſitatis nomine incumbit eas perficere, jurare debent, ſe electuros idoneos & dignos, injuratis verò vix hoc permittitur. Nullum enim majus eſt remedium, ad cohibendos affectus, aut animi motus, quam juramentum. 1. Si mores hominum planè integri, juramentis opus non eſſet: aſt, uti illi ferunt, adhibenda religio ſacramenti, qua ad ſervandam fidem arctu conſtringantur. Cardinales electuri Pontificem jurant ex conſtitutione Greg. X. Rouſſel. *hiſtor. juriſdict. Pontif. lib.2. cap.9. num.44. pag.241.* Electores 2. Regis Romanorum jurant. § *noſtro.* juramentum quod præſtant Electores Magiſtratuum in Republica Genuenſi, retuli. *tom.1. jur. publ. lib.2. cap.3. num.40.* ac jurare quatuor Procuratores Nationum quando in Academia Lutetiana eligunt Rectorem, indicavi *lib.5. Notit. Regni Franciæ. cap.7. lit. oo. pag.447.*

Obſervatio VI.

1. *Differentia inter verba, jurare ad Evangelia. & jurare per Evangelia.*
2. *Clauſula,* als mir Gott helffe/und ſein heilig Wort.

Ad verb. ad hæc.

ALiud eſt jurare ad Evangelia, aliud per Evangelia; Illud permittitur, 1. quoniam poſſunt ſine idololatria proponi in conſpectu jurantis ſacroſancta Evangelia, & manu, vel duobus digitis prioribus tangi. Juramentum verò per Evangelia, improbat Warem. ab Ehrenberg/ *meditam. pro fœder. lib.2. c.1. num.151. & ſeqq.* neque ipſi Evangelio jurandum, tanquam creaturæ, tradit Weſemb. *conſil.23. num.29.* tametſi formula, als mir Gott 2. helffe/und ſein heilig Wort/pluribus locis, in quibus purior religio viget, retineatur, licet in ditionibus Saxoniæ, verba hæc extrema plerumque omittantur, quæ tamen, dextrè accepta, nihil ſuperſtitionis fovere affirmat Hillig. *in Don. enucl. part.2. lib.24. c.5. lit. f. pag.1223. allegans* Rauchbar. *part.2. quæſt.2. num.52.*

Digitized by Google

Ad verb. ſancta Dei Evangelia.

Obſervatio VII.

Cur hic mentio fiat Evangeliorum in plurali?

IN §. antecedenti unius tantum Evangelii, nempè Johannis fit mentio, hîc autem in plurali, Evangeliorum; cujus rationem ſupra ad *dict.* §. expreſſi, quod nempè, totus codex quatuor Evangeliorum ante jurantem ponatur, tangatur autem ex illis ſolum Evangelium Johannis.

Ad verb. per fidem.

Obſervatio VIII.

Senſus verborum, per fidem, qua DEO & ſacro Romano Imperio ſum aſtrictus.

DE ſenſu verborum per fidem, qua DEO & ſacro Romano-Imperio ſum aſtrictus, egi *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. *& ſeqq.*

Obſervatio IX.

Ad verb. Romano Imperio.

1. *Eccleſiaſtici Principes jurant Imperio fidelitatem.*
2. *De fidelitate Epiſcoporum ſeculari Principi præſtanda.*
3. *Cenſura Conringii.*

1. NOn modo ſeculares Electores, ſed & Eccleſiaſtici Imperio fidelitatem debent, eamque Imperatori jurant, æquè, ut cæteri Eccleſiaſtici proceres, dum ab eodem de feudis, quæ ab Imperio habent, inveſtiuntur. De fidelitate Epiſcoporum, ſeculari Principi præſtanda, agens Rouſſel. *lib.* 1.
2. *hiſt. juriſdict. Pontif. cap.* 5. *num.* 26. *pag.* 156. inquit: cum potentia, & ſpiritualis, & temporalis, Eccleſiaſticorum, non ſine cauſa poſſit à Principibus timeri, hinc approbatum eſt, ut ſacramentum fidelitatis, atque etiam homagium Principibus præſtarent Epiſcopi promoti: fidelitatem videlicet, pro Epiſcopatu & prælatura, & pro feudis homagium, quod à Principe remitti poſſe placuit, non item de fidelitate: forma autem juramenti, quod ex antiquo ſolitum eſt præſtari, utrumque videtur comprehendere, his verbis, Sic fidelis & obediens ero Regi, ſecundum meum miniſterium, ſicut homo ſuo Seniori, & Epiſcopus per jus & æquum ſuo Regi eſſe debet. Sed in formula Sacramentorum, quam Pithæus retulit, abſunt verba, ſicut homo ſuo Seniori. Porrò Adrianus IV. ajebat, Epiſcopos Italiæ facere debere Sacramentum fidelitatis ſine homagio: At Fridericus I. reſpondebat, ſe id concedere, modo nihil de Regalibus Imperialibus haberent: quod ſi, inquiebat, (apud Radevic. *lib.* 2. *de geſt. Frideric. cap.* 30.) amanter audierint à Romano præſule, quid tibi & Regi: conſequenter eos quoque ab Imperatore non pigeat audire, quid tibi & poſſeſſioni? Sic apud Anglos, Epiſcopus electus tenebatur homagium præſtare, & fidelitatem polliceri Regi ſuo de vita ſua, & de membris, & de honore terreno, ſalvo ordine ſuo; prout

Digitized by Google

prout refert Matth. Pariſienſis. Et Hunnorum conſuetudinario jure ſic habetur, ex relatione Choppini (*lib.2. de feud. Andegav. part.1. cap.1. tit.2. artic.fin.*) omnes Domini Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ. Rege noſtro ad fidelitatis homagium præſtandum obligentur, & ratione bonorum temporalium coram judicibus ſecularibus juri ſtare teneantur. Cum verò Epiſcopi Germaniæ, dimidiam ferè partem ordinum Imperii faciant, & ad Comitia, & conventus publicos, ubi de ſumma rei decernitur, eant, indignum eſſe majeſtati Imperii, & magno etiam cum periculo conjunctum, Cenſet Conring. *de Conſtitut. Epiſcop. German. theſ.67.* illos ſuæ electionis confirmationem à Pontifice juramento præſtito redimere, proindeque ex re Eccleſiæ, & Reipublicæ noſtræ eſſe, Pontificem ab Electione, & confirmatione Epiſcoporum Germaniæ excludi. Jam olim Ariſtoteles *lib.4. polit.14.* (pergit loqui Conringius) cum tres Reipubl. tradidiſſet eſſe partes, unam, quæ de Republ. conſultat, alteram, quæ in Magiſtratibus cernitur, & tertiam denique, quæ in judiciis, prudenter monuit, his benè affectis, Rempubl. quoque benè affectam eſſe, & ex differentia harum inter ſe Respubl. quoque differre: Judicet ergò quivis, quem partium ſtudium non transverſum egit, an illa Respubl. benè affecta, & omninò libera dici poſſit, cujus Princeps pars (ita eam vocat Ariſtoteles) quæ conſultat, ab extero quodam, & abſoluto Principe, qualis utique eſt Pontifex, dependet, eique certo modo ſubdita eſt: ut taceam, quod idem ille de Imperio ſtatuere audet, de rebus & perſonis Eccleſiaſticis, vel in Curia, vel per legatos judicat, atque ita de præcipuorum civium Imperii ſalute & fortunis, quod utique ad majeſtatem pertinet, decernit. Epiſcopus autem (*theſ.68.*) ſine Pontificis conſenſu, & præſtito ei juramento (quod ipſum tamen novum, authore primum Hildebrando cœpit M. Anton. de Dominis *lib. 4. cap. 7. §. 52.*) in Germania nullus. Si quispiam id præſtare nolit, nec Epiſcopus Pontificiis dicitur, nec Imperii civis. Hinc igitur iterum periculum Imperio imminet: Sanxit enim Pius IV. ne quisquam ad cathedrales, aut quascunque alias Eccleſias admittatur, ni prius profeſſionem fidei edat, & Pontifici veram obedientiam ſpondeat ac juret: Is verò, cum Proteſtantes hæreticos dicat, diris devoveat, & ex præſcripto Pauli IV. & Pii V. (quorum Bullæ extant *in 7. Decretal. lib.5. tit.3.*) fortunis & honoribus exuendos pronunciet, quid turbarum in Imperio ſit futurum, ſi Pontifici morem gerant Epiſcopi, in aperto eſt. Nec minus diſcrimen impendet, ſi quando Pontifex, ut factum ſæpius eſt, vel anathematis fulmine, vel bello Imperatorem petat, & finitimos Principes fœdere ſibi jungat. Aut Imperatoris igitur, aut Pontificis caſtra ſequenda fuerint Epiſcopis. Cujus autem potius ſecuturi ſint, haud certò dixerim. Id conſtat, plerumque in Garmania Epiſcopos à Pontifice contra Imperatorem, magno noſtræ Germaniæ malo, ſtetiſſe.

Digitized by Google

Beatior igitur indubiè fuerit Reſpublica noſtra, ſi excuſſo Pontificum jugo, in eam libertatem aſſeratur, quam olim habuit. Si Hiſpaniæ, Daniæ, Sueciæ, Bohemiæque Reges, & Duces Armoricæ, olim noluerunt ſuarum ditionum Epiſcopos Metropolitano alterius Regni ſubditos eſſe, in promptu eſt, quid Germanis ſit faciendum, cum Pontifex hodiè Princeps ſummus ſit, & abſolutus, & à viris, armis, fœderibusque inſtructiſſimus. Hæc, & alia maximè notabilia *theſ.69. & 70.* in hâc materia, vir gravis & gnavus eloquitur; tandem verò concludit, etſi hæc ita ſe habent, nec quicquam hoc forſitan potuerat eſſe utilius, ita tamen comparatum eſt, ut id optare quidem quis poſſit, ſperare autem nemo fortè debeat.

Obſervatio X.

Ad Verb. temporale caput populo Chriſtiano.

1. *Papa in orbe Chriſtiano ſe ſupremum caput jactat.*
2. *Se Soli, Imperatorem Lunæ, comparat.*
3. *Sol quot partibus major luna.*
4. *Papa ut ejus aſſentatores buccinant, eſt in culmine dignitatis.*
5. *Ejus jurisdictio maxima.*
6. *Imperatorem autem moveri à Papa inſtar ſerræ.*
7. *Papam eſſe ſupra Imperatorem.*
8. *Imperatorem eſſe minorem Epiſcopo.*
9. *Dignitatem ſacerdotalem ſeculari majorem.*

1. IN Chriſtiano orbe varia numerantur capita populorum, quæ, ratione
Status, diſtinguuntur in Eccleſiaſtica, & temporalia. Inter Eccleſiaſtica
primum ſibi locum aſſignat Pontifex Romanus, non modo quod cætera
ejusdem ordinis attinet, verum etiam omnia alia ſecularia, ſive ſit Imperator,
2. ſive Rex, aliusve. Aſſerit, ſe, & Imperatorem, eſſe duo luminaria magna,
à DEO conſtituta, (apud Sleidan. *hiſtor. lib.6. fol. m.90.*) ſed majeſtatem
ſuam Soli comparat, ſeque Imperatore tanto majorem eſſe jactitat, quanto
3. Luna Solis magnitudine ſuperatur. *c. ſolitæ, de major. & obedient.* Eſt autem
Sole Luna minor ſex mille partibus, ſexcentis, & quadraginta quinque, ſi
4. Ptolomæo fidem habemus. Bodin. *de Republ. lib.1. cap.9. pag.217.* Vel ut
Pontificis aſſentatores loquuntur, eſt adeò ſummus, & ſupremus, ut non
dicatur eſſe in dignitate, propriè, ſed magis in culmine dignitatis. Cardin.
in Clement.1. notab. S. de renuntiat. c. innotuit. de elect. c. venerabilis. de præben-
5. *dis.* Et habeat jurisdictionem, non per viam cumulationis, gradualitatis, quia
ſic eſſet collega, vel haberet parem: nec per viam gradualitatis, quia ſic haberet
priorem præſidentem, & priorem ſe, quia eſt totum continens omnia; Imperator
autem magnificus, & glorioſus, ſicut Aquila diſtribuit prædam ſuam,
& non curat in omnibus epulis os ſuum apponere, tanquam ſit inſatiabilis.
6. Rebuff. *de privileg. Scholar. privil.164. pag.442.* Vel ut alii ſcribunt, Imperator
cum Papa collatus, eſt inſtar ſerræ, quæ inſtrumentum inutile, niſi
7. trahatur à ſummo Pontifice; (vide Hunnium *in loc. de Rom. Eccleſ. & Antich. tom.1. pag.185.*) ac inferior Papa quoad dignitatem, cauſalitatem & authori-

tatem

tatem Auguſt. de Ancona. *de Eccleſ. poteſt. quaſt.36. conſider.5.6. & 7.* Imò 8.
minor quolibet Epiſcopo, gloſſ. *in c. Valentinianus in verb. ſubmittamus. diſt.63.* Fulvius Pacianus *tom. II. de probat. lib.2. cap.28. pag.94. num.21.* Dignitas enim ſacerdotalis eſt tanta, ut nulla alia ei valeat æquiparari. Nam, 9.
ſi Imperator fiat Sacerdos, aut Monachus, tunc deſinit eſſe Imperator. gloſſ. *in c. ſcripſit nobis 27. quaſt.2.* Sicut enim Luna recipit claritatem à Sole, non Sol à Luna, ſic Regalis poteſtas recipit authoritatem à ſacerdotali, non contra. Et ſicut Sol illuminat mundum per Lunam, quando per ſe non poteſt, ſcilicet, de nocte; Sic Sacerdotalis dignitas pacificat mundum per Regiam, quando per ſe non poteſt, ſcilicet, ubi agitur de vindicta ſanguinis. Hugo *de officio quatuor Prælator. part.4. ſub rubrca. quod Imperator non eſt dignior ſacerdote. num.1. & 2.* Reges quod attinet, omnes Pontifice ſunt inferiores, Stafileus *tr. de gratiis & expectat. verſ. reſtat poſtremo. num.25.* Horatius Carpanus *vol.2. ſuper ſtat. Mediolan. cap.1. num 30.* & ejus vocantur filii, Sebaſtian. Medices *de legibus & ſtatut. part.1. quaſt.19. num.9. pag.61.* Omnia hæc, ſi Chriſto, id eſt, veritati credimus, falſiſſima, vaniſſima.

Obſervatio XI.

1. *Imperator, inter temporalia orbis Chriſtiani capita, ſupremum locum tenet.*
2. *Ratio hujus primatus.*
3. *Conringii de eadem opinio.*
4. *Cœnalis Imperatorem dicit eſſe ſummum, honore; ſed non juriſdictione.*

INter temporalia capita Chriſtiani populi primum locum tenet Imperator, 1.
vide me tom. I. iur. publ. lib.2. cap.7 num.25. & ſeqq. ac tom. IV. in addit. ad dict. cap.7. num.33. p.389. & tom. V. in addit. ad dict. cap. num.36. p.40. (unde ab Alphonſo à Carthagena appellatur primogenitus Regum. Chiflet. *vindic. Hiſp. cap.11. p.108.*) Quia Imperii Germanici caput eſt; vel, quia diu- 2.
turna poſſeſſione id conſecutus videtur. Bodinus *de Republ. lib.1. cap.9. pag. 227.* vel, *à cauſe de l'ancienne dignité de l'Empire Romain, dont il porte l'idée:* Charron *en l'hiſtoire univerſelle chap.91. pag.639. lit d.* Ad quam opinionem 3.
etiam ex parte accedit Conringius *de German. Imper. Romano. cap.11. pag.91.* ubi in hunc ſcribit ſenſum; inter potiſſima, quæ Germania ab Urbe (Roma) adquiſivit, numeraveris primatum, aut primum dignitatis locum, quem Germaniæ etiam propter Imperium Romæ, jam à ſeptingentis penè annis, omnes occidentis Reſpublicæ Chriſtianæ ultrò, non ſine quadam reverentia detulerunt. Nec verò id caret ratione, cum propter memoriam priſtinæ illius Urbis majeſtatis, tum quod primarium Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopatum hodièque teneat Urbs iſta, in quem ipſum quoque Cæſaribus ſua jura reſunt. Nec tamen ego dixerim ſola hac de cauſa præ aliis Chriſtiani orbis rebuspublicis Germaniam eminere. Ut enim nunc taceam, debere aliquam reverentiam matri ſuæ omnes Germanicas gentes, penes quas plerarumque

Europæ

Digitized by Google

Europæ regionum, hodieque eſt Imperium, id certum eſt, ultra octingentos annos inter Europæ Regna nobiliſſimam habitam Francorum Rempublicam; cumque illa poſt Ludovicum Pium diviſa eſt, prælatam eſſe occidentali parti Orientalem, quæ Germaniam comprehendit; utpote quæ ceſſerit filio Ludovici ſecundogenito, ut Occidentalis tertio. Certum porrò eſt, ab Ottone usque Magno, amplitudine Imperii, ac potentia prævaluiſſe Germanicam Rempublicam, per complures centum annos, Rebuspublicis vicinis omnibus, Hiſpaniæ, Galliæ, Britanniæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Hungariæ; ut quæ omnem Germaniam, in Gallia regnum Lotharii pariter, & Burgundicum, Italiam prope univerſam, ſinu ſuo fuerit complexa, Poloniam & Daniam aliquandiu tributarias habuerit. Itaque, etiamſi fuiſſet absque Cæſarea dignitate, tamen, vel illa potentiâ ſuâ, & amplitudine, indubiè primum locum meruit Germania, aliquot jam centum annis. Fatendum verò haud parvum incrementum primatui illi attuliſſe Imperatoriam dignitatem, utut illa nihil dederit poteſtatis in Regna alia, *ſed ſi ſummi* Imperii, & *αὐτονομίας* videas rationem, etiam parva aliqua Reſpublica, qualis exempli gratia hodiè eſt Rhaguſina, non inferiore ſit conditione poten-
4. tiſſimis. Eò etiam vergens Cœnalis, apud Charron *d. tr. chap.* 125. *pag.* 902. ſcribit; quod de Imperatore dici ſolet, quod ſit ſummus & unicus, fateor, ſi de honorario intelligas, citra tamen omnem coercitivam jurisdictionem. Ille enim nobis dicetur ſummus honorarius, propter titulum Romanorum, qui titulus non habet aliquam annexam nationem, ſed abſtrahit ab omni natione: Nam quem elegit in tutorem, & propugnatorem, ille nobis Imperator Romanus præ cæteris Monarchis honorandus: dicetur Rex Regum, ſed nihil minus, quam Dominus Dominantium; Cæteris enim præeſt honore, non item Dominio.

Obſervatio XII.

An Rex Franciæ præferendus Regi Hiſpaniarum.

CUi inter Chriſtianos Reges, poſt Imperatorem, debeatur præcedentia, qualisque ordo inter cæteros conſtitui debeat, non caret controverſia, Primaria verò eſt illa, quæ inter Regem Franciæ, ac Regem Hiſpaniæ hactenus agitata, de qua vide Rouſſel. *lib.* 2. *hiſtor. jurisdict. Pontif. cap.* 6. *num.* 1. *p.* 165. *& lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 16. *pag.* 335. *ac meam notitiam Regni Franciæ lib.* 2. *c.* 6. *lit. zzzz. & ſeqq. pag.* 453 *& ſeqq.* & adi, ſi placet Chiffletii Vindicias Hiſpanicas, ac confer cum illis, quæ ex eodem deſumpſi, & exhibui *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 25. *p.* 314.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio XIII.

Ad Verb. in Ceſare promovendum.

Regis Romanorum nomen cui competat.

REx Romanorum dicitur, non modo ille, qui mortuo Imperatore eligitur (de quo ſolo loquitur A. B. ut ſupra monui) verum etiam ille, qui vivo Imperatori adjungitur in partem ſollicitudinis. Hic, poſt mortem Imperatoris ex Rege ſtatim fit Imperator, ſicque promotione alia non indiget. Ille olim ex vana perſuaſione dicebatur promoveri ad Imperium per coronationem Pontificis Romani: vide *ſupra ad cap.*1. §.1. *obſerv.*5.

Obſervatio XIV.

Ad Verb. qui adhoc exiſtat idoneus.

1. *Qui eligendus in Imperatorem, debet eſſe bonus & juſtus.*
2. *Debet eſſe ſexus maſculini, non fœminini.*

QUi in §. anteced. dictus fuit utilis, hic dicitur idoneus, & infra *cap.*19. habilis & idoneus. De virtutibus ejus, qui in Imperatorem eligendus nonnihil *in d.* §. *anteced.* diſpoſitum vidimus, nempè, quod debeat eſſe juſtus & bonus; Juſtitia autem, & bonitate inſtructus dici nemo poteſt, qui non aliis quoque virtutibus (inter has enim eſt concatenatio quædam perpetua) ſit præditus. Sunt tamen nonnullæ, quæ magis decent imperantem, quàm obedientem: de quibus agit Lipſius *politicor. lib.* 2. *cap.* 10. 12. *& ſeqq.* aliique, qui de educatione Principum ſcripſerunt. Cætera, quæ ad habilitatem perſonæ ſpectant, diſtingui debent in neceſſaria, & non neceſſaria, quæ ad decorem faciunt, non ad ipſum eſſe. Ad neceſſaria refero 1. Sexum, nempe maſculus ſit, qui eligitur, non fœmina. Virorum enim imperia viri patimur, fœminarum non agnoſcimus. vide *tom. I. jur. publ. lib* 2. *cap.*2. *num.*8. *& ſeqq. & in add. ad h. loc. tom. IV. p.*205. Probatur hæc habilitas ex conſuetudine huc usque obſervata, ac ex lege ipſa, quando §. noſter vocula, qui utitur, & de Rege loquitur, non de Regina.

(Margin: 1. beside line 1; 2. beside "aliique, qui de educatione…")

Obſervatio XV.

1. *Debet eſſe Germanus.*
2. *An hoc Aurea Bulla requirat?*
3. *Expreſſè, vel tacitè.*
4. *Carpzovii error.*
5. *An hac qualitas à lege aliqua requiratur?*

SEcundò, ad neceſſariam habilitatem pertinet patria, ſit Germanus, (Trevirenſis apud Sleidan. *hiſtor. lib.*1. *f. m.* 19. *a.* vult, ut ſit talis origine, moribus, ingenio, lingua) non exteræ nationis; vide me *d. tom. I. lib.* 2. *cap.*2. *n.*82. *& ſeqq. ac tom. IV. in addit. ad dict. cap. & num. p.*206. *& tom. V. p.***6. An verò hanc habilitatis partem lex aliqua requirat, vel ſola conſuetudine hoc ita introductum ſit, expendendum venit. Sunt qui legi hoc attribuant, 2.

(Margin: 1. beside "SEcundò…")

ſed diverſimodè: Nonnulli id A. B. conſtitutum docent; inter quos eſt Daniel Otto *in diſſertat, de jure publico Imperii Rom. cap.* 8 *p. m.* 115. ubi ait: tit. 2. In A. B. expreſsè dicitur, Germanum eſſe eligendum; & ante hunc, idem docuit Georg. Schönborner. *lib.* 2. *politicor. cap.* 3. *p. m.* 97. ibi: id ſalubriter ſanxit in A. B. Carolus IV. Imper. ne ad Imperium admittatur alius, quam
3. is, qui ſe Germano Sanguine ſatum docere poſſit. Verum fruſtra hâc in re ad A. B. provocatur, quæ nec expreſsè nec tacitè hujus qualitatis meminit. Carpzov. *dogmat.* 3. *ad diſcuſſ. voti ſeptemvir. num.* 12. fatetur, non expreſſis verbis Bullæ noſtræ, tacitè tamen, & haud obſcurè prohiberi, Electores faſces Imperii Extero deferre, hoc ipſo, quod juramento aſtringuntur eligere talem, qui ad ſceptra & gubernationem ſit idoneus. *tit.* 2. *A. B.* nec enim,
4. communi Politicorum voto, extraneus quiſquam pro tali habetur. Præterquam autem, quod Carpzovius *in quaſt.* 2. *num.* 14. *diſput. feud.* 3. contrarium doceat, in eo hic lapſus eſt, quando ad commune Politicorum votum provocavit, nullo tamen eorum in ſpecie expreſſo, commune ſane id dici nequit, quod non omnem peregrinum ſemper pro inidoneo habet. Heider, *in Syſtem. Philoſoph. Politicæ. cap.* 2. *pag.* 354. Keckermannus *lib.* 1. *Syſt. polit. cap.* 2. *pag.* 48. *& ſeq.* Reinhard. König, apud Goldaſt. *in polit. Imper. part.* 14. *pag.* 655. *& ſeq.* Strauch. *in exerc. exoter. diſſert.* 4. *theſ.* 4. *pag.* 93. Gerhard. *in loc. Theolog. tom. VI. tit. de magiſtr. polit. cap.* 4. *num.* 109. *pag.* 525. Bodinus ait (*lib.* 1. *de Republ. cap.* 6. *p. m.* 96.) Peregrini ubique ferè muneribus publicis, & potiſſimum à ſacerdotiis, & magiſtratibus ſubmoventur; dantur ergò exempla in contrarium. Romani externis detulerunt Imperium, ut Trajano, & aliis deinceps, Tholoſ. *de Republ. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 17. De Regno Poloniæ res eſt notiſſima. Keckermann. *d. l. pag.* 49. Ideoque, in hâc quæſtione non tam ad Politicorum dogma, ſi illud generale eſſet, quale tamen eſſe non deprehendimus, reſpiciendum, quàm ad legem aut
5. conſuetudinem cujusque Regni. Talem in Imperio latam eſſe, extra dubium colloco, fretus authoritate Electorum, Moguntini, Trevirenſis & Saxonis, apud Sleidanum *hiſtor. lib.* 1. *f. m.* 16. *b.* 18. *a.* 19. *b.* Moguntinus quidem in initio Orationis ſuæ, provocat ad leges, & jusjurandum, ut videri alicui poſſit, ea de re non unam, ſed plures leges fuiſſe latas: ſed poſteà in ſingulari, *legis*, meminit, dum *d. pag.* 16. *b.* ait: lege, & jurejurando, & charitate communis patriæ, impedimur: Idem fit à Trevirenſi, *d. f.* 18. *a.* atque à Saxone, in cujus oratione hoc obſervo, quod ſolius legis, non verò illius, & juramenti faciat mentionem. Quoniam verò, ut Sabinus id deſcriptione Electionis & Coronationis Caroli V. apud Goldaſt. *polit. Imperial. part.* 1. *tit.* 7. *pag.* 128. refert, Moguntinus dixit diſertè, eſſe conſtitutum (legibus, vel lege) ne extero, ſed Germanico Principi Imperium comendetur, ſequitur omninò, eum non fuiſſe locutum de A. B, conſtitutione, quoniam, ipſo

Digitized by Google

ipſo Carpzovio teſte, ea non expreſsè, ſed tacitè hanc prohibitionem continet. Ergò alia quærenda eſt, quæ vel Ottoni III. adſcribenda, (cujus meminerunt, Sigon. *lib.7. hiſtor. Ital. fol.* 111. Iren.*exegeſ. Germ. lib.3. cap.33.* Mutius *lib.*14. Chron. Beuther. *animadverſion. hiſtor. cap.13. p.222.* Chron. Carion. *lib.4. in deſcript. vita Ottonis III. p. m.* 507. Heig. *part.1. quæſt.5. &c.*) vel alii, ne Moguntini teſtimonium flacceſcat. Quid huic legi objiciat Carpzov. *d. l.* expoſui *tom. V. jur publ. in addit. ad lib.2. cap.2. num.*83.

Obſervatio XVI.

1. *Eligendus, debet eſſe Princeps, vel Comes.*
2. *Quot nam ex Comitum ordine ad Imperium evecti?*
3. *Error Azorii.*
4. *Error Caſtaldi.*

TErtio loco requiritur, ut qui eligendus venit, ſit, ratione Status, illuſtris, vel Princeps, vel Comes; quod potius ex conſuetudine eſt, quam 1.
lege aliqua ſcripta. Inferiorem à Comite ad noſtrum Imperium Romano- 2.
Germanicum evectum fuiſſe non legi, multos verò ex Principum ordine, ex Comitum verò tantum quatuor, nempè Wilhelmum, Comitem Hollandiæ, Rudolphum Habspurgenſem, Adolphum Naſſovienſem, & Güntherum Schwarzenburgicum. Non autem admitto extenſionem hujus 3.
conſuetudinis, quæ placuit Azorio *part.2. inſtit. moral lib.*10. *cap.3. pag.*1031. *in* Imperatorem eligi poſſe, Ducem, Marchionem, & Comitem, vel alium quemlibet Principem, vel minori etiam in dignitate conſtitutum. Multo 4.
verò minus aſſentior Caſtaldo de Imper. *quæſt* 9. qui etiam ad privatam perſonam hoc largiſſimè extendit.

Obſervatio XVII.

1. *Eligi debet Chriſtianus.*
2. *An Catholica Romana Religioni ſolum addictus.*

QUartò, ſit religione Chriſtianus; Cum enim à Chriſtianis eligatur, ut 1.
Chriſtiani populi caput ſit, & Eccleſiæ Chriſtianæ defenſor, incredibile eſt Electores, alium, quàm Chriſtianum, electuros, & corpori ſancto caput diſſimile daturos. Præterea, qui extra Eccleſiam eſt, eamque averſatur, illi non præſtabit auxilium. Verum, cum in Imperio Chriſtiana religio non
ſit uniformis, ſed in varias diviſa ſectas, quæſtio agitari cœpit, an etiam alius, 2.
quàm Catholicæ Romanæ religioni addictus, eligi poſſit in Imperatorem? *de qua vide me d. tom. I. jur. publ. lib. 2. cap.2. num.*88. *& in addit. ad dict. loc. tom. IV. p.*215. *& tom. V. p.****9.*

Obſervatio XVIII.

Eligi debet laicus, non Clericus.

QUintò, debet eſſe laicus, non clericus, ne confundatur pſalterium cum cithara. Caſtal. *dict. tr. de Imper. quaſt.* 8. *n.* 7. Anton. de Roſell. *de poteſt. Imper. & Papa.* §. *& prolixius. num.* 6. De Maximiliano, jam Imperatore, refertur, quod conſilium inierit de acquirenda dignitate Pontificis ſummi, eaque conjungenda cum Imperiali, ſed fruſtra. Nec credendum Electores Pontificem electuros in Imperatorem, nec Cardinales Imperatorem in Pontificem. Sed quid ſi Clericus renunciet ordini: vide me *dict. tom.* I. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 19. *& ſeqq.*

Obſervatio XIX.

1. *Eligi debet, qui eſt ætatis ad res gerendas apta.*
2. *De Caroli V. ætate.*
3. *Juvenis quando eligendus.*
4. *Taciti oratio, ſe ſenio excuſantis, ne Imperator fieret.*
5. *Senatus Reſponſio.*
6. *Metii Falconii Nicomachi votum.*

1. SExtò, debet eſſe non nimium Juvenis, nec nimium Senex, ſed ejus ætatis, quæ ad res gerendas eſt apta: quamquam enim de ætatis termino nobis lex nulla ſit, (vide *d. tom.* I. *jur. pub. l.* 2. *c.* 2. *n.* 74 Otto III. admodum puer, Henricus III. anno ætatis ſuæ duodecimo, Henricus IV. octavo. Fridericus II. vigeſimo, Wilhelmus vigeſimo, Wenceslaus, decimo quinto Carolus V. anno decimo nono. Buxtorff. *d. diſc. ad A. B. theſ.* 31. *lit. c.* Ferdinandus IV. anno vigeſimo, Leopoldus anno decimo octavo, ad Imperium pervenit) Electorum tamen examini meritò relinquitur, an Status Imperii requirat Imperatorem juvenem, vel hominem ætatis provectioris.

2. Quando de eligendo Carolo V. conſultabatur. qui tunc erat 19. annorum, Elector Moguntinus dicebat, ætas ejus (Caroli ſcilic.) non eſt aſpernanda, quæ jam matura eſt rebus gerendis. Nec enim quærendus eſt ſenex Imperator, ut, cum biduum, vel triduum imperarit, poſtea de electione novi tumultus oriantur. Sabinus *in hiſtor. elect. & coron. Caroli V. apud. Goldaſt.*

3. *in politic. Imperial. part.* 1. *pag.* 130. *Nello eleggere un giouene in un grado* (ita legi annotatum ab Amadio Nicolucci. *lib.* 1. *de diſcorſi politici & militari. cap.* 58. *pag.* 148) *che habbia biſogno di una prudenza di vecchio, conviene* (*havendo-velo ad eleggere una moltitudine*) *che aquel grado lo faccia pervenire qualche ſua nobiliſſima attione: & quando un giovene è di tanta virtu, che ſia fatto in qualche coſa notabile conoſcere, ſarebbe coſa dannoſiſſima, che la città non ſe ne poteſſe valere all'hora, & che ella haueſſe ad aſpettare che foſſe in vecchiato, della quale in quella età la patria ſua ſi potena valere.* (In electione Juvenis, ad munus, quod requirit prudentiam ſenilem, conveniens eſt, ſi electio fieri debeat à multitudine quadam, ut ad illud vocetur, propter actionem aliquam inſignem: ac quando Juvenis ea præditus eſt virtute, quam facto egregio notoriam fecit, Reipublicæ damnoſum foret expectare, donec ſeneſceret, & ejus opera non uti in ætate juvenili, in qua tamen ad res gerendas

jam

Digitized by Google

jam aptus.) Notabilis eſt reſponſio Taciti, cum ei, jam Seni, Senatus 4.
Imperium deferret, apud Flav. Vopiſcum in vita *Taciti. edit. Gruteri inter*
hiſtor. Aug. ſcriptor. latinos minores. pag. 430. num. 4. & ſeqq.) Miror Patres
conſcripti, in locum Aureliani, fortiſſimi Imperatoris, ſenem velle Princi-
pem facere. En membra, quæ jaculari valeant, quæ haſtile torquere, quæ
clypeis intonare, quæ ad exemplum docendi milites, frequenter equitare?
Vix munia Senatus implemus, vix ſententias, ad quas nos locus arctat, edi-
cimus. Videte diligentiùs, quam ætatem de cubiculo, atque umbra, in
pruinas, æſtusque mittatis. An probaturos ſenem milites creditis: Videte
ne Reipublicæ, non quem velitis, principem detis; & mihi hoc ſolum ob-
eſſe incipiat, quod me unanimiter delegiſtis. Poſt hæc acclamationes Sena- 5.
tus hæ fuerunt: & Trajanus ad Imperium Senex venit; & Hadrianus ad
Imperium Senex venit: & Antonius ad Imperium Senex venit, & tu legiſti,
incanaque menta Regis Romani. Et quis melius quàm ſenex imperat?
Imperatorem te, non militem facimus, tu jube, milites pugnent. Habes
prudentiam, & bonum fratrem; Severus dixit, caput imperare, non pedes. 6.
Animum tuum, non corpus eligimus. Tacite Auguſte, Dii te ſervent.
Interrogatus præterea, qui poſt Tacitum ſedebat, Senator Conſularis, Me-
tius Falconius Nicomachus, in hæc verba diſſeruit? Semper quidem, Pa-
tres conſcripti, rectè atque prudenter Reipublicæ magnificus hic ordo con-
ſuluit, neque à quoquam orbis terræ populo ſolidior unquam expectata ſa-
pientia eſt: attamen nulla unquam neque gravior, neque prudentior in
hoc ſacrario dicta ſententia eſt. Seniorem Principem fecimus, & virum,
qui omnibus quaſi pater conſulat. Nihil ab hoc immaturum, nihil pro-
perum, nihil aſperum formidandum eſt. Omnia ſeria, cuncta gravia, &
quaſi ipſa Reſpublica jubeat, auguranda ſunt. Scit enim, qualem ſibi Prin-
cipem ſemper optaverit: nec poteſt aliud nobis exhibere, quàm quod ipſe
deſideravit, & voluit. Enim verò, ſi recolere velitis vetuſta illa prodigia,
Nerones dico, & Heliogabalos, & Commodos, ſeû potius ſemper Incom-
modos, certè non hominum magis vitia illa, quam ætatum fuerunt. Dii
avertant Principes pueros, & Patres patriæ dici impuberes; & quibus ad
ſubſcribendum magiſtri literarii manus teneant: quos, ad Conſulatus dan-
dos, dulcia, & circuli, & quæcunque voluptas puerilis, invitet. Quæ,
malum, ratio eſt habere Imperatorem, qui famam curare non noverit; qui
quid ſit Reſpublica neſciat, nutritorem timeat, reſpiciat ad nutricem, ma-
nuum magiſtralium ictibus, terrorique ſubjaceat, faciat eos Conſules, Du-
ces, Judices, quorum vitas, merita, ætates, familias, geſta, non norit? Sed
quid diutius, Patres conſcripti, protrahor? magis gratulemur, quod ha-
bemus Principem ſenem, quam illa iteremus, quæ plusquam lacrymanda
tolerantibus extiterunt.

Digitized by Google

Obſervatio XX.

An eligendus dives?

SEptimò ut noſtri Imperii hodierna eſt conditio, eligendus in Imperatorem debet eſſe dives, cum ab Imperii reditibus, qui ſuperſunt, tantum non habeat, ut ſe, ſuamque aulam pro dignitate exhibere poſſit. Ut deduxi *in annot. ad Capitul. Caroli V. artic. 9. verb.* das jenige/ſo darvon kommen. *num.* 20. *& ſeqq. quibus adde tom. V. jur. publ. in addit. ad jur. publ. lib. 2. cap. 2. num.* 98. *p.* **11.

Obſervatio XXI.

An gnarus militiæ.

OCtavò, in eligendo requiro vigorem Martium, & rei bellicæ notitiam; vide *tom. IV. jur publ. in addit. d. lib. 2. cap. 2. num.* 48.

Obſervatio XXII.

Quæ alia ad perfectionem Imperatoris faciant?

NOn neceſſaria, utilia tamen, & convenientia ſunt eligendo. 1. Elegantia formæ, & membrorum Symmetria. vide *dict. tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 2. num.* 73. 2. Hiſtoriarum, & Politicarum rerum, nec non præcipuarum linguarum, ac bonarum artium cognitio. *tom. IV. jur. publ. in addit. ad dict. lib. 2. cap. 2. num.* 98. *pag.* 217. *& ſeq.* 3. Eloquentia. 4. Aliaque multa, ut revera Claudianum illud de eo dici poſſit.

- - - Quæ ſparguntur in omnes,
In te mixta fluunt, & quæ diverſa beatos
Efficiunt, collecta tenes.

Obſervatio XXIII.

Ad verb. & ſenſus mei.

1. *Electores debent eligere eum, cujus virtutes habent cognitas.*
2. *Imperatorem eſſe, fortuna adſcribit Conſtantinus Auguſtus.*

1. VT Electores in eligendo non aberrent, neceſſe eſt, ut qualitates ejus, quem eligere volunt, benè habeant cognitas, atque perſpectas. Elector Moguntinus, quando Carolum V. eligendum cenſuit, de ipſius indole compertum eſſe dixit, religionem, juſtitiam & pudicitiam amare, & ſævitiam omnem odiſſe, & ingenio valere: has virtutes illum officii perpetuò commonefacturas, ut Rempublicam curet. apud Sleidan. *hiſtor. lib.* 1. *fol. m.* 17. *b.* ſed quemadmodum Electores homines ſunt, ita humani ab illis nihil alienum, unde poteſt contingere, ut ſemetipſos decipiant, & aliorum
2. relationibus decipiantur. Conſtantinus Auguſtus, Ælio Lampridio, in

vita

vita Heliogabali (apud Gruter. *inter ſcriptor. Latinos minores hiſtoria Auguſta. pag.156. n.34.*) annotante, ſolebat dicere, Imperatorem eſſe, fortunæ eſt: nam & minus boni Reges fuerunt, & peſſimi. Agendum verò ut ſint Imperio digni, quos ad regendi neceſſitatem vis fatalis adduxerit.

Obſervatio XXIV.

Ad Verb. absque omni pacto, ſtipendio, pretio.

1. *Votum Electoris debet eſſe liberum, non emptum.*
2. *Quid poſſit Elector accipere?*

NOn licet Electori cum alio paciſci de voto, neque illud accepto pretio vendere, vel promittere. Ea autem, quæ ex conſuetudine illi debentur, poteſt petere & accipere poſt electionem peractam, nec non dona, quæ non ex pacto *arg.cap.18. etſi quæſtiones extra de Simon.* Rittersh. *ad Novell. part.1. cap.7. num.35.*) ſed gratitudinis ergo ab Electo illi offeruntur. vide *annot. mea ad Capit. Caroli V. procem. verb.* durch die Wahl *num.21. & ſeqq. pag.24. ac ad procem. Capitulat. Ferdinandi I. verb.* mit folgender Geding-haltung. *num.33. pag.437.*

1. 2.

Obſervatio XXV.

Ad Verb. & omnes Sancti.

Electores ut jurent hodiè.

CAtholici Romani, quia Sanctos invocandos eſſe credunt, tale juramentum præſtare poſſunt. Eſt enim juramentum ſpecies cultus & invocationis: Noſtrates id non poſſunt. Electores autem hodiè, non amplius in adjutorium vocant Sanctos, ſed DEUM & ſanctum Evangelium, *ſupra ad præſentem. §.2. obſerv.1.*

Obſervatio XXVI.

Ad Verb. Sancti.

1. *Sancti nomen cui detur in Eccleſia Catholica Romana.*
2. *Abuſus.*

SAncti nomen in Eccleſia primitiva omnibus S.S. Euchariſtiæ capacibus Chriſtianis tribuebatur, ſed, deficiente primævo zelo, ſacerdotibus tantum, & demum ſolis Patribus Eccleſiæ, atque Epiſcopis compellatio ſanctitatis manſit, ut eo titulo monerentur ad vitam dignam incontaminato munere ſuo; nunc ad ſolum Pontificem Romanum reſtringitur, propter eminentiſſimam dignitatem, qua vices Domini noſtri JEſu Chriſti in terris gerit, & functionis ſuæ præcellentia implet universâ duplici clavium poteſtate. Ad reliquos ergò Chriſtianos ea compellatio ita deſivit, ut tantum modo tribuatur illis, qui vel ſupra militantem Eccleſiam evecti, extra hujus mundi fluctus conſtituti, ſtabilesque in æternitatis portu, nulli amplius ſubjacent mutationi; vel paucis, qui in terra adhuc militantes miraculorum gloria, ſimilive cœleſtis gloriæ certò obtinenda arrha à DEO honorantur. Ita ſcribit 1.

ſcribit & ſentit Ægidius Gelenius de admiranda ſacra & civili magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis Auguſtæ, Ubiorum urbis *lib.* 4. *in præfat.* 2 *pag.* 653. De abuſu hujus nominis Sancti, vide me *in annotam. ad Capitulat. Caroli V. artic.* 1. *verb.* Heiligkeit. *num.* 5. *& ſeqq. pag.* 132. & Balſaci Epiſtolium, ad Cardinalem Richelium, quod habetur inter appendices ad librum de Principe. *pag.* 445. ubi ita fatur: *Les Peres du ſixieſme Concile de Conſtantinople nomment Juſtinian, Sainct Juſtinian, & ſa femme, Saincte Theodore, quoy que la vie de l'un & de l'autre, ait eſté plus remplie de monſtres, que de miracles, & que Theodore particulierement ne ſe ſoit ſervie de la puiſſance de l'Empire, que pour faire du mal à l'Egliſe. De la meſme ſorte, Theoderic Arrien eſt appellé Sainct Theodoric, par le Concile de Rome. Et au rapport d'Euſebe, Denys d'Alexandre, martyr de noſtre Seigneur, bailla le tiltre de treſſainct à Valerian Empereur payen, quoy que nous ne le baillions maintenant, qu'au chef de la religion Chreſtienne.* (Patres in ſexto Concilio Conſtantinopolitano Juſtiniano attribuunt nomen Sancti, & uxorem ejus Theodoram ſanctam appellant, licet vitæ utriusque curſus actionibus vitioſis, magis, quam miraculis, inclaruerit, ac in ſpecie Theodora poteſtate Imperiali uſa fuerit in Eccleſiæ damnum. Eodem modo Theodoricus, Arrianus, à Concilio Romano dicitur Sanctus Theodoricus: ac referente Euſebio Dionyſius Alexandrinus, martyr Domini noſtri JEſu Chriſti, attribuit titulum Sanctiſſimi Valeriano Imperatori pagano, quem tamen hodiè privativè capiti religionis Chriſtianæ aſſignatum novimus.)

§. 3.

Ad verb. Nuncios in forma.

Obſervatio I.

Formula juramenti, quod præſtant Electorum Nuntii.

JUramentum præſtant Nuncii eodem quidem modo, quo Electores præſentes, ſed non eadem formula: jurant enim in animam alienam *A. B. c.* 19. & propriam ſimul. Ita juraſſe lego in Protocollo electionis Caroli V. apud Goldaſt. *part.* 1 der Politiſchen Reichs-Handlungen/ *pag.* 40. Bohemiæ Legatum, Ich Ladislaus, Herr zu Sternberg/ Oberſter Cantzler der Cron zu Böheim/ als nach gemeldter Sache gewalthabende Bottſchafft/ ſchwere ich meine und derſelben/ von dem ich geſchickt bin/ und Gewalt habe/ Seele/ zu den heiligen Evangelien/ hie gegenwärtiglich für mich gelegt/ daß ich nach aller meiner Vernunfft und Verſtändnuß/ mit GOttes Hülff wehlen wil ein weltlich Haupt dem Chriſtlichen Volck/ das iſt/ einen Römiſchen König/ und zukünfftigen Keyſer zu erheben/ und zu machen/ der darzu geſchickt und tüglich ſey/ ſo viel mich meine Vernunfft und Sinne weiſen/ und nach dem berührten

meinem

meinem gethanen Eydt / meine Stimm / Votum und Wahle geben will / ohn alle Geding / Sold / Lohn / oder Verheiß / oder welcher maſſen die genennet werden möchten / als mir GOtt helffe / und ſeine Heiligen.

Obſervatio II.

Ad Verb. ad electionem procedunt.

1. Quo in loco Francofurdi peragatur electio. 2. Exempla diverſa.

1. VBI, & quo in loco civitatis Francofurdenſis Electio peragi debeat, à Carolo non exprimitur, & erraſſe me ingenuè fateor, quando *tom. I. jur publ. lib. 2. cap. 3. num.* 33. neſcio qua præcipitantia, locum probare volui ex hoc *c. 2. Bullæ.* §. 5. ubi tamen de eo planè nihil cavetur. Conſueverunt autem hactenus Electores electionis actum perficere in conclavi dictæ Eccleſiæ S. Bartholomæi, quod vocatur die Chur-Cammer / vel die Liberey. Goldaſt. *part. 2.* der Reichs-Satzungen / *pag.* 173. liberaria. Idem Goldaſt. *part.* 1. der Politiſchen Reichs-Händel / *pag.* 41. *tit.* 26. oder die Cammer neben dem Chor.

2. Reperio tamen etiam extra hoc templum, electionem aliquando factam fuiſſe. Anno 1410. nach Keyſer Ruperti Tod / ſeynd die Churfürſten bey der Wahl zu Franckfurt zwiertrăchtig geweſen / und haben etliche / weil ihnen die Kirche verſperret worden / unter dem freyen Himmel / auff dem Kirchhoff bey S. Bartholomæi Kirche / vor dem hohen Creutz / König Sigismundum in Vngarn erwehlet; andere in der Kirchen / Joſten von Brandenburg. Zeil. *apud Merian in topograph. Haſſiæ p.* 31.

Obſervatio III.

Ad Verb. ſeparentur.

Quis debeat impedire Electorem volentem abire ante electionem peractam.

SI quis Electorum ante electionem finitam vult abire, Francofurtenſes id tamdiu impediunt, donec Rector, & temporale Caput fidelium electum ſit, & eorum voluntates in unum conſenſerint. *cap. 2. A. B.* §. 3. Ita ſcribit Sinold. *part. 1. de Statu Rei Rom. diſput. 2. §. 14. lit. d. pag.* 68. Id tamen, quod de Francofurtenſibus aſſeverat, textu A. B. non continetur, unde huic traditioni accedere minime tutum eſt. Poſtquam jurarunt Electores, ſe electuros Regem Romanorum, id præſtare tenentur; ergò, ſalva conſcientia, & præſtita fide, non poſſunt abire ante electionem peractam. At ſi quis eorum abire velit, credo eum à Coelectoribus ſuis admoneri poſſe, ut juramento ſatisfaciat, quod ſi verò admonitionem non admittat, nullibi ſtatutum reperio, illum à Francofurtenſibus cogi poſſe, ut remaneat. Scilicet Francofurtenſibus incumbit protegere Electores, non cogere.

Obſervatio IV.

Imperator dicitur caput populi Chriſtiani, temporale caput mundi.

Ad Verb. temporale caput.

IN §. præced. vocatur Caput populi Chriſtiani, hîc dicitur temporale Caput mundi, ſeu populi Chriſtiani. In Imperii actis, & Receſſibus, Imperator aliquando appellatur, das Haupt/ Cammergerichts-Ordnung zu Conſtentz/ *de anno* 1507. *artic.* Wann gegenwärtige Gewalt / *pag.* 69. R. A. zu Augſpurg / *de anno* 1530. §. Deßgleichen Wir / *pag.* 201. aliquando das Ober-haupt im Reich/ R. A. zu Augſpurg / 1566. §. und nach dem / *p.* 555. quandoque ein wachſend Haupt deß Röm. Keyſerthumbs. R. A. zu Speyr / *anno* 1570. §. nach erledigtem / *p.* 608. *vide tom. I. jur. publ. c.* 7. *n.* 50. *& ſeq.* ubi etiam allegavi. R. A. zu Augſpurg / *de anno* 1530. §. Nachdem aber / ibi, oberſtes Haupt der Chriſtenheit / quo in agnoſco à me commiſſum errorem, textus enim ſonat, oberſten Vogt der Chriſtenheit.

Ad Verb. mundo.

Obſervatio V.

Imperator non eſt univerſi mundi caput, ſed alicujus tantum partis.

IMperator eſt caput mundi, non totius, ſed iſtius partis, quæ ſub *Imperio* Romano Germanico continetur; certè, Galliæ caput non eſt, nec *Hiſpaniæ*, nec Angliæ, nec aliarum, quæ ſua habent capita peculiaria, nullo modo ab Imperio Romano dependentia. Itaque hic eadem ſignificatio mundi recipienda eſt, qua intelligitur verum eſſe commune illud JCtorum dictum, Imperatorem eſſe Dominum mundi. vide *tom. I. jur. publ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 21. *& ſeq.*

Ad Verb. facere diſſenſerint.

Obſervatio VI.

1. *Johannis Portuenſis Cardinalis dictum.* 2. *Hoc cenſuræ ſubjicit Rouſſel.*

1. MOrtuo Clemente IV. Pontif. tanta invaſit diſcordia Cardinales, ut ſedes vacarit annos duos, menſes 9. & diem, quia uniusquisque ad Pontificatum aſpirans alii cedere nollet; (Nec enim jam erat conſuetudo, ut conclavi recluderentur) quamquam Philippus Francorum, & Carolus Siciliæ, Reges, Viterbium, ubi Comitia habebantur, accederent, maturam & celerem electionem rogantes; ſed fruſtra. Tuncque Johannes Portuenſis Cardinalis, videns ea in pertinacia ſuos collegas Spiritum ſanctum ſæpius invocantes, publicè dixit, diſco aperiamus tectum Cameræ hujus,

2. quia Spiritus ſanctus nequit ad nos per tot tecta ingredi. Quod dictum, licet ironicum, indecens erat Cardinali, & quaſi blasphemum fuit: nihil enim eſt non pervium virtuti DEI, niſi obſtinatio cordis, quæ directè Spiritui ſancto repugnat: ea eſt enim, cujus peccatum neque in hoc, neque in altero ſeculo remittetur. Itaque melius dixiſſet: frangamus tecta cordis noſtri, id eſt obſtinationem, quæ ſe opponit Spiritui ſancto, ne ad nos veniat; ita refert, & judicat Rouſſel. *hiſtor. jurisdict. Pontificia. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 53. *pag.* 240.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio VII.

1. Quid anno 1439 Baſileæ, quando Pontifex eligendus erat, ratione alimentorum inter eligentes obſervatum.
2. Querela Archidiaconi Cracovienſis.
3. Obſervatio antiqua in ſubminiſtrandis cibariis.

Ad Verb. panẽ manducent.

CUm anno 1439. Baſileæ Cardinales in conclavi degerent, eligendi Pontificis cauſa, cuſtodes conclavis obſervare tenebantur, ne ad Electorum alimenta diverſæ ſpecies cibariorum deferrentur: Et oportebat quidem, aut carnibus tantùm, aut piſcibus veſci, aut ſi neque hoc, neque illud placebat, ovis & caſeo. Rurſusque qui carnibus utebatur, una ſpecie contentus eſſe debebat, nec, qui bovinam habuit, uti etiam ovina potuit. Quod idem quoque in piſcibus fuit; nec enim cui muræna eſt intromiſſa, offerri quoque anguilla potuit. Si quis autem in legem commiſit, partem alteram ad oſtium perdidit; idque, cum prima die familiares incautè commiſiſſent, & Domini, quaſi nuptias celebrantibus, dubiam afferrent cœnam, omnes in oſtio ſpoliati ſunt, nec plus una ſpecie intromiſſum eſt. Quos inter Cracovienſis etiam Archidiaconus diminutionem tulit: Cui, cum aves, & arietinæ carnes afferrentur; ſubtractæ aviculæ ſunt, orante in porta famulo, ut quod ſupereſſet id Domino concederetur; ſperabat namque ex ariete partem, ex avibus autem partem non ſperabat. Dominus verò aviculas præoptaſſet. Ideoque ut ſpolium ſenſit, ubique conqueſtus, publiceque teſtatus eſt, nunquam ſe diem, poſtquam ſacerdos fuit, tuliſſe pejorem. Ac cum rogaretur, ne ægrè id ferret, quoniam idem contigiſſet Cardinali, proh, inquit, Cardinalem mihi comparas, hominem Gallum, parcum, eventrem, aut (ut verius loquar) non hominem? Ego apud eum meo malo infortunio ſum locatus, omnia quæ facit perluſtris mihi cortina indicat, nec adhuc aut bibere eum, aut comedere vidi: & quod mihi moleſtius eſt, inſomnes noctes, inſomnesque dies ducit, aut enim legit ſemper, aut negotiatur, nulla ei minor, quam ventris eſt cura, mihi nihil cum eo commune eſt. Ego Polonus ſum, ille Gallus, mihi ardet, illi friget ſtomachus, illi ſanitas, mihi mors jejunium eſt. Ego niſi multum comedam, & multum dormiam, citò deficiam: illi econtrario omnia ſunt. Jejunent ergò Galli, Poloni comedant. Quo dicto cunctos in riſum vertit. Et quoniam de hoc faceto & hilari homine fecimus mentionem, id quoque non prætaeribo; ea namque infelicitas ejus fuit, ut famulus ejus, qui foris manſit, ſemper ad oſtium veniret ultimus cum cibariis, ex qua re ortum in oſtio proverbium fuerat, ultimum eſſe qui prior eſuriret. Fuit autem hæc lex de cibariis antiquitus aliter inſtituta: Primis enim tribus diebus nulla erat cibariorum apud veteres limitatio, quarta die ad unam ſpeciem redigebantur, nona verò ſublatis aliis, ſolum panis & aqua Electoribus tradebatur. Clemens autem uti clementia

 cupiens.

Digitized by Google

cupiens, rigorem legis in modum, qui nunc ſervatur, moderatus eſt: *ita legitur apud Modium in pandect. triumphal. tom. I. lib. 4. pag. 152.*

Obſervatio VIII.

Ad verb. aquam.

1. *Movetur dubium de cibariis.*
2. *De oſtiolo in porta conclavis, per quod Cardinalibus ſubminiſtrantur cibaria.*

1. QUoniam Electores inhoſpitiis ſuis, vel domibus conductis, vivunt, neſcio, quis ipſis imponere poſſit, ut panem manducent, & aquam bibant. Lex illis hæc imponit, ſed executorem legis non reperio. Cardinales, electuri Pontificem, facilè ad obſervantiam illam, quæ ipſis reſpectu cibi & potus præſcripta, alligari poſſunt, quoniam ad conclave & cellulas
2. eorum per portam inferuntur cibaria, ubi inſpectioni exponi debent. Eſt oſtiolum in porta, cujus habent clavem Magiſtri ceremoniarum, & prandii, ac cœnæ tempore ſolum aperitur. Tunc enim per illud infertur cibus ex culinis, quæ ſunt foris, & adſunt Epiſcopi quidam, ad eam rem delecti, qui cibum omnem diligenter perquirunt, ne quid forte literarum lateat. Ab iis accepta fercula magiſtri ceremoniarum tradunt famulis Cardinalium per iſtud oſtiolum, nec enim ullis aliis licet appropinquare. Sleidan. *lib. 21. hiſtor. f. m. 377. lit. a.*

Obſervatio IX.

Ad verb. Rector.

Rector multum differt à dominatore.

REctor liberorum & hominum in libera Republica, Dominator verò ſervorum; ut ex Cæſaris oratione apud Tacitum *lib. 12. annal. pag. m. 274.* cognoſcimus, qui in præſentia Meherdatis, addidit præceptum, ut non dominationem & ſervos, ſed rectorem & cives cogitaret. Eodem ſenſu Imperator dicitur præſidere Imperio. *infra A. B. cap. 7. in pr.* adminiſtrare Imperium, &c. *vide annotam. ad Capitulat. Caroli V. artic. 1. verb.* Königliche Würden. *num. 1. & ſeqq.*

§. 4.

Obſervatio I.

Ad verb. ipſi.

1. *Vota Electorum ſunt vel concordantia, vel non.*
2. *Majora concludunt.*
3. *Duplex concordia.*
4. *Pluralitas votorum in eligendo Pontifice.*

1. IN Electione Regis Romanorum, vota Electorum ſunt vel concordantia, vel diſcordantia. Illo caſu, electio omninò ſubſiſtit, propter unanimem
2. conſenſum: Hoc vero, ſaltem illa valida eſt, in qua majora concurrunt:
3. nempe hîc obtinet commune illud, major pars concludit. In jure duplicem

eſſe

Digitized by Google

eſſe concordiam, monet Azorius *tom. II. inſtit. moral. lib.10. cap.4. §. ult. pag.1567.* unam plenam reipſa, & verè; ſcilicet, quando omnes conſentiunt, ita ut nemo diſſideat: alteram, quæ dicitur, concordia juris fictione, quando ſecundum Canones, leges & jura, in electione alicujus requiritur, & ſufficit major pars Electorum. *l. quod major 19. ff. ad municipal. c. apoſtolica, cum gloſſa diſt.56.* Quod etiam obtinet, ſi plures ejuſdem rei judices dati fuerint. *l. Pomponius 36. ff. de re judic.* modo omnes præſentes ſint. *l.39. d. t.* poſterius tamen in caſu noſtro neceſſarium non eſt, ſed inter contingentia numeratur, *ſupra c.1. §.21.* In electione Pontificis non ſimpliciter majoris partis vota obtinent, ſed electio valere nequit, niſi ex tribus duas partes electus referat. Rouſſel *lib.2. hiſtor. juriſdict. Pontif. dict. cap.9. num.57. pag. 242. & num.60. pag.244.* exempli gratia, ſi Cardinalium eligentium numerus ſit ſexaginta, majoritas votorum dicetur, ſi quadraginta votis convenerint. 4.

Obſervatio II.

Ad Verb. pars eorũ major.

In quibus cauſis majora vota in Imperio non concludant.

QUibus in cauſis majora vota locum non obtineant in Imperii conventibus, enarravi *tom. III. jur publ. lib.9. cap.1. num.182. & ſeqq. ac. tom. V. in addit. ad d. cap. & num.182.*

Obſervatio III.

Ad Verb. elegerit.

1. *Pontifex variè eligitur.*
2. *Conſtitutio Concilii Baſileenſis.*
3. *Hæc laudatur, tanquam æquiſſima.*

VOta in electione Pontificis codicillis colliguntur, qui ſi adeò diſcrepent, ut nemo duas ex tribus partes ferat, acceſſu fit electio, vel adoratione. 1.
Primo modo nominantibus Cardinalibus, quem voluerint: quod ſi nominantium duæ partes in unum concurrant, is eſt electus. Secundo verò modo, id eſt adoratione, quando ſpreto ſcrutinio duæ partes unum ſalutant, & venerantur pro Pontifice maximo; Concilium tamen Baſileenſe vetuit à ſcrutinio recedi, antequam exploratum ſit, an ſexies repetitum producere poſſit ſummum Pontificem: quod decretum æquitate pleniſſimum eſt. Siquidem nemo neſcit in adoratione, & acceſſu plurimum poſſe ad 3.
alios pertrahendos, ſi quis inter præcipuos & potentiores (ut in collegiis nunquam deſunt, qui alios autoritate & gratia ſuperant) primus acceſſerit, aut adoraverit, vel palam nominaverit: nam, ut ait Symmachus, in deliberando perſona pondus facit, quando reſiſtitur potentiori? Quamobrem cum Tiberius quondam in Senatu proclamaret, ſe quoque in quadam cauſa laturum ſententiam palam, & juratum quo cæteris eadem neceſſitas fieret; Cneus Piſo, inquit, quo loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habeo quod ſequar. Unde idem

Digitized by Google

idem Tiberius, cum de Lepidæ à Quirino, viro ſuo adulterii accuſatæ capite ageretur, licet viginti jam per annos ab eo ſeparata eſſet, noluit Druſum, nepotem ſuum, opinari primum, ne, ut ait Tacitus, cæteris aſſentiendi neceſſitas fieret. Scio tamen apud veteres hoc obſervatum, ut honoratiores, & ſeniores primi dicerent, quod ſentirent de re in quæſtionem adducta: ſed ubi de electione Conſulum agebatur, juniores primi ſuffragia ferebant. Quicquid ſit, tutior videtur per Codicillos, & tabellas ſuffragiorum conſultatio, quia eo modo libertas eſt liberior. Hinc apud Venetos lege cautum eſt, ne apertè ſuffragia ineantur: qui ſecus fecerit, ſuffragiorum jure Magiſtratibusque annos duos careat. Et ſanè ipſi prudentiſſimi politici tantam cautionem in ſuffragiis excipiendis adhibent, prout ampliſſimè referunt Bembus, & Contarenus, ut vix ambitioni locus ſit. Quoad vero dignitates Eccleſiaſticas extat Innocentii tertii reſcriptum (*cap.42. de elect.*) ex Concilio generali Lateranenſi, ut tres de collegio fide digni, ſecretò, & *ſigillatim* vota cunctorum exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent *in communi*. Contra verò Concilii Tridentini decreto de electione Abbatum, (*cap.6. ſeſſ.25.*) ita eligi per vota ſecreta debent, ut ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur: quod intelligendum, niſi electione perfecta. Ad hoc enim, ut ſciatur quis plura ſuffragia habeat, publicari nomina neceſſe eſt: ſed tutior videbatur eligendi forma, quando in capſam, vel urnam, quisque eligentium ſuum Codicillum mittebat. Jam verò rarum eſt, quempiam eligi Pontificem Romanum ex ſolis Codicillis; ideoque votorum acceſſio conficere totum opus ſolet; cui etiam plerumque adoratio jungitur. hucusque Rouſſel. *d. cap.9. num.57. 58. 59.*

Ad verb. veniret antequam.

Obſervatio IV.

De Electoribus tardè venientibus ad electionem.

Electores in termino præſcripto debent venire ad electionem perficiendam; Inter eos verò, qui omninò non veniunt, & illos qui veniunt, ſed tardè, & poſt terminum, datur differentia, Non venientes carere debent voce, ſeu jure electionis, iſta vice. *ſupra cap.1* §.21. Tardè autem venientes, vel accedunt tempore, quo electio nondum peracta, & admittentur ad eam, eo in ſtatu in quo illa eſt adventus tempore; ſed ut rationi conveniens, (licet à conditore Bullæ id omiſſum) præſtantes juramentum, quod à cæteris jam præſtitum. Aut adveniunt poſt electionem peractam, quo caſu votum eorum, quod ipſi neglexerunt, amplius non requirendum.

§.5. Obſer-

§. 5.

Obſervatio I.

1. *Electio refertur in literas.*
2. *Electio proclamatur.*
3. *à quo fiat proclamatio.*
4. *Denunciatur Electo.*
5. *Offertur Capitulatio.*
6. *Si Electus eſt in conclavi præſens, exinde deducitur ad altare Eccleſiæ.*

POſtquam electio facta eſt, 1. Illa à Moguntino in conclavi edicitur, & notariis, ac teſtibus adhibitis, refertur in literas, quæ Electorum ſigillis appoſitis muniuntur. 2. Fit proclamatio publica electionis, in Eccleſia Bartholomæi, (ſi facta Francofurdi) aut in majori æde ſacra ejus loci, ubi electio peracta; Voce ejus, quem Moguntinus ad hoc delegit: Aliquando id factum reperio à majoris Eccleſiæ Moguntinenſis Decano, aliquando à Cancellario Electoris Moguntini, aliquando à Præpoſito Moguntino. Sinoldus *dict. part.1. diſput.2. theſ.17. lit. a. pag.*72. facit mentionem Canonici Moguntinenſis. Sabinus in deſcriptione electionis & coronationis Caroli V. apud Goldaſt. *in polit. Imper. part.*1. *pag.*133. accerſita nobilitate, ac multitudine univerſa, publicè factam eſſe renunciationem, habente orationem Moguntino, eam in ſententiam quam ibidem exponit. Protocollum autem ejus electionis apud Goldaſt. *part.*1. Politiſcher Reichshändel. *pag.*41. *titul.*26. hanc renunciationem publicam à Decano Moguntinenſi, nomine, & mandato Moguntini factam refert, alia longa formula (*pag.*42.) quam illa, quæ à Sabino deſcripta. Ego in hâc diſſonantia protocollum præfero. 3. Illa denunciatur electo ab Electoribus, addita rogatione, ut eam velit acceptare. 4. Offertur Capitulatio, in quam ſi conſentiat Electus, ad ejusdem obſervationem ſe juratoria aſtringit obligatione. 5. Illud peculiare eſt, ſi electus præſens, ut deducatur ex conclavi ab Electoribus ſolenni pompa ad altare, ubi, flexis in ſuperiori gradu genubus, adorandum ſe componit, Electoribus ad latera utrinque conſiſtentibus: tum verò ſtatim, Adjutorium noſtrum in nomine Domini &c. pſalmusque, In virtute tua lætabitur Rex, &c. cum pertinentibus ad eum precatiunculis, ſuper novo Rege dicuntur; quibus finitis, electus in altare ab Electoribus elevatur, & collocatur, hymnusque Ambroſii, & Auguſtini, Te DEUM laudamus, &c. decantatur. Deinde deducitur extra chorum, & aſcendit pegma ad hoc in Eccleſia extructum, tuncque fit publicatio & proclamatio ad populum: ita factum tempore, quo Matthias. anno 1612. electus fuerat: Referente Gothardo Arto, apud Goldaſt. *dict. part.*1. *polit. Imper. pag.*173. & ferè ſimiliter antea, vide Goldaſt. *dict. part.*1. *pag.*91. ac quando Maximilianus II. electus fuerat. Schardius apud Goldaſt. *dict. part.*1. *pag.*143. Quoniam de his omnibus, quæ

quæ nunc enumeravi, Bulla noſtra hic tacet, volui ea in gratiam lectoris conſignare, ut materiæ electionis ampliorem conſequatur notitiam.

Ad verb. conſtituimus.

Obſervatio II.

Differentia inter legem, & conſuetudinem.

QUod conſuetudine immutabiliter obſervatum, id Carolus lege ſua confirmat: qua confirmatione an opus fuerit, non ſine ratione ambigas. Conſuetudo, & lex, ejusdem ſunt efficaciæ. *l.* 53. *ff. de ll.* ut, quod conſuetudine receptum, pro lege obſervari debeat. Hoc inter conſuetudinem & legem intereſt, quod hæc ſit lex expreſſa, illa lex tacita. Lopez *animadverſ. cap.* 5. *n.* 8. *d. l.* 35. hæc lex ſcripta, illa lex non ſcripta. *l.* 6. §. 1. *de juſt. & jur.*

Ad verb. peracta ſtatim electione.

Obſervatio III.

Quando electus confirmet privilegia Electorum.

ELectio tunc dicitur peracta, quando omnia quæ ad illam pertinent peracta ſunt; itaque, ante publicationem, & acceptationem perfectè peracta dici nequit. His itaque peractis, ſtatim Electus confirmare debet Electorum privilegia, non ante. Sinoldus *dict diſput.* 2. *theſ.* 18. *lit. a. pag.* 73. verbum *ſtatim* hîc laxius eſſe interpretandum docet, ut ſignificet, confirmationem ante coronationem fieri debere. Certè, ut hodiè mores ſunt, non ſtatim poſt electionem hæc confirmatio fieri ſolet; nam in capitulatione, in quam poſt electionem Rex Romanorum jurat, promittit ſe confirmaturum (ergò nondum confirmata) Electoribus competentia privilegia.

Obſervatio IV.

Qua ſit differentia in Polonia, inter Regem electum, & coronatum.

IN Polonia magna eſt differentia inter Regem electum, & Regem coronatum; Electus enim Rex non poteſt exercere functiones Regias antequam coronetur. Nec diſtribuit beneficia, aut officia, niſi aliqua in futurum promittat. Unde & Cancellarii nil ſigillant, & demum poſtquam ſigilla Regis defuncti circa ejus funeris celebritatem confregerint, à coronato Rege novo nova accipiunt. Literæ autem ab electo Rege, præſertim officioſæ ad Principes exteros, interim ſcribuntur, cum titulo Rex electus, ac ſigillo, quo ille utebatur ante electionem ſuam, ſignantur, Paulus Piaſecius *in chron. geſtor. in Europa ſingularium. pag.* 456.

Ad verb. in aliquibus cauſis aliis.

Obſervatio V.

1. *Iſta confirmatio eſt primus actus electi.*
2. *Quid vox Virtus in A. B. ſignificet.*
3. *Electus utitur virtute Imperii.*
4. *Etiam ante coronationem.*
5. *Differentia, inter Regem Romanorum, & Imperatorem, eſt verbalis.*

Con-

Confirmatio Privilegiorum Electoralium debet eſſe primus actus, quem 1.
virtute Imperii electus peragat. Virtus autem hîc accipitur pro facul- 2.
tate, vi, ſeu proprietate inſita, nobis Krafft: quo ſenſu etiam uſurpatur in-
fra *cap.7. §.1.* ibi, virtute Regni, & Principatuum ſuorum, *cap.20. in pr.*
virtute juramenti, ſupra *cap.1. §.22.* virtute conſtitutionis. *dict. §.22. in fin.*
virtute legis, *cap.10. §.2.* Patet autem ex hujus conſtitutionis verbis. 1. Ele- 3.
ctum adminiſtrare, vel tractare negotia, & cauſas Imperii, non vi propria,
ſed virtute Imperii, in Krafft deß Reichs / atque ſic revera nomine officii,
quod illi ab Electoribus collatum. *vide ſupra obſerv.17. ad procem. & annot.*
ad Capitul. Caroli V. artic.1. verb. Königliche Würden / Ampts und Regie-
rung. 2. Electum hæc exercere, etiam ante coronationem Aquisgranenſem. 4.
3. Regem Romanorum (eo ſenſu quo hic accipitur) adminiſtrare Imperii
jura, licet non habeat nomen Imperatoris coronati Romæ, ſed electi tantum
in Germania. 4. Differentiam inter Regem Romanorum, & Imperatorem 5.
Romanum, fuiſſe quaſi verbalem, magis ratione nominis, quam virtutis
& potentiæ.

Obſervatio VI.

Ad Verb. propinquiora S. Imperii membra.

Imperium aſſimilatur corpori.

Totum Imperium aſſimilatur corpori, cujus anima eſt majeſtas realis, caput Imperator, membra propinquiora Electores, reliqua cæteri Status. Ut ex Receſſibus Imperii demonſtravi. *tom. I. jur. publ. lib.1. cap.7. num.50. & ſeqq.*

Obſervatio VII.

Ad Verb. Principib. Electoribus.

Electus in Imperatorem, non Electoribus tantum, ſed etiam reliquis Imperii ſtatibus competentia privilegia confirmare debet.

Aurea Bulla ſaltem Electoribus conſultum ivit, quod confirmationem privilegiorum attinet, reliquis Imperii ſtatibus non æquè: non minus tamen his, quam illis, Imperator obligatus eſt, confirmare privilegia, unicuique competentia. Saltem, ut videtur, differentia in tempore obſervata; nempè Electorum privilegia confirmanda ſunt, primò, ſtatim poſt electionem, Statuum verò reliquorum poſtea, ad cujusque petitionem. Hodiè, ut ex Capitulationibus notum eſt, Imperator, ſive Rex Romanorum, promittit, ſe Electorum, cæterorumque Statuum privilegia ſine tergiverſatione confirmaturum, nulla temporis differentia adjecta.

Obſervatio VIII.

Quid de hac confirmatione legatur in Capitulatione Caroli V.

Quod Aurea Bulla diſponit, Electoribus omnia ipſorum privilegia, literas, jura,

jura, libertates, conceſſiones, antiquas conſuetudines, dignitates, & quicquid ipſi ab Imperio, usque in diem electionis novi Regis Romanorum, obtinuerunt, & poſſederunt, confirmanda eſſe; id Capitulatione Caroli V. *artic.*4. ita exprimitur, Ihnen ihre Regalien/ Oberkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandſchafften und Gerechtigkeiten / auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/ ſo ſie bißher gehabt haben / oder in übung geweſen ſind / zu Waſſer und zu Land/ in guter beſtendiger Form/ ohne alle Weigerung confirmiren und beſtettigen. Idemque tenor in ſequentibus capitulationibus repetitus deprehenditur, exceptis paucis verbis, quæ *in Capitul. Ferdin. IV. art.*3. ac *Leopoldi art.*3. noviter addita.

Obſervatio IX.

Ad Verb. dilatione,

1. *An hac confirmatio petenda.* 2. *Titi Imperatoris exemplum.*

1. NIſi fallor, A. B. ſenſus eſt, electum debere motu ſuo, ſecundum conſuetudinem, non expectata inſtantia Electorum, confirmare *privilegia* illis competentia; quod an hodiè obtineat dubium movere poteſt Capitulatio Ferdinandi IV. *artic.* 3. verbis, auff gebührend anſuchen / quæ de omnibus
2. ſtatibus, atque ideò etiam de Electoribus intelligi poſſunt. Ea verò petitione opus eſſe noluit olim Titus Imperator, benigno motu. Cum enim, ex inſtituto Tiberii, omnes dehinc Cæſares beneficia à ſuperioribus conceſſa Principibus, aliter rata non haberent, quam ſi eadem iisdem & ipſi dediſſent, Titus primus præterita omnia uno confirmavit edicto, nec à ſe peti paſſus eſt. Sueton. *in vita Titi. pag.*225. *edit, Gruteri, inter Roman. ſcriptor. latin. minores.*

Obſervatio X.

Ad Verb. confirmare.

1. *An confirmatio illa ſit neceſſaria.*
2. *Dn. Georgii Theodori* Dieterichs *opinio.*
3. *Examinatur.*
4. *Objectio.*
5. *Reſponſio.*

1. DUplex quæſtio de confirmatione privilegiorum moveri poteſt; una, an electus Imperator teneatur Electoribus, ceterisque ſtatibus, & membris Imperii, privilegia, quæ jam antea ſibi acquiſiverunt, confirmare? Altera, an Electores, Status, & membra Imperii, teneantur ab Electo Imperatore petere confirmationem privilegiorum, ſibi competentium? Utraque ex hac Bulla noſtra, capitulationibus quæ Imperatoribus præſcriptæ, decidi poſſunt, ut à me factum *in annot. ad Capit. Car. V. artic.*4. *verb.* Confirmiren. *num.*4. *pag.*154. nempè, reſpectu Imperatoris confirmationem eſſe neceſſariam, reſpectu verò eorum, qui privilegia antehac obtinuerunt, peti-
2. tionem confirmationis non eſſe neceſſariam. Dn. Georg. Theodorus Dieterich *in not. ad A. B. cap.*2. §. *confirmationem* 6. *verb. gratioſè tenebitur promovere. pag.*31. ſcribit, magis puto, loco neceſſariæ cautionis eſſe, ut Imperator,

vel

vel Rex electus, privilegia Statuum confirmare teneatur. *Capitulat. Ferdin. IV. artic.* 40. ſecus ac ſenſit Limnæus, *in annot. ad Capit. Caroli V. artic.* 4. *in fin.* Verum, ſi rectè diſtinctionem meam trutinaſſet vix potuiſſet à me diſſentire. Nec quicquam præterea contra me faciunt, *artic.* 2. & *artic.* 40. 3.
Capitulationis Ferdin. IV. quos adducit. Ille agit de obſervatione, & confirmatione legum & conſtitutionum Imperii, ac proindè ad quæſtionem noſtram directò non pertinet: alter obligat Imperatorem, non Status. Si mihi litem movere vellem, urgerem dictæ Capitulationis *art.* 3. *verb.* auff gebührend Anſuchen zu *confirmi*ren. Reſponderem, autem verbum gebührend, concernere caſum, quando Status, vel membrum Imperii vult ſibi ab Imperatore confirmari privilegia, tunc enim debet hoc ab Imperatore decenter & debito modo petere: at ſi nolit petere, cogi ad id non poterit, nec propterea effectu carebunt privilegia, quæ antea legitimè conſecutus fuit; quoniam hoc nullibi conſtitutum. Accedit magnorum juris privati Doctorum numerus, qui docent, renovationem privilegiorum peti poſſe, ſed non neceſſe eſſe eam petere. Alexander *conſil.* 33. *n.* 16. *vol.* 5. Afflict. *deciſ.* 128. *num.* 1. *poſt Cyn. & Bald. conſil* 96. *vol.* 3. & plures alii allegati à Merckelbachio *vol.* 1. *conſil. à Klockio editor. conſil.* 11. *num.* 12. ac ab eodem Klockio *tr. de contribut. cap.* 20. *num.* 101. & *ſeqq.*

4. 5. 6.

§. 6.

Obſervatio I.

1. *Confirmatio privilegiorum, quæ fit à Rege Romanorum.*
2. *Renovatio confirmationis, quæ fit ab Imperatore.*

PErgit Imperator in materia confirmationis Privilegiorum, & ut antea quoque fecerat, diſtinguit inter confirmationem, quam facere debeat 1.
Rex Romanorum, ac renovationem confirmationis, quam facere debeat Imperator. 2.

Obſervatio II.

An confirmatio fiat ſingulis, an ve univerſis. *Adverb. in ſpecie.*

IN antecedenti §. conſtitutum, univerſis & ſingulis Electoribus ſua privilegia confirmanda eſſe, quod idem eſt, ac ſi dicatur omnibus, nullo excepto; non verò tanquam univerſis, & ſic Collegio, non ſingulis in ſpecie. Cujus, & ſimilium locorum ſenſum, cum non perpenderint alii, in quæſtione an Imperator ſit major Imperio, & an univerſis Statibus imperet, an ve omnibus & ſingulis, à ſcopo veritatis aberrarunt.

Digitized by Google

Ad verb. Nomine Regali.

Obſervatio III.

Rex Romanorum, & Imperator potiſſimum differunt nomine.

QUid de differentia nominis Regis Romanorum, & appellationis Imperatoris Romani ſentiam, expoſui ſupra ad *cap.*1. §.1. *obſerv.*5. *& ad c. præſentis.*§.5. *obſerv.5.num.*5. Differentia eſt in nomine, non in re; potentia enim, & dignitas Regis Romani, (loquor de eo qui vacante Imperio electus) non eſt alia nec minor, quam Imperatoris: Unde, antiquo errore correcto, hodie in capitulationibus confirmationis tantum, non innovationis mentio fit. Imò eouſque perventum, ut in Leopoldina capitulatione nupera, coronatio Romana alto fuerit tranſmiſſa ſilentio, cujus tamen præcedentes expreſsè meminerunt.

Ad verb. innovabit.

Obſervatio IV.

An quod Rex Romanorum promiſit, teneatur ſervare, quando factus eſt Imperator.

ISta innovatio (cujus exemplum habetur in Diario Europæo *part.*1. *pag.* 718.) ſi pro neceſſaria haberi deberet, multa ſecum inferret abſurda, & recte rationi contraria. Quod Rex virtute Imperii promiſit, Imperator factus non erit aſtrictus ſervare, quaſi ſuſcepto Imperatoris nomine promiſſio à Rege facta expirarit? Quod Carolus V. Capitulatione ſua, dum in Regem electus, promiſit, poſtquam Imperator factus, eum tenere non fuiſſe obligatum; & cum illa capitulatio non fuerit innovata, Electores malè Imperio conſuluiſſe, ac feneſtram licentiæ patulam reliquiſſe. Status Imperii, licet à Rege ſint inveſtiti, eique juramentum præſtiterint, de novo ab Imperatore inveſtiendos eſſe, & iterum jurare debere, quaſi priore obligatione extincta, &c.

Ad verb. nullatenus impedire.

Obſervatio V.

Capitulationum diverſa lectio.

CApitulatio Caroli V. *artic.*4. habet, in alle Wege ſollen und wollen Wir/ die teutſche Nation, das Heil. Römiſche Reich / und die Churfürſten/ als die förderſten Glieder deſſelben / auch andere Fürſten / Grafen / Herren und Ständ/ bey ihren Hoheiten/Würden/Rechten/Gerechtigkeiten/Macht und Gewalt/ jeden nach ſeinem Stand und Weſen bleiben laſſen/ ohn Unſer und männigliches Eintrag und Verhinderniß. Ferdin. I. Capitulatio. *art.*3. his nihil addidit, niſi ſolum vocabulum Irrung. Quod iterum *in Capit. Rudolphi II. art.*3. omiſſum. In hoc tamen hodiè extenſio facta, quod Nobilitatis liberæ Imperii expreſſa fiat mentio: Ut nunc amplius non ſit, cum Carpzovio, *de lege Regia Germ. cap.*3.*ſect.*12.*num.*26. *&c.* id ex Vocabulo Status (quod Nobiles immediati in lata ſignificatione ſint & vocentur Status) inferre, quod tunc ſine periculo ab ipſo haud factum.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7.

Obſervatio I.

Quod hoc §. 7. conſtituitur, pertinet ad §. 4.

QUæ hîc conſtituta, referri poſſunt ad §. 4. ubi de votis, & eorum efficacia agitur: nunc enim, poſt materiam confirmationis privilegiorum, videntur loco non ſatis congruo poni.

Obſervatio II.

Elector præſens, vel abſens, voto ſuo ſe poteſt promovere ad Imperium. *Ad verb. tres.*

HOc affertur exempli loco, & obtinet etiam, ſi ſeptem (vel, ut hodiè, octo) Electores, & omnes adſint, vel ipſimet, vel per repræſentationem Nunciorum. Nam & tunc quoque, qui aliorum votis vocatur ad Imperium, ſuum ſibi dare poteſt votum, & ſic augere vota in promotionem ſui.

Obſervatio III.

Quod intelligendum de Electore ſeculari.

QUamquam hæc conſtitutio generalis eſſe videtur, quoniam non diſtinguit inter Electores Eccleſiaſticos & ſeculares, in rei tamen veritate ſpecialis eſt, & accipi ſaltem debet de Electoribus ſecularibus, nempè, ut ex illis quiſque ſuum ſibi poſſit dare votum; Poſtquam jam ſupra audivimus, Eccleſiaſticam perſonam ad Imperium evehi non poſſe, hoc eſt, nec aliorum votis, nec ſuo proprio.

Obſervatio IV.

1. 2. *Sive votum ſuum dicat, feratve ante, vel poſt alios,* *Ad verb. vocem.*
3. *Quilibet ſe magis noſſe debet, quam alium.*

POſtquam Elector ab aliis Coelectoribus ſuis dignus declaratus fuit, ut fiat Rex Romanorum, tunc voto ſuo etiam ſibi conſulere poteſt; quid verò dicendum, ſi à præcedentibus in ipſius favorem nullum votum latum fuit, poteritne ipſe ſuo voto etiam eo caſu ſe eligere, & ita in effectu ſequentium, qui in ipſius electionem conſentiunt, augere numerum! Hunc caſum expreſſis verbis clarè non attingit A. B. ratio tamen vult, ut idem de hoc ſtatuamus, quod de altero dictum: Idem ſenſus A. B. admittit, nec verba reclamant. Senſus eſt, Electorem poſſe eligi in Imperatorem, Electoremque ſuo voto ſibi aditum ad illam dignitatem parare poſſe, hoc modo, ut, quod ſibi dedit, ſi cum votis aliorum, qui ipſum quoque eligendum cenſent, conjungatur, poſſit majorem numerum eligentium conſtituere. Nihil 1.

autem intereſſe puto, ſi majora concludunt, an primo loco, vel alio fuerint
2. prolata, non enim in hoc, ſed in numero conſiſtit cardo rei. Cur votum ejus, qui alios antecedit, minus efficax eſſe debeat, quam illius, qui eum ſequitur, rationem non invenio. Ex juramento, quod præſtant Electores conſtat, eligendum eſſe in Regem Romanorum, illum, qui ad hoc exiſtat idoneus, quod ſi ergò Elector ſe præ aliis ad hoc munus ſubeundum idoneum eſſe norit, bona conſcientia ſibi ipſi votum ſuum attribuet, ſive ab antecedentibus jam nominatus, vel non nominatus fuerit: Et ſic effugiet periculum, ne votum ſuum alii conferens, ipſe poſteà majoribus careat, quæ ſuo adnumerato potuiſſet conſequi. Ambitio procul eſſe debet, Caſtillo de Bobadilla *tom. II. de la politica para corregidores. lib. 3. cap. 8. num. 54.* ad ſo-
3. lam Imperii ſalutem promovendam omnis hîc debet dirigi conatus. Remota ergò illa, non eſt de nihilo, quod quilibet ſeipſum magis noſſe debeat, & poſſit, quam alium, adeoque in electione perſonæ propriæ minus errare, quam in alienæ. Ponamus proinde, Electorem Trevirenſem & Colonienſem vota ſua dediſſe Titio, Rex Bohemiæ, hoc non obſtante, votum ſibi dare poterit; cui ubi acceſſerint tot ex reliquis Electoribus, quot requiruntur ad majorem numerum conſtituendum, opus electionis peractum erit. Idem dicendum, ſi tres priores Titio dederint vota ſua, Elector Bavariæ ſuum ſibi dare poterit, &c. Quod de notitia ſui dixi, accedit ad exemplum Sigismundi, tunc Electoris Brandenburgenſis & Regis Hungariæ, relatum à Dubravio. *lib. 23. hiſtor. Bohem. pag. 225.* & à me examini ſubjectum. *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 3. num. 76.* cui adde quæ annotavi. *tom. IV. jur. publ. in addit. ad dict. lib. 2. cap. 3. num. 71. & tom. V. in addit. ad dict. lib. caput & numerum.*

CAPUT III.

DE SESSIONE, TREVIRENSIS, COLONIENSIS ET MOGUNTINI, ARCHIEPISCOPORUM.

Obſervatio

Ordo inter Electores Eccleſiaſticos.

MOguntina editio habet, de ſeſſione Moguntinenſis, Colonienſis & Trevirenſis, Archiepiſcoporum; quem ordinem etiam obſervat §. 2. *hujus capitis noſtri princip.* quo de vide *ſupra ad cap. 1. §. 11. obſerv. 2.*

§. 1. *Obſerva-*

Digitized by Google

§. 1.

Obſervatio I.

Ad Verb. in nomine

Quando hæc conſtitutio facta.

INitialia conveniunt cum illis, quæ ſupra in initio procemii legimus, exinde autem colligi poterit, fuiſſe hanc particularem conſtitutionem, factam antequam de promulganda A. B. Norimbergæ conſultatum. Qua in opinione me confirmat, quod hæc conſtitutio §. 2. facta dicatur de conſilio omnium Principum Electorum, nulla verò reliquorum Statuum, ac Ordinum, quorum *procem. circa ſin.* meminit, mentione injecta.

Obſervatio II.

Ad Verb. Decor & gloria.

Imperium præferendum Imperatori.

DEcor & gloria Imperii præponitur honori Cæſareo, quod erroris convincit illos, qui audacter affirmant Imperatorem præferendum, & anteponendum eſſe Imperio: quibus me oppoſui. *tom. I. jur. publ. lib.*1. *c.* 12. *n.* 20. *& ſeqq.* & *tom. V. in addit. ad d. lib.*1. *cap.*12. *num.*20. *p.*291.

Obſervatio III.

Ad Verb. Columnas.

Aedificium Imperii.

DE ædificio Imperii ejusque columnis. vide *ſupra ad procem. obſerv.* 15.

Obſervatio IV.

Ad Verb. pacis & tranquillitatis commoda.

Concordia Electorum Imperio valdè utilis.

COncordia Electorum robur addit potentiæ Imperiali, & egregiis commodis afficit Imperium: Unde in id maximè incumbere voluit Carolus, quò inter Electores diſſidia componerentur, *ſupra in procem. obſervat.*11. & perpetua eſſet conſonantia.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad Verb. venerabiles.

1. *Electores Eccleſiaſtici dicuntur venerabiles.*
2. *Seculares illuſtres.*
3. Ehrwürdig.
4. Hochwürdig.
5. Ehrbare Herren.
6. Ehrwürdig.
7. *Venerabilis Beda.*

ELectores Eccleſiaſtici ab Imperatore nominantur venerabiles. *hoc cap.*3. 1.
§. 1. *&* 2. noſtra lingua, Ehrwürdige. Reformation Keyſer Friederichs

deß

Digitized by Google

deß Dritten/ zu Franckfurt auffgericht/ *anno* 1442. *in eod. Receſ. Imper. titul.*
2. Von dem heimlichen Gericht. §. Von der heimlichen. *pag.* 17. Electores ſeculares Illuſtres. *hoc cap.* 3. §. 1. *cap.* 5. §. 1. & 2. *cap.* 7. §. 2. *cap.* 8. *in pr. cap.* 10. *cap.* 30. §. 1.
3. In Caroli V. Capitulatione *in pr.* Electoris Eccleſiaſtici prædicatum, Hochwürdig/ datur Electori Eccleſiaſtico, qui ſimul Cardinalis, Ehrwürdig/ cæte-
4. ris. Idem obſervatum in Capitulatione Ferdinandi I. *proœm.* & ſequentium Regum Romanorum, excepta Capitulatione Ferdinandi IV. & Leopoldi, in quibus titulo Hochwürdig/ inſigniti leguntur. A reliquis Imperii Principibus & Ordinibus olim eadem titulatura, ut vocant, obſervata fuit, ſed poſtea creſcentibus, cum preciis rerum titulis, Hochwürdig/ ac reſpectivè
5. Hochwürdigſt/ uſurpatum fuit: cœperuntque Epiſcopi (qui antiquo tem-
6. pore, Ehrbare Herren/ appellati. *Author* der Reichs-Vogteyiſchen *Apologi. cap.* 16. *pag.* 500.) faſtidire prædicatum, Ehrwürdig/ ut notavi *in annotam. ad*
7. *Capitul. Caroli V. in proœm. verb.* Ehrwürdiger. *pag.* 87. Cæterum, jam olim prædicatum, venerabilis, datum fuit Bedæ, inter Catholicos ſcriptori antiquo, & magni nominis. De cauſa hujus tituli perorans Matthæus Weiß *in Lycæo Benedictino cap.* 5. *pag.* 78. ait: unde venerabilis cognomen Bedæ adhæſerit, non ſatis compertum eſt. Non nemo fabulatur, Beda mortuo, quendam diſcipulum, cùm verſu Leonino epitaphium Magiſtro ſcribere vellet, ſic exorſum, hac ſunt infoſſa, nec verſum aptè finire poſſet, tædio affectum diſceſſiſſe, ac denique manè à ſomno excitatum, non ſine admiratione abſolutum verſum reperiſſe ſic,

Hac ſunt infoſſa Bedæ venerabilis oſſa.

Illud quidam, quod præ ſumma ætate videndi poteſtate deſtitutus, rei ignarus lapidibus concionatus ſit, qui in fine reſponderint, amen, venerabilis presbyter. Crediderim potius, ut eſt apud alios, quod cùm eo vivente, homeliæ quædam ad divinum officium receptæ eſſent, nec conveniret, ut, quemadmodum homelia S. Auguſtini dicimus, ita, homelia S. Bedæ diceretur, venerabilis cognomen ſubſtitutum ſit, quod ita in hodiernum usque diem, poſtquam de ejus ſanctitate nemo dubitat, permanſit. Hæc dictus Weiß.

Obſervatio II.

Ad Verb. Litium.

1. *Præcedentia non minima honoris pars.*
2. *Imperator debet componere lites de præcedentia.*

1. QUoniam præcedentia non minima honoris pars eſt, auch Glimpff und Ehr betrifft/ ut legitur in propoſitione Imperii, Anno 1608. 12 Januarii.
2. (vide *tom. IV. jur. publ. in addit. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 103.) Imperator lites de eadem motas terminare, & ſtudioſè componere debet; quoniam illæ, ſo zu weilen des Reichs gemeine obliegen und vorfallende Nothdurfft zu ruck halten/

und

Digitized by Google

und verzögern/ auch ungleiche affecten dahero verurſacht werden/ R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1500. *tit.* Wie die Irrung der Seſſion, &c. *in Cod. Receſſ. pag.* 61. R. A. zu Augſpurg / *de anno* 1603. §. Der in dem Heil. Reich/ *pag.* 788. De præcedentia, & ſeſſionis prærogativa multa ſcripſi. *tom. II. jur. publ. lib.* 4. *toto capite* 9. *& tom. IV. ac V. in addit. ad d. lib. & cap.* quò lectorem remitto.

Obſervatio III.

Ad Verb. in Curiis.

Zamoiſcii dictum de Germanorum Comitiis.

PErfrequentes in Curiis, vel, ut hodiè populariter loquimur, in Comitiis Imperii, ſunt contentiones de ſeſſionum prærogativis, ut acta, & Receſſus Comitiorum docent: Indeque Zamoiſcius, Regni Poloniæ Cancellarius, dicere fuit ſolitus, Germanos in ſuis Comitiis ferè nihil agere, quam ut de ſeſſionibus digladientur. Kirchner. *lib.* 2. *de legat. cap.* 5. *num.* 78. ſed peculiare hoc non eſt Germanis, verum commune cæteris Europæis gentibus omnibus.

Obſervatio IV.

Ad Verb. omnibus Principib⁹ Electorib⁹.

1. *Quando Imperator ſolos Electores vocat in conſilium.*
2. *Quando cum illis etiam reliquos Status.*

1. DE rebus, quæ ſolos Electores concernunt, Imperator cum eorum conſilio leges fert, ad hoc non adhibitis reliquis Imperii Statibus, ut hic ex Bulla noſtra colligitur. 2. Ad illas verò, quæ totum concernunt Imperium, ejusque Status, non ſufficit conſilium Electorum, ſed requiritur commune omnium Statuum; unde admiratione dignum, quod hoc *infra, c.* 16. §. 1. non fuerit obſervatum. Cæterum, quod dixi, ad regulam pertinet, quæ tamen non caret exceptionibus, ſi capitulationes, quæ Imperatoribus ab Electoribus præſcribuntur, ſequimur; quibus tamen in nonnullis cæteros Status non conſentire notum eſt.

Obſervatio V.

Ad Verb. Trevirenſis.

1. *De ſeſſionis loco Trevirenſi attributo.*
2. *Cur præferatur Colonienſi.*
3. *Trevirenſis Eccleſia antiquior eſt Colonienſi.*

1. TRevirenſis ſeſſio ubique eſt una, & ſimilis totum per Imperium; cæterorum verò Electorum Eccleſiaſticorum variat, ut mox videbimus. Sedere autem debet Trevirenſis ex oppoſito, lineari directione verſus Imperatoris faciem, ut ſic quaſi extra ordinem, ac nec à dextro, nec ſiniſtro latere Imperatoris ſedeat, neque cæteris Eccleſiaſticis Electoribus poſtpoſitus videatur. Hoc medio ipſius honori conſultum ire voluit Imperator, & hinc in hâc ipsâ quoque Bulla aliquoties eum primo loco nominat ante reliquos

2. Electores Eccleſiaſticos. Præfertur autem revera Colonienſi in voto Electionis, *infra cap.4.§.3.* & aliis, ut ex uſu notum eſt. Cauſam inde deducit Theod. Gothofred. *in tr. de la preſance des Roys de France. ſur les Roys d'Eſpagne c.1. in annot. lit. c. fol.13.* quod Gallia, cujus Archicancellarius eſt Trevirenſis, ante Italiam, cujus Archicancellariatum gerit Colonienſis, Imperio
3. Germanico acceſſerit, ut eo nomine dignior cœperit haberi. Vera autem illa, & potiſſima mihi videtur, quæ ab antiquitate Eccleſiæ Trevirenſis accerſitur, qua Colonienſem ſuperat. Dicitur autem ab ipſo D. Petro Apoſtolo fundata, & per Eucharium, ex ordine 72. Chriſti diſcipulorum tertium, una cum miniſtris Valerio & Materno. Kyriander *in annal. Trevir. part.3. pag.15. & part.11. pag.66.* in eaque Eucharius Archipræſul ab eodem Petro ordinatus. *pag.67.68.74.75.76.* Et ſic corrigendum eſt, quod ſcripſi *tom. I. jur. publ. lib.3. c.5. n.8.* De cauſa verò hujus ſeſſionis anomalæ, vide *quæ annotavi. d. tom. I. jur. publ. lib.3. cap.5. num.14.*

Obſervatio VI.

Ad Verb. Moguntinenſis.

1. *Moguntinus, ubi, & quando ſedeat ad dexterum latus Imperatoris.*
2. *Ad Germanicum Cancellariatum pertinuerunt Pannones, & Sarmatæ.*

1. MOguntinus Archiepiſcopus Elector ad dexterum latus Imperatoris ſedet in Diœceſi, & provincia ſua & extra eam in toto Cancellariatu ſuo Germanico, provincia Colonienſi duntaxat, (ergò non etiam Trevirenſi) excepta: in ea enim Colonienſis dexterum latus Imperatoris occupat. Sub Henrico VII. Imper. inter Moguntinum ac Colonienſem de honoratiori
2. loco rixa orta fuit. Cuſpin. *in vita Henr. VII. pag.363.* ſed mox ſopita. Ad Germanicum Cancellariatum etiam Sclavonias pertinuiſſe, author eſt Chifletius *in Comm. Lotharienſi. cap.1. pag.1.* vel, ut alibi docet Goldaſtus, pertinuerunt Germani, & qui Germanico jure ac civitate donati fuêre, Pannones, & Sarmatæ.

Obſervatio VII.

Cur Colonienſis in Provincia, & Diœceſi ſua, primum ante Moguntinum obtineat locum?

RAtio, cur in provincia, & Diœceſi Colonienſi, non Moguntinus, ſed Colonienſis primum honoris locum obtineat, reddi ſolet, quod inter duos æquales quilibet in ſuo territorio ſit major. *gloſſ. in leg. apud eum ff. de manumiſſ. vind.* & quilibet in domo ſua Rex ſit. *c. duo iſta. cauſ.23. quæſt.4.*

Obſervatio VIII.

Cur Colonienſis in Italia præferatur Moguntino?

Elector

Digitized by Google

ELector Colonienſis ſedet ad dextram Imperatoris, in ſua Diœceſi, & provincia, & extra provinciam ſuam in tota Italia, & Gallia; aliis verò in locis ſedere debet ad ſiniſtram Imperatoris. Quod ejus Diœceſin & Provinciam attinet, rationem modò audivimus; quod Italiam concernit, petenda eſt ratio ab officio; ejus enim eſt, & dicitur, Archicancellarius. *ſupra cap.* 1. § 11. De Gallia non habeo quod dicam, cur ibi Moguntino præferatur. Trevirenſi verò, qui extra ordinem ſedet, etiam hîc ſatis proſpectum, ne dignior illi locus in Archicancellariatu præreptus videatur.

Obſervatio IX.

Ad Verb. dextro latere.

An dexterum latus, an ve ſiniſtrum habendum pro honoratiori?

APud nos dextrum latus præfertur ſiniſtro, licet apud alios olim, & hodie quoque, aliud obſervetur. vide *me tom. II. jur. publ. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 92. *& tom. IV. in addit. ad d. lib. c. & n. pag.* 655. *& ſeq. ac tom. V. in addit. ad d. num.* 92.

Obſervatio X.

Ad Verb. publicis actibus Imperii.

In quibus actibus conſtitutio de Electorum ordine obſervanda?

HÆc Electorum Eccleſiaſticorum collocatio obſervari debet in omnibus publicis actibus Imperialibus, & in ſpecie. 1. in Judiciis. 2. in collationibus feudorum. 3. in refectionibus, ſeu conviviis Imperialibus, de quibus agitur *infra c.*21. *c.*28. §.3. 4. in conſiliis infra *d. c.*21. ac in Comitiis Imperialibus. 5. & omnibus aliis actibus, quando convenitur pro honore, ſeu utilitate Imperiali.

Obſervatio XI.

De ordine in proceſſionibus obſervando.

PRopter continentiam materiæ hîc ſilentio prætereundum non eſt, quod de ordine in proceſſionibus inter Archiepiſcopos Electores obſervando diſpoſitum *infra c.*21. Nempè, quando inſignia ante Imperatorem in proceſſione portantur, Archiepiſcopus Trevirenſis in directa diametrali linea ante Imperatorem procedit, illis tantummodo intermediis, qui inſignia Imperialia deportant. Caſu verò, quo inſignia illa non adſunt, dictus Archiepiſcopus ante Imperatorem immediatè ambulat, Moguntinus verò, & Colonienſis loca ſua, juxta diſtinctionem Provinciarum modo dictam. (*ſupra obſervat.* 6. *&* 8.) ſervant.

Digitized by Google

CAPUT IV.

DE PRINCIPIBUS ELECTORIBUS IN COMMUNI.

Obſervatio.

Rubrica eſt imperfecta, non exprimit quid in nigro de Principibus Electoribus dicatur: Ad perfectionem verò facit, ſi ita concipiatur; *de Principibus Electoribus in communi, tam in ſeſſionibus, quàm in votis electivis; ac in particulari de officio Electoris Brandenburgenſis, Regis Bohemiæ, & Ducis Saxoniæ.*

§. 1.

Obſervatio I.

Ad Verb. Locis aliis quibuſcunque.

De ordine inter Electores ſeculares obſervando.

Actum fuit in præcedenti capite de loco ſeſſionis Electorum Eccleſiaſticorum, nunc hîc exprimitur ordo ſeſſionis Electorum ſecularium. Qui ordo obſervari debet, 1. in Imperiali Curia, tàm in Conſilio, quàm in menſa. 2. & locis aliis quibuſcunque, ubi Imperator cum Principibus Electoribus ſedere contingit. Hæc generalitas ſupplet cœtera, quæ ſpecialius *in præced. c.* §. 2. de Electoribus Eccleſiaſticis expreſſa. Loquitur autem conſtitutio præſens de illo caſu, quando Imperator cum Electoribus eſt congregatus, non autem de eo, quando Electores ſoli convenerunt.

Obſervatio II.

Ad Verb. Rex Bohemiæ.

Locus Electori Regi Bohemiæ competens.

Rex Bohemiæ poſt Electorem Eccleſiaſticum, ad dextrum latus Imperatoris ſedentem, primum, inter Electores ſeculares ad idem latus, locum tenet, propter dignitatem Regalem qua præfulget: cujus intuitu primatum obtinet inter Electores laicos. *hoc c.* §. 3. ac magna ipſius habetur ratio. *hoc c.* §. 4. & *infra cap* 6. *cap.* 8. 9. 10. & 22.

Obſervatio III.

Ad Verb. Coronatus.

An hunc locum obtinuerit, quando adhuc fuit Dux Bohemiæ?

Arumæus *diſc.* 3. *ad A. B. theſ.* 13. ait, ratio, quæ à Carolo, cur primus locus Bohemo inter ſeculares Electores aſſignatus ſit, additur, non obſcurè

Digitized by Google

obſcurè innuit, eo tempore, quo adhuc Ducis nomen habuit, ei locum non primum, ſed alium competiiſſe, etiamſi Irenicus *lib.3. cap.50. in Germ.* contrarium opinetur. Si enim, quia coronatus & unctus eſt, primum tenet locum, utique eo tempore, quo nondum Rex fuit, locum ſibi primum vindicare non potuit. An ante inſtitutionem Electorum, Bohemus Rex fuerit, vel poſtea Rex factus ſit, liquidò non conſtat, quoniam de initio Electoralis Collegii, quod ſenſim per conſuetudinem introductum eſſe ſupra docuimus, certi nihil reperitur. Deinde, nec de tempore quo Bohemus ex Duce Rex factus, conveniunt ſcriptores. (vide *tom.I. jur.publ.lib.2.cap.9.n.19. & tom. IV. in annot. ad d. c. & n.*) Poſito tamen, eum etiam antequam Rex factus, in collegio Electorali ſediſſe, ut Ducem Bohemiæ, potuit tamen ei primus inter ſeculares competiiſſe locus, propter potentiam, aliamve cauſam: Carolum verò IV. in conſtitutione præſenti, non illam primam, ſed eam, quæ antiquiori præcellentior, poſtea acceſſit, exprimere voluiſſe. Nihil hic definio, credat quisque, quod ſibi videbitur.

Obſervatio IV.

Ad Gerb. unctus.

Rex Hiſpaniæ non ungitur.

Cur Reges Hiſpaniæ non æquè ut olim ſe hodiè faciant inungi, indicat Chifletius in diſquiſitione de ampulla Remenſi. *cap.16. pag.83.* Hiſpaniarum Reges more majorum inungi etiam hodiè poſſent, ſi vellent; verum, quia non electionis, ſed mero ſanguinis jure traduces ſuccedunt in Regnis, non indigent regia unctione ut capeſſant ſceptra, qui lucem non adſpiciunt niſi Reges.

Obſervatio V.

Ad Gerb. Palatinus.

Locus competens Comiti Palatino Rheni.

Elector Comes Palatinus Rheni, ad dextrum Imperatoris latus ſedet, immediatè poſt Regem Bohemiæ: cauſa non additur, ſed eſt præcellentia, qua pollebat præ cæteris ſuis Coelectoribus. Hodie hîc locus ſedendi poſt Bohemum, competit Electori Bavaro, *vide Inſtrument. Pacis Oſnabrug. de anno 1648. artic.4. §. & primò quidem*: Palatino autem poſtremus, ut in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1653. ab Electoribus determinatum legimus in ſpeculo Speidelii *ſub lit. P. num.84. pag.1009.* Sintemahl in dem bey jüngſt im Jahr 1648. zu Münſter und Oſnabrugk auffgerichten Fridenſchluß / der numerus Electorum vermehrt / und der octavus Electoratus, auff Maaß und Weiß in dem Inſtrumento Pacis enthalten / inducirt und eingeführt / und demſelben der ultimus locus aſſigniret worden / vor der Zeit aber alſo bemeldte letztere Stelle in dem Churfürſtl. Collegio, deß Herrn Churfürſten zu Brandenburg / ꝛc. Durchl. in ſiniſtro latere, nach Chur-Sachſen / nunmehr aber bey Einführung

Digitized by Google

deß achten Electoratus, penultimus locus in Collegio, und nach den lateribus der letztere auff der rechten Seiten/ gleich nach Chur-Bayern (zu evitirung der ſeſſionum deformitet) gebührt/auch angenommen/und darzu verſtanden worden/einfolglich Seiner Churfürſtl. Durchleucht. zu Brandenburg auff der lincken Seiten gehabter letztere Platz und Stell pro ultimo octavi Electoratus loco, und die Chur-Sächſiſche in eodem ſiniſtro latere pro antepenultimo zu halten / und alſo Chur-Brandenburg und Chur-Pfaltz beyde extrema utriusque lateris zu ſchlieſſen haben/ darbey einen König zu Böheim / in actibus, wo derſelbe im Collegio Electorali, oder ſonſten in eigener Perſon mit den Herren Churfürſten concurrirt, an ſeinem in der güldenen Bull/und dem Herkommen fundirten jure ſeſſionis & loci, auch den Herren Churfürſten ſampt und ſonders/quoad directorium, ordinem votorum, & laterum, hierdurch nichts benommen/ ſondern per expreſſum vorbehalten ſeyn ſolle ; So hat ein hochlöbl. Churfürſtl. Collegium , deß Herrn Churfürſten Pfaltzgrafen Durchleucht. ein ſolches zu begehrter nachrichtlichen declaration, und Erleuterung hiermit unverhalten wollen. So geſchehen zu Regenſpurg/den 11. Martii, anno 1653.

Obſervatio VI.

Locus competens Electori Saxoniæ.

ELector Dux Saxoniæ ſedem ſuam habet ad ſiniſtrum Imperatoris latus, immediatè poſt Electorem Eccleſiaſticum, ſive ille ſit Moguntinus, ut fieri poteſt, ſivè Colonienſis.

Obſervatio VII.

Locus competens Electori Brandenburgenſi.

ELector Marchio Brandenburgenſis, ſedit ad ſiniſtrum Imperatoris latus, poſt Saxoniæ Electorem, hodie, aucto Electorum numero, ſedet à dextris poſt Bavariæ Electorem, & Palatinus tenet locum ultimum; ad ſiniſtrum Imperatoris latus.

Obſervatio VIII.

Schema ordinis præſcripti in A. B.

ORdo in A. B. præſcriptus ita repræſentari poteſt.

Imperator.

Moguntinus.		Colonienſis, vel Moguntinus.
Bohemiæ Rex.	Trevirenſis	Saxoniæ Elector.
Palatinus Rheni.		Elector Brandenburgenſis.

Obſerva-

Obſervatio IX.

Schema ordinis hodierni.

DE ordine, qui inter Electores hodiè obſervandus; notabilis eſt Collegii Electoralis conſtitutio, quæ legitur in dem Europæiſchen neuen teutſchen Floro *pag.* 303. & *ſeqq.* quam hîc ſubnecto: Kund und zu wiſſen/ daß ein hochlöbl. Churfürſtl. Collegium ſich auff heut zu end geſetztem dato zu Erhaltung guter vertraulicher Verſtändnuß und Harmonie/ auch zur verhüt- und vorkommung allerhand difformitäten/ Confuſion und Unordnung im Churfürſtlichen Collegio, der Seſſion und Præcedentien halber/ nach Beſchaffenheit der verſchiedenen Fälle/ und Umbſtände/ eines gewiſſen durchgehenden modi nachfolgender Geſtalt mit einander/ beſtändig/ und richtig/ in freundlicher guter Wolmeinung/ vereinbaret und verglichen. Anfänglich/ und vors erſte/ wann die Herren Churfürſten in Perſon alle beyſammen/ und keine latera gehalten werden/ ſondern dieſelbe in einer ſerie nacheinander ſitzen/ wie ſonderlich in der Keyſerlichen und Königlichen Wahl in Conclavi geſchicht/ ſo hat es damit ſeine Richtigkeit/ daß ein Churfürſt zu Mayntz die erſte/ Chur Trier und Cölln alternatim, nach einander/ die andere und dritte/ Chur-Bayern die vierdte/ Chur-Sachſen die fünffte/ Chur-Brandenburg die ſechſte/ und nunmehr/ nach beſage deß jüngſt zu Münſter und zu Oſnabrug den 14.24. Octobris, Anno 1648. auffgerichteten Friedenſchluſſes/ und dabey eingeführten octavi Electoratus, Chur-Pfaltz die ſiebende und letztere Stell/ auff Maaß und Weiſe/ wie daſelbſt enthalten/ gebühre. Jedoch ſolches alles auff die jenigen actus allein zu verſtehen/ wo ein König in Böhem̄ nicht erſcheinet; Sintemahlen vorverſtandener maſſen/ in actibus Electionis eines Römiſchen Königs und Keyſers/ ſeine Königliche Würde gleich nach denen Geiſtlichen/ und vor allen andern Weltlichen Churfürſten/ ihre/ und alſo die vierdte Stelle zu nehmen haben. Und auff eben ſolche Weiſe/ vors ander/ ſol es auch gehalten werden/ wann allein Churfürſtliche Geſandten/ und neben ihnen keine Churfürſten in Perſohn erſcheinen/ oder vorhanden ſeyn. Wann aber zum dritten/ die gewöhnliche/ und in der güldenen Bull fundirte latera, gehalten und gemacht werden/ allermaſſen ein ſolches im Churfürſtlichen Collegio, auſſerhalb deß actus Electionis, wie hieroben vermeldet/ allezeit bräuchlich und herkommens iſt/ dieſer Unterſcheid zu halten/ ob Ihre Majeſtät ſelbſt/ oder dero verordneter Commiſſarius anweſend/ und zu gegen oder nicht. Auff den erſten Fall/ und in Abweſenheit Ihrer Keyſerlichen Majeſtät/ und dero Keyſerlichen Commiſſarien, ſo gebühret einem Churfürſten zu Trier der Sitz und Stell gerad gegen Ihrer Keyſerlichen Majeſtät über/ an der Seiten aber die erſte Stell Chur-Mayntz/ die zweyte Chur-Bayern/ die dritte und letztere zu der rechten Seiten eines Römiſchen Keyſers/ Chur-Brandenburg/ auff der lincken Seiten aber Chur-Cölln/ Chur-Sachſen/ und Chur-

Pfaltz/

Digitized by Google

Pfaltz/ alſo und dergeſtalt/das beyde Herren Churfürſten zu Brandenburg und Pfaltz/ die beyden latera ſchlieſſen/ und auff denenſelben die loca extrema haben; Worbey es dann bey vorſtehenden allgemeinen Reichs-Propoſitionen, und andern dergleichen ſeſſionibus publicis, ſein ebenmäßiges bewenden haben ſolle/ wie in dem Schemate ſub Num. I. hernach folgend zu erſehen. Auff den Fall aber Ihre Keyſerliche Majeſtät/oder dero verordneter Commiſſarius nicht ſelbſt gegenwärtig/ ſo verbleiben die ſeſſiones auff der rechten Seiten eines Churfürſten zu Mayntz/ wie auch Bayern und Brandenburg/ als hieroben gemeldet: an der lincken thun Chur-Trier und Cölln mit einander alterniren, die übrige auff ſelbe Seite gehörige Churfürſten/ zu Sachſen und Pfaltz aber in ihren ſeſſionibus unverruckt bleiben. Und ſolches alles/wann die Herren Churfürſten allein Perſohn anweſend/ oder in deren Abweſenheit/ dero Geſandten allein vorhanden ſind; jedoch mit dieſer außtrücklichen Beſcheidenheit: Wann es zu denen in obvermeldtem Münſteriſchen und Oſnabrückiſchen Friedenſchluſſes/ und darüber auffgerichten Inſtrumento Pacis bedingten Fall kommen/ und der achte Electoratus wider ceſſiren und abgehen ſolte/ daß alsdann deß Herrn Churfürſten zu Brandenburg Durchleichtigkeit die rechte Seiten wiederumb quitieren/ und auff der lincken Seite ihre vorige Stell nehmen/ hingegen Chur-Pfaltz auff der rechten Seiten wiederumb occupiren und beſitzen ſoll; Und folget nun obangezogenes Schema ſub Num. I.

Numero I.

Brandenburg.	Bayern.	Mayntz.
	Imperator.	
Cölln.	Sachſen.	Pfaltz.

In denen Fällen aber/ da ſich ein König mit in dem Collegio einfindet/ ſo hat derſelbe zwiſchen Mayntz und Bayern ſeine Stelle zu nehmen. Wan aber zum vierdten/ theils Churfürſten in Perſon gegenwärtig/ theils aber durch ihre gevollmächtigte Geſandten erſcheinen/ oder zwar anweſend/ jedoch Schwachheit/ oder anderer Zuſtände halber/ denen actibus tàm publicis, wie hernach folget/ quàm Collegialibus, nicht würden beywohnen können/ und ihre Räth oder Geſandten ſchicken/ ſo iſt verglichen und abgeredet/ daß in eigener Perſon anweſende Herren Churfürſten/ vor der abweſenden/ oder außbleibenden Churfürſten Räthen/ Geſandten und Bottſchafften/ ob ſchon ſonſten ihre Principaln, da ſie gegenwärtig/den Vorſitz haben/ in ihrer Ordnung gehen/ oder ſitzen/ jedoch aber die latera, mehrer Confuſion zu verhüten/ nicht geändert/ ſondern immutabiliter gehalten/ und dieſes Vorſitzen nur auff eines jeden latus verſtanden werden ſolle/ wo aber/ wie obgemeldt/ keine latera gemacht werden/ ſo ſollen die anweſenden Churfürſten in Perſon in ihrer Ordnung all vor den Geſandten ſitzen/ die

Geſand-

Geſandten aber allererſt hernacher ihre Stelle/gleicher geſtalt/nach der Ordnung ihrer Herren Principaln nehmen. Doch ſoll es alles/zum fünfften/ſo wol einem Churfürſten zu Maynz an ſeinem führenden Directorio, auch ſonſt durchgehend dem ordini votandi, keines wegs nachtheilig/ſondern in alle weg vorbehältlich ſeyn/daß die Umbfrag/ reſpectivè dem alten Herkommen nach/ und Inſtrumento Pacis gemäß/ nemlich/ Trier/ Cölln/ Bayern/ Sachſen/ Brandenburg/ Pfaltz/ und Maynz mit ſeinem voto concluſivo, beſchehe. Inmaſſen dann zum ſechſten/ wann/ und ſo offt bey deren Collegial-Verſamlung/ allwo ſelbſt die latera eben/ wie bey andern Actibus, da Ihre Keyſerliche Majeſtät ſelbſt zugegen/gehalten worden/ vor die votirende Räthe und Geſandten ein abſonderlich Banck zugerichtet wird/die Votanten aber/ ob ſchon ihre Herren Principalen ſelbſt vor den andern Legatis Primariis ihren Sitz nehmen/ auff ihren Stellen nacheinander juxta ordinem votorum zu ſitzen pflegen/ damit deſto weniger confuſion in der Umbfrage entſtehe. Jedoch/ ſiebendes/ mit außbedingtem Anhang/ daß gegenwärtiger/ alſo/ wie ob und hernach ſtehet/auffgerichter Vergleich/denen Churfürſtlichen Geſandten/an ihrer vor andern Fürſten in Perſon gebührender/ und biß anitzt hergebrachter Prærogativ. und zuſtehendem tractament, unabbrüchig und unnachtheilig ſeyn/ weder ſie zwiſchen ihnen und den Churfürſten/ einige Fürſtliche Perſon/ auch der außwärtigen Fürſten und Republiquen Geſandte einzulaſſen ſchuldig/ noch denen Herren Churfürſten *ſelbſt in* exercirung ihrer Ertz-ämpter præjudicirlich ſeyn ſolle. Und nachdem ſich auch/ zum achten/ Fälle zutragen/ da die Churfürſten/ weder in continua ſerie, noch auch per latera zuſammen kommen; Geſtalt dann ſolches in Begleitung Ihr. Keyſerl. Majeſt. nach der Kirchen/ wie auch im reiten nach dem Rathhauſe/ zu denen Reichs-tags Propoſitionen, und ſonſten/zu geſchehen pflegt/ ſo haben ſich die anweſende Churfürſten/ und der abweſenden Räth/ Geſandten und Botſchaffter/ dahin miteinander gleicher geſtalt vereinbahret und verglichen/ daß auch hierinnen der jenige modus gehalten/ und dann/ was obangezogener güldenen Bull/ der alten obſervantz, und dieſem unſerm Vergleich/ und ſchon hierbey gemachter Ordnung am ähnlich-und näheſten/ auch zu Verhütung allerhand difformitäten/ Confuſion, und Unordnung/ am dienſamſten/ nachgefolget werden ſoll. Und weilen vor dieſem in Fällen/da die inſignia præferirt worden/ und die Churfürſten alle in Perſon gegenwärtig geweſen/ dieſe Ordnung gehalten worden/daß Chur-Trier gantz voraus allein/ Chur-Sachſen mit dem Schwerdt in der mitte/ Chur-Bayern mit dem Reichs-Apffel auff der rechten/ und Chur-Brandenburg mit dem Scepter auff der lincken/ vor Ihrer Keyſerl. Majeſt. hergangen/ oder geritten/ Chur-Maynz aber Ihrer Majeſtät auff der rechten/und Chur Cöllen zur lincken/und dann gerad hinter Ihrer Keyſerl. Majeſt. der König in Böhmen die Stell gehabt/ wie auß nachfolgendem Schemate ſub Num. 2. zu ſehen.

Digitized by Google

Num. 2.

	Colon.	Brandenb. cum Sceptro.	
R. Boh.	Imp.	Saxo cum Enſe.	Trevir.
	Mogunt.	Bavarus cum Pomo.	

Vnd aber nunmehr octavus Electoratus, wie hieroben vermeldet / darzu kommen / ſo hat man ſich auff ietztgeſetzten Fall / wann die inſignia vorgetragen werden / und die Herren Churfürſten alle perſönlich gegenwärtig / nachfolgenden Schematis ſub Num. 3. im gehen / oder reiten / verglichen / daß nemlich Chur-Trier voraus / Chur-Bayern mit dem güldenen Apffel hernach in der mitte / Chur-Brandenburg mit dem Scepter ihme zur rechten / und Chur-Pfaltz zur lincken in einer Reihe / hernach Chur-Sachſen mit dem Schwerdt allein / darauff Ihre Keyſerl. Majeſt. und dero zur rechten Chur-Mayntz / und zur lincken Chur-Cölln/folgends der König in Böhmen gehen oder reiten ſollen.

Num. 3.

Colon.		Palat.	
R. Boh. Imper.	Saxo cum Enſe.	Bavar. cum Pomo.	Trevir.
Mogunt.		Brand. cum Sceptro.	

Dafern aber ſich begeben würde / daß Chur-Sachſen das Schwerdt Ihr. Keyſerl. Majeſt. allein / und die übrigen Herren Churfürſten ihre inſignia nicht vortrügen/ſo iſt die Ordnung nachfolgendes Schematis ſub Num. 4. zu halten.

Num. 4.

Colon.				Palat.
R. Boh. Imper.		Saxo cum Enſe.	Trevir.	Bavar.
Mogunt.				Brandenb.

Doch mit dieſer Maaß / wofern die Herren Churfürſten nicht alle in Perſon zugegen / daß als dann die inſignia nicht durch ihre Geſandten / ſondern durch die Erb-ämpter / oder die es in ihrem Abweſen zu verrichten haben / und zwar ſolange Prælatio inſignium weret/in der Stelle / und Ordnung / in welcher ihre Principaln, die Churfürſten ſelbſt / da ſie zugegen weren / zu reiten / oder zu gehen hätten / vorgetragen werden ſollen. Da aber die inſignia nicht præferiret werden / da findet ſich zwar / daß Chur-Trier immediatè vor der Keyſerl. Majeſt. allein / die übrigen Herren Churfürſten aber in obvermeldter Ordnung gegangen / oder geritten/wie ſub Num. 5. folgt.

Num. 5.

Digitized by Google

Num. 5.

Colon. Saxo.
R. Boh. Imper. Trevir. Bavarus.
Mogunt. Brandenburgicus.

Weil aber nunmehr bey oblauts eingeführtem octavo Electoratu, es ſich nicht wol ſchicken / und eine ziemliche deformität verurſachen würde / wann die weltlichen Churfürſten / als Bäyern / Sachſen / Brandenburg / und Pfaltz / neben einander reiten oder gehen ſolten / ſo iſt vor rathſamb befunden und verglichen worden / das der numerus quaternarius zu theilen / und die ſub Num. 6. hernach geſetzte Ordnung gehalten werden ſolte.

Num. 6.

Colon. Saxo. Palatinus.
R. Boh. Imper. Trevir.
Mogunt. Bavarus. Brandenb.

Auff den Fall aber / zum zehenden die Herꝛen Churfürſten nicht alle in Perſon zu gegen / ſondern mit denenſelben der abweſenden gevollmächtigte Räthe / Geſandten und Bottſchafften concurriren würden / ſo ſolle es damit / gleich wie hie oben gemeldt / alſo gehalten werden / das denen anweſenden Churfürſten / je und allweg / auff dieſem Fall / vor der abweſenden Geſandten / deren ſeyn nun viel / oder wenig / die obere Stelle / und prærogativa gegeben / und der jenige Churfürſt / welcher in ſeiner Reihen / Zeil oder Ordnung / mit anderer abweſenden Churfürſtlichen Geſandten concurrirt, vor denenſelben den Vorgang / Ritt oder Stell auff der rechten Seiten haben / und alſo durchgehend / es betreffe auch unter den Herꝛen Churfürſten / wen es welle / nach beſag deß folgenden Auffſatzes ſub Num. 7.

Num. 7.

Colon. Abſentis Legat.
R. Boh. Imper. Trevir.
Mogunt. Elector. præſ. Legat.

Gehalten / und nach dieſem Fuß andere Fälle / nach deren ereygnung / regulirt werden ſollen. Schließlichen / ſol es bey dieſem Vergleich in allen ſeinen Puncten / oder Articuln / nun hinfüro alſo fort / feſt und beſtendig / es ſey dann / daß von einem gantzen Churfürſtlichen Collegio ein anders / auß beweglichen erheblichen Urſachen / unanimiter ſtatuirt und verordnet werde / verbleiben / die etwa vor der Zeit vorgangene anderwerts diverſæ obſervantiæ aber / keinem auß denen Herꝛen

Churfürſten das geringſte nicht præjudiciren: dieſer Receſs, und ſchiedlicher Vergleichung auch/ alle Herren Churfürſten/ ſampt und ſonders/ keinen derſelben außgeſchloſſen/ (auſſerhalb den Churfürſten zu Trier/und ſeinen Geſandten/ nach beſage der güldenen Bull/bey denen actibus publicis in ſeſſionibus & proceſſionibus gebührender Stelle) obverſtandener maſſen pariter ex æquo durchgehend begreiffen.

§. 2.

Obſervatio I.

1. *Sedes Imperatoria potius dicitur vacare, quam Imperium.*
2. *Vacantia poſt mortem Imperatoris.*
3. *Vacantia, quæ contingit depoſitione Imperatoris.*
4. *Quæ reſignatione Imperii.*

1. IMperium vacare dicitur, quando caret capite ſupremo, proindeque *con-*
2. *venientius* diceretur vacare ſedem Imperatoriam, quam Imperium. *Vacantia* autem illa contingit, 1. Morte Imperatoris, cui adhuc viventi non datus ſucceſſor, qui nobis dicitur Rex Romanorum: ſi enim hic adſit, nulla poſt mortem Imperatoris contingit vacantia; hoc namque caſu obtinet illud Gallorum axioma. *le mort ſaiſit le vif.* Nam tunc ſucceſſoris, & anteceſſoris poſſeſſio cohæret, & continuatur ſine interruptione: Eo ipſo momento, quo Imperator efflat animam, Rex Romanorum, ejus indubitatus ſucceſſor, perfectus exiſtit Imperii adminiſtrator, per continuationem juris & poſſeſſionis, ab uno ad alterum, non interveniente ullo interregni pun-
3. cto. 2. Contingit vacantia, quando Imperator dignitate, & officio exuitur ab Electoribus; quod contigit Wenceslao, Caroli noſtri filio. 3. Quando
4. Imperator ipſe reſignat Imperium; ſcilicet eo caſu, ubi ante reſignationem illi non adjunctus fuit ſucceſſor: Tunc quippe non vacare poteſt Imperium, cui caput ſupereſt Regium, ad ſucceſſionem jam electum; ut factum, quando Carolus V. poſt electionem fratris Ferdinandi, Imperio valedixit Pertinent huc ea, quæ tradidi. *tom. 1. jur. publ. lib. 2. cap. 11.*

Obſervatio II.

Moguntinus convocat Coelectores ſuos ad electionem Imperatoris.

Adverb. quoties & quando.

QUoties, & quando, prædictis modis revera vacat, (de quaſi vacantia hic nobis ſermo non eſt, cujus meminit ex Jure Canonico Gail. *lib. 1. obſerv. 30. num. 14.*) toties, & tunc Moguntinenſis cæteros Coelectores ſuos ad electionem novi Regis Romanorum convocare poteſt. De mortis caſu expreſſè, & ſpeciatim loquitur ſupra *cap. 1. § 19.* de cæteris generaliter, *d. cap. 1. §. 1. & infra cap. 5. §. 1.* De electione verò Regis Romanorum, quæ fit nondum

Digitized by Google

dum vacante Imperio, nullibi in præſenti Bulla, vel generaliter, vel ſpecialiter quicquam agitur. vide *ſupra ad d. cap.* 1. §.1. *obſervat.*3. Non minus tamen hoc etiam caſu, quam in aliis jus convocandi Electores ad Electionem Moguntino competit.

Obſervatio III.

Vnde hoc jus obvenerit Moguntino.

COmpetit hoc convocandi jus Moguntino ab antiquo, an privilegio, vel conſuetudine, parum intereſt, utriusque enim eadem hîc efficacia. Egimus de hoc jure ſupra *ad cap.*1. §.18. *obſerv.*2. ubi quoque contrarium tradentibus reſpondimus.

Obſervatio IV.

Ad verb. literatoriè convocandi.

Quomodo fiat convocatio?

PEr nuncios, & literas; ſupra *d.cap.*1. §.18.

Obſervatio V.

Ad verb. potuerunt & voluerunt.

Electores poſſunt venire ad electionem, vel emanere.

ELectores venire debent ad electionem perficiendam; Non venientes, aut impediuntur, & ſic non poſſunt venire, aut nolunt venire, ad hoc cauſis prægnantibus inducti.

Obſervatio VI.

Ad verb. in electionis termino congregatis.

Venire in termino præfixo, vel poſt.

IN Electionis termino ſupra *cap.*1. §.18. & 19. vel poſt illum, electione nondum peracta, *cap.*2. §.4. congregatis.

Obſervatio VII.

Ad verb. non alter.

Moguntinus provocat Electores ad votandum.

ARchiepiſcopus Moguntinus, in actu Electionis Regis Romanorum, vota Coelectorum ſuorum perquirere debet non alius. Sed quid ſi abſens, nec ipſius nomine Nuncii adſint? quid ſi eo tempore, quo vota colligenda, morbo Francofordi decumbat? quid ſi tunc vivis exemptus, nec tam citò alius in Archiepiſcopum Moguntinum eligi poſſit? vide ſupra *d. cap.*1. §.18. *obſerv.*3.

Obſervatio VIII.

Ad verb. ſingulariter.

Provocat ſingulos.

MOguntinus ſingulorum Electorum vota ſingulariter debet exquirere, non una, & generali interrogatione.

Obſervatio IX.

Ad Verb. ordine ſubſequenti.

Secundum ordinem præſcriptum.

ORdinem præſcriptum in exigendis votis obſervare debet Moguntinus; itaque illi non permiſſum ea exquirere per Satyram; hoc eſt, nullo ordine, confusè & perturbatè: ut explicat Hillig. *in Don. Enucl. lib.27. cap.8. lit.c. pag.* 1505.

§. 3.

Obſervatio I.

Ad Verb. interrogabit.

1. *Vota an palàm dicenda, vel in ſecreto.*
2. *Cuſpiniani relatio de electione Adolphi Naſſovii.*

1. QUalis eſt interrogatio, talis etiam præſumitur eſſe reſponſio. *Illa autem* eſt verbalis, & publica in Collegio Electorali: ergò etiam hæc verbalis eſſe, nec in aurem interrogantis, ſed palàm dici debet. Nonne verò tutior ſit modus alius, ſupra ex Rouſſelio audivimus; & Arumæus *diſc.*3. *ad A.B. th.*22. perquiſitionem votorum ſecretam publicæ præfert: atque hoc modo electum fuiſſe Adolphum Naſſovium ex Cuſpiniano *in vita Adolphi (pag. m.*356.) docet. Hoc quidem expreſsè non ſcribit Cuſpinianus, ſed ex relatione ejus videtur id peti poſſe, quæ maximè tamen repellit Arumæi rationes pro ſecreta inquiſitione adductas, monſtratque hanc fraudulenter fieri poſſe. Quoniam notabilis eſt, eam hic referre operæ erit pretium.

2. Sexto menſe, poſt Rudolphi obitum, Adolphus de Naſſau Francofurdiæ Rex Romanorum unanimi Principum conſenſu, ſed miro aſtu eligitur, adjuvante ejus conſanguineo Gerlaco, Moguntino Archiepiſcopo, quem Colonienſis rogabat, ut eligeretur: Putabat enim ſic reſarcire jacturam, quam Adolphus nomine ſuo perpeſſus erat. Paulò ante Albertus Comes de Hohenlohe, cum Wenceslaum Bohemorum Regem fuerat precatus, ut Albertum Auſtriæ Ducem, cujus ſororem Rex habuit conjugem, & qui cæteris videbatur cunctis præferendus, utpote omnium habilior, Regem Romanum crearet. Quod cum recuſaret, indignabundus Comes, etiam contra voluntatem, inquit, tuam Rex erit Albertus. Noluit idcirco præſens electioni intereſſe Rex, ſed oratores miſit cum mandato, ut, excepto Auſtriæ Duce, quem vellent eligerent. Contendebant tum pro dandis ſuffragiis duo Marchiones Brandenburgenſes, Johannes, cognomine Saguta, & Otto Longus, antiſtites, ut hos etiam deciperent, (nam Regis Bohemiæ certum jam habebant ſuffragium) Ottoni imprimis blandiuntur, ad ſe jus ſuffragandi pertinere dictitantes, non ad patruum: Quibus flexus blandimentis ſuffragium ſuum Gerlaco, antiſtiti Moguntino committit; qui jam duo certa

Digitized by Google

centa habuit vota. Cum verò interrogaſſet Saxonium Dux Gerlacum, quemnam ipſe eligeret: major, inquit, pars in ducem de Braunſchweig inclinat: ſciebat enim hunc ei infeſtum. Iratus Saxonum Dux, meum, ait, ſuffragium tibi Moguntine liberè offero, quem ſpero Ducem Auſtriæ electurum: Verum ſi is non placebit, quicunque idoneus videbitur, eligatur præter Brunſvicenſem. Sic tria aſſecutus erat vota Moguntinus. Pari arte Ludovicum Rheni Palatinum circumvenit, quem Regi Bohemorum Wenceslao contrarium ſciebat. Is cum Auſtriæ Ducem eligeret, Bohemiæ Regem mentitur à cæteris electum, quo dolo imperat à Palatino antiſtes, ut ei munus eligendi concrederet, modo Bohemorum Rex non aſſequatur electionem. Supererat Trevirenſis Archiepiſcopus, qui cum Auſtriæ Ducem plurimum amaret, eumque libenter Regem deſignaſſet, rogatus à Moguntino, qui ei Ducem Geldriæ capitalem ſuum hoſtem proponebat eligendum; non eligatur, inquit, Geldrenſis Dux ſed quicunque alius tibi acceptus, modò hic patiatur repulſam. Sic miro aſtu omnium vota aſſecutus, conſanguineum ſuum, Comitem de Naſſau Adolphum, Regem Romanum electum denunciat, ac proclamat. Ex his ergò conſtat non omnem perquiſitionem votorum ſecretam, eſſe meliorem publica; nonnullam, eamque quam Rouſſelius præfert, meliorem eſſe, non eo inficias, quamvis illa in Electione Imperatoris non ſit recepta.

Obſervatio II.

Ad verb. Trevirenſis.

1. *Primum votum competit Trevirenſi.*
2. *Rumelini explicatio textus.*
3. 4. 5. *Examen hujus explicationis.*
6. *An olim primum votum competierit Moguntino.*
7. *An illud Moguntino ademerit Carolus IV.*

PRimum votum in electione Imperatoris competit Archiepiscopo Trevirenſi; qui id non vi A. B. conſecutus fuit, ſed ante illam habuit, & exercuit, ut vocabulum *hactenus* inculcat. Hoc verò à fide hiſtorica nonnihil alienum eſſe docet Buxtorff. *diſſert. A. B. theſ.* 45. & Moguntino id olim competiiſſe aſſerit. Pro tuitione Caroli, ejus verba ita explicat Rumelin. 2.
ad A. B. diſſert. 4. *theſ.* 7. *pag. m.* 82. Trevirenſi primum à Carolo attribui votum, cum & antea prima vox eidem competierit, prima ſcilicet à Moguntino, eodem modo, quo in dextro quidem Imperatoris latere Regi Bohemiæ, in ſiniſtro verò Duci Saxoniæ primus ſedendi locus tribuitur, ſcilicet ab eo Archiepiſcopo, quem vel dextro, vel ſiniſtro Imperatoris lateri aſſidere contigerit. *hoc cap.* 4. §. 1. Ego, quo minus hanc interpretationem admittam, impedior, & verbis, & ſententia Bullæ noſtræ. Verba, quæ conſidero, 3.
primam vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe, non primam poſt Moguntinum innuunt, ſed primam inter omnes, ut ex

numero

numero votorum cognoſcitur, quoniam poſt ſextum ultimum attribuitur Moguntino. Si itaque Trevirenſi primum votum poſt Moguntinum competiit, & illi idem competere Carolus declarare voluit, tota conſtitutio erronea eſt, quia omninò de alio diſponit ordine, quam de eo, quem olim obſer-
4. vatum præſupponit. Rumelin & cum eo quoque alii. Nihil autem planè proficit, dum *ex* §.1. *hujus cap. noſtri*, quod de ſeſſione dicitur, ad ordinem votorum applicat: ibi enim expreſsè dicitur, Regem Bohemiæ primum locum à dextera Imperatoris, poſt Moguntinum, vel Colonienſem, tenere, & Electorem Saxoniæ immediatè poſt Electorem Eccleſiaſticum à ſiniſtra Imperatoris ſedere loco primo: quoniam in §. noſtro verbum *poſt* non reperitur; ac proinde alius ſenſus vocabuli *prima* erit, (*argum. cap.23. infra hujus Bullæ noſtræ*) quam *primi* poſt in *d.* §.1. Certè, qui primus eſt poſt alium, non dici poteſt primus ante omnes, qualis eſt Trevirenſis, reſpectu voti ſui, quod rogatus fert ante omnes reliquos ſuos Coelectores, nullo excepto.
5. Dico itaque ſi ponatur Moguntinum olim primum obtinuiſſe votum *in electione* Regis Romanorum, non ſequi illud ita continuatum fuiſſe usque ad tempus, quo condita aurea Bulla. Carolus affirmans ſe inveniſſe hactenus Trevirenſi primam competiiſſe vocem, nullum ponit terminum, à quo illud hactenus inceperit. Itaque ſi Moguntinus primum votum olim, & adhuc Friderici I. Henrici V. ac Friderici II. temporibus habuit, ut Arumæus *ad A. B. diſc.3. theſ.*14. conſignavit: non inde tamen neceſſario ſequi-
6. tur, illud eundem usque ad Carolum IV. habuiſſe. Quod conſuetudine ſibi acquiſivit, potuit contraria conſuetudine amittere, & amiſiſſe, atque tempore, quo Carolus IV. electus fuit, non illi, ſed Trevirenſi competiiſſe,
7. omninò credendum eſt, ſi Caroli fidem ſalvam velimus. Audax porrò, ſed ſimul injurius in Carolum eſt Viſcherus, qui *in diſcurſ. hiſt. polit. jurid. de electione Regis* Rom. *concluſ.*25. *art.*2. *membr.*5. *num.*137. ſcribit, Carolum IV. in A. B. jus primi voti Moguntino ademiſſe, quod verbis legiſlatoris minimè convenit; quod enim Moguntinus ante Carolum amplius non habuit, id illi Carolus adimere non potuit, declarare autem potuit Trevirenſi primum votum competere, & antea competiiſſe.

Obſervatio III.

Secundum votum competit Electori Colonienſi.

SEcundum votum in electione habet Elector Colonienſis.

Obſervatio IV.

1. ***Colonienſi competit officium imponendi primum diadema Regium electo Romanorum Regi.***

2. ***Ita teſtatur Carolus generaliter, ſine diſtinctione locorum.***

3. *Diſpu-*

3. *Diſputatio inter Moguntinum, & Colonienſem.*
4. *Cur Colonienſis in Coronatione Matthiæ Roman. Regis, officio ſuo non functus fuerit?*
5. *Viſcherus immeritò taxat Arumæum.*
6. *Quæ cauſa aliquando impediverint Colonienſem.*
7. *Ferdinandus IV. à Moguntino ſuſcepit diadema Ratisbonæ.*
8. *Leopoldus autem à Colonienſi Francofurdiæ.*
9. *Quomodo lis inter partes ſopita.*

ARchiepiſcopo Electori Colonienſi competit dignitas, & officium, Romanorum Regi primum Diadema Regium imponendi. Generale hoc 1. 2.
enuntiatum eſt, nec ad ullum locum reſtringitur in Bulla noſtra; quoniam vero, ex conſtitutione de ſeſſione *ſupra cap.* 3. §. 2. *hoc cap. noſtro.* §. 1. de proceſſione *infra cap.* 21. §. 1. inclareſcit, conſiderari maximè Provinciam & Diœceſin cujusque Electoris Eccleſiaſtici, eandem conſiderationem etiam in actu coronationis obſervandam eſſe, videri poſſet; proindè, extra dubium verſari, quando prima coronatio Aquisgrani, ut fieri debet *infra cap.* 28. §. 5. peragitur, (qui locus ad Diœceſin Colonienſem ſine contradictione pertinet) Colonienſi tunc competere hoc jus electo imponendi primum Diadema Regium. Verum cum ex *dict. cap.* 28. §. 5. & variis exemplis conſtet, coronationem Regiam, certas ob cauſas etiam alibi fieri poſſe, ad præcavendas lites, quas noſtro tempore ortas novimus, maximè feciſſet, ſi Carolus in ſpecie hujus caſus meminiſſet, & pronunciaſſet diſtinctim, nempè, quis Regem coronare deberet, ſi coronatio peragetur in Diœceſi Moguntina, aut Colonienſi, & quis tunc, quando fieret extra Diœceſin Colonienſem, ac Moguntinam, alibi in Imperio; vel addidiſſet vocabulum *ubique*, aut conſimile, quo generalitas magis confirmaretur. Pro Moguntino maximè facit jus Archicancellariatus, quod habet per totam Germaniam: cui, certo caſu, etiam jus Diœceſanum auxilio eſt. Pro Colonienſi pugnat ge- 3.
neralis Caroli enunciatio, ad quam potius, quam ad antiquiſſimum morem, quando Moguntinus etiam in Diœceſi Colonienſi coronavit Electos Reges, ut ex hiſtoricis cognitum, recurrendum videtur. Ad actus, qui poſt auream 4.
Bullam contigerunt, & Colonienſi objiciuntur, ac inter illos noſtro ſeculo in coronatione Matthiæ Roman. Regis, reſpondet Viſcherus *dict. diſcurſ. con-* 5.
cluſ. 1. *num.* 177. Archiepiſcopum ea, quæ ſunt ordinis, ut eſt conſecratio & unctio, non poſſe exercere, antequam pallium à Pontifice ſit conſecutus *c. pallium diſtinct.* 110. Bertach. *in tract. de Epiſcopo. cap. fin. tit.* 13. Petr. Gregor. Tholoſ. *lib.* 11. *Syntagm. jur. univerſ. cap.* 11. eo autem illis caſibus caruiſſe Archiepiſcopos Colonienſes: & concludit, ſatis imperitè Arumæum *diſcurſ.* 3. *ad A. B. theſ.* 17. ſcripſiſſe: locum his caſibus in cauſa fuiſſe. Sed non ſatis bonâ fide allegat Arumæum, qui non agit de omnibus illis caſibus, ſed de illo tantum, qui contigit poſt electionem Matthiæ, nihilque certi determinat, ſed utitur vocabulo *forſan*. Plures verò cauſas recenſet Mateneſius 6.

Digitized by Google

lib.3. de coron. Ferdin. II. pag.97. dum ait, quod aliqui (Reges Romanorum) ab iiſdem Electoribus (Colonienſibus) Archiepiſcopis coronati non fuerint, id vel ex eo profectum eſt, quod majoribus ordinibus initiati non fuerint, vel quod pallium, recens electi, à ſede Apoſtolica conſecuti nondum fuerint, ſine quo ea, quæ ordinis ſunt, exercere non poſſunt; vel denique, quod civilia bella, & varietates religionum vetitarum, per Imperium paſſim

7. graſſantes, aut alii obices id facere non permiſerunt. Noſtra ætate, cum anno 1653. Ferdinandus IV. in Regem Romanorum Ratisbonæ coronandus erat, inter Moguntinum & Colonienſem acerrimè diſputabatur, uter eorum hunc actum deberet perficere: rationes quibus uterque pro, & contra uſus fuit, poſteà in lucem editæ & publicæ factæ ſunt. (ego ex illis nonnullas re-

8. petii. *tom. V. jur publ. in addit. ad lib.3. cap.6. num.3.*) Prælatus tunc fuit Colonienſi Moguntinus, & continuatum inter illos diſſidium usque ad Coronationem Leopoldi, Imperatoris moderni, quo tempore amicabili transactione inter partes ſopitum, ita ut alternis vicibus jus coronandi de cætero

9. habeant Moguntinus, & Colonienſis. Tenor transactionis, hic eſt; Demnach zwiſchen denen Hochwürdigſten / auch Durchleuchtigſten Fürſten und Herren/ Herrn Johann Philippen/ Ertz-Biſchoffen zu Maynz/ ſo dann Herrn Maximilian Heinrichen / Ertz-Biſchoffen zu Cölln/ rc. zeithero ſich umb deßwillen Irrung und Streit erhalten / daß Ihre Churfürſtliche Durchleuchtigkeit zu Cölln/ die Krönung eines erwehlten Römiſchen Königs Ihr / und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Cölln/ allein/ und zwar nicht nur zu Aachen/ und in dero Cölniſchen Ertz-Biſchöfflichen Landſchafft/ſondern auch durchgehends im gantzen Heiligen Reich Teutſcher Nation, ohne Unterſcheid / Krafft zu ſolchem End angezogener güldener Bull Keyſer Carls deß Vierdten zueignen/ hergegen aber Ihre Churfürſtliche Gnaden zu Maynz/der güldenen Bull nach/die Stadt Aachen zwar Ihrer Churfürſtl. Durchleucht. und dem Ertz-Stifft Cölln gern geſtehen/Ihro doch/und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Maynz/alle übrige Orte deß Heiligen Reichs Teutſcher Nation, Krafft für ſich angezogenen alten Herkommens und Gebrauchs/Beſitzung zuſchreiben wolten; Als haben beyderſeits höchſtgedacht Ihre Churfürſtl. Gnaden und Durchleucht. zu Maynz und Cölln/ für ſich und ihre Nachkommen/ an dero Ertz-Stifftern/ Land und Leuten zum beſten/ nach reiffem der Sachen Vorbedacht/ ſich in der Güte einmütig und Freund-Brüderlich verglichen/ wie folgt. 1. Wollen Ihre Churfürſtl. Gn. zu Maynz/ und dero Nachkommen/ am Ertz-Stifft Maynz/ zu Fortpflanzung beſtändigen Wolvernehmens/ guter Vertrauligkeit und Freundſchafft / wann die Frage / ob die Crönung an einem anderen / als in der güldenen Bull beſtimbten Ort verrichtet werden ſolle? vorkómpt / ſich nicht allein mit Ihrer Churfürſtl. Durchleucht. zu Cölln / und dero Nachkommen/ am Ertz-Stifft Cölln/ einſtimmig erklären / ſondern auch dahin bemühen und vermitteln helffen / damit die beſagte

beſagte Frage im Churfürſtl. Rathe/bey überlegung deß Keyſerl. Wahl-Eyds/ und vor der Wahl iedesmahl vorgenommen und erörtert / und die Crönung zu Aachen werckſtellig gemacht werde/ niſi impedimentum legitimum obvenerit, es were dann das eine rechtmäſſige Verhinderung darzwiſchen käme/wie die güldene Bull ſelbſt redet/unter dem 25. und 28. Titul/ in dem Satz/ ſo ſich anfängt: Invenimus etiam &c. Wir befinden auch / u. a. m. 2. Daß beyden Ihren Churfürſtl. Gn. und Durchleucht. zu Maynz und Cölln / die Würde und das Ampt zu krönen in Ihren Ertz-Biſtumben undiſputirlich / und zwar iedem in ſeinem Ertz-Biſtumb und ſeinem Bezirck allezeit allein / und fürnemlich zukommen ſolle. 3. Da aber auſſerhalb dieſen beyden obgedachten Ertz-Biſtumben/ Maynz und Cölln/ die Crönung in einigen deren unterhabenden Bey-Biſtumben/ oder in andern auſſer der Ertz-Biſchofflichen Maynz- und Cöllniſchen Landſchafft gelegenen Ertz-und Biſtumben / geſchehen würde / alsdann ſol dieſelbe umbwechſelicht / von beyden Herren Churfürſten / zu Maynz und Cölln/ verrichtet/ und alſo auſſer Aachen/und dann von beyden Herren Churfürſten ſich vorbehaltenen / ihren eigenen Bezircks und Ertz-Biſtumben / im gantzen Heil. Reich / zwiſchen Ihnen der Crönung halber eine durchgehende Gleichheit ins künfftig gehalten werden. 4. Dafern die Crönung auſſer denen Maynz-und Cöllniſchen Ertz-Biſtumben / es ſeye inner- oder auſſerhalb beyderſeits Landſchafften/vorgenommen werden ſolte/alsdann ſollen bey obgemeldter Umbwechſelung Ihre Churfürſtl. Gn. zu Maynz / zu mehrer Bezeugung Ihrer treuen Freund-Brüderlichen Wohlgewogenheit/ nicht allein ſich freywillig erklärt/ ſondern dabenebens auch deß Erbietens ſeyn/bey nechſter Wahl/und deren Beendigung beſt-möglichſt ſich dahin zubemühen/ damit die ietzt-bevorſtehende Crönung in der Stadt Cölln (weilen/ etwan wegen deß kurtz hiebevorn zu Aachen vorgangenen Brand-Schadens/der Bewirthung halber daſelbſten es unbequem fallen dörffte) verrichtet werden möge. 5. Solle dieſer Vergleich / nicht allein von beyden Herren Churfürſten unterſchrieben / ſondern auch von beyden Thumb-Capituln / zu Maynz und Cölln / mit bewilliget/ und zu ewigen Tagen hierauff einmütiglich / veſt und unverbrüchlich gehalten / auch andere Außleg-und Außdehnungen/ oder Einflickungen darinn keines wegs zugelaſſen/ viel weniger das geringſte ſonſten dargegen vorgenommen werden. Deſſen allen zu Urkund/ haben beyde höchſtgedachte Ihre Churfürſtl. Gnaden und Durchleucht. Maynz und Cölln / für ſich / und ihre beyderſeits Nachkommen / an dero Ertz-Stifften/fünff dieſer verglichener Verträge unterſchrieben/und verſiegelt/welche auch beyde hochwürdige Thumb-Capitul / zu Maynz und Cölln / mit bewilliget und zugleich vollnzogen haben ; darob eine recht gründliche Abſchrifft Ihrer Churfürſtl. Gnaden zu Maynz/eine Ihrer Churfürſtl. Durchleucht. zu Cölln/ und dero Archiv, auch iedem Thumb-Capitul eine / und dann eine zur Reichs-Cantzley außgeantwortet/und verwahrlich auffbehalten werden ſolle. Geſche-

Digitized by Google

hen den 25. *Junii*, 1657. Diarium Europæum *part.*1. *pag.*948. Sprenger. *in juriſprud. publ. pag.*181. *& ſeq.* De eo mihi conſtat Colonienſem, Anno 1658. Francofurdiæ, quæ pertinet ad Diœceſin Moguntinam, unxiſſe Leopoldum in Regem Romanorum, coronam verò illi impoſitam communi Electorum Eccleſiaſticorum opera: Quamquam enim in Capitulatione Regi præſcripta expreſſum fuerat. *artic.* 37. coronationem Coloniæ fieri debere, aliud tamen poſtea placuit, & factum eſt.

Obſervatio V.

Ad Verb. à Rege Bohemiæ.

1. *Rex Bohemiæ votum ſuum profert loco tertio.*
2. *Electores comparantur Regibus.*
3. *Bohemus votum non habet ut arbiter.*

1. REx Bohemiæ loco tertio votum ſuum dicit in electione Regis Romanorum, atque ſic ante cœteros Electores ſeculares, inter quos primatum
2. obtinet, ex Regiæ dignitatis faſtigio. Licet enim omnes Electores Regibus æquiparentur. *tom. I. jur. publ. lib.*3. *cap.*2. *num.*3. attamen inter *ipſos* gradus dantur honoris; nempè, Eccleſiaſtici, ratione ordinis ſuirpræferuntur ſecularibus, inter ſeculares præfertur cæteris Rex Bohemiæ, quia revera Rex
3. eſt, & Elector, reliqui ſaltem per comparationem Reges nominantur. Cæterum, cum hîc votum tertium attribuitur Regi Bohemiæ, errorem non levem errant illi, qui eundem Regem, ultimum, & tale habere, ſcribunt, quod illi demum competat, quando Electores ſunt diſparis opinionis; quorum catalogum exhibui. *tom. I. de jure publ. lib.*3. *cap.*8. *num.*2. & nunc addo Rouſſel. *hiſt. jurisdict. Pontif. lib.*2. *cap.*9. *num.*60. *pag.*244. Charron *en l'hiſtoire univerſelle chap.*126. *pag.*912. quibus tamen magis, tanquam exteris, debetur venia, quam Germanis, qui in eodem luto hærent; inter quos reperio Frideric. de Marſelaer *in legato lib.*1. *diſſert.*30. *pag.*172. ubi generaliter tradit, Concilium ſupremum, quod quaſi univerſale, nuncupatur *diæta*, quod conſtituunt tres Principes Eccleſiaſtici, & totidem ſeculares, *haud* ignoti nominis. Decernunt hi ſuper ſtatu, & ſucceſſione formæ Imperatoriæ, rebusque graviſſimis orbis Germanici, & ſi ita inter ſe diſſenſerint, convenerintve, ut tres ab una, nec minus ab altera parte ſteterint, cuicunque tunc Rex Bohemiæ (penes quem numero votorum non diſpari, poſtremæ eſt deciſionis ſuffragium) acceſſerit, huic acquieſcendum erit, non ſecus quam ſi junctim omnes unius ſententiæ extitiſſent.

Obſervatio VI.

Ad Verb. à Comite.

Cui hodiè competat votum quartum?

QUartum votum in hoc actu electionis competiit Comiti Palatino Rheni; hodiè verò competit Electori Bavariæ, ut ex *Inſtrument. Pacis Oſnabrug. de anno* 1648. *artic.* 4. §. *& primo quidem*, nec non ex uſu; & praxi, notum eſt. *ſupra hoc cap.* 4. §. 1. *obſerv.* 5. *&* 9.

Digitized by Google

Obſervatio VII.

1. *Comes Palatinus in A. B. plerumque dicitur cum adjuncto vocabulo Rheni.*
2. *Ratio adjectionis.*

QUoniam plures in Imperio ſunt Comites Palatini, de quibus dixi. *tom. II. jur. publ. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 35. *& ſeq.* ac inter illos præcipui, Palatini Rheni, & Saxoniæ: Goldaſt. *in præfat. part.* 1. der Reichs-Satzungen. Ideoque Electori Palatino attribuitur titulus Comitis Palatini Rheni, quo diſtinguatur à cæteris *ſupra cap.* 1. § 11.12.13. *cap.* 4. §. 1. *&* 3. *cap.* 5. §. 1. *&* 3. *cap.* 7. §. 2. *cap.* 11. §. 3. *cap.* 25. § 1. *cap.* 27. §. 4. & ſic quidem ordinariè, exceptis ſolum tribus locis noſtræ Bullæ, in quibus tantum appellatur Comes Palatinus. *in rubr. cap.* 5. *cap.* 22. *infra & cap.* 27. §. 6. 1. 2.

Obſervatio VIII.

Ad verb. Duce Saxoniæ.

Electori Saxoniæ competit dicere votum loco quinto.

ELector Saxoniæ quinto loco profert votum ſuum in electione Regis Romanorum.

Obſervatio IX.

Ad verb. Marchio Brandenb.

1. *Elector Brandenburgenſis profert votum loco ſexto.*
2. *Et Elector Palatinus hodiè loco ſeptimo.*

ELector Marchio Brandenburgenſis, in ordine votandi ſextus eſt, & hodiè Elector Palatinus ſeptimus. 1. 2.

Obſervatio X.

Votum Moguntini perquirit Elector Saxoniæ.

OMnium Electorum nomine votum Moguntini perquirit Elector Saxoniæ, ut indicat Protocollum electionis Caroli V. *tit.* 26. *&* 31. apud Goldaſt. *in polit. Imperial.* idemque fit ab eodem in Comitiis, in Conſilio Electorum. Lehemann. *lib.* 2. *Chron. Spirenſ. cap.* 124. *ſub titul.* 6. *ſub. rubr.* Churfürſten Rath. §. inſonderheit aber. *pag.* 1015.

Obſervatio XI.

Ad verb. dicti Principes.

1. *Cur Moguntinus ultimo loco ſuum proferat votum?*
2. *De conſuetudine apud veteres.*

RAtio cur Moguntinus non primo, ſed ultimo loco ſuum aperiat votum, 1.
forταſſis illa dici poterit, ne, (cum ſit Collegii Decanus, & totius Germanici Imperii Archicancellarius, primusque dignitate & authoritate excellens) 2.
alios voto ſuo trahat in aſſenſum. Nam, ut ait Symmachus, in deliberando perſona pondus facit, quando reſiſtitur potiori? quamobrem, cum Tiberius quondam in Senatu proclamaret, ſe quoque in quadam cauſa laturum ſen-

tentiam palàm, & juramentum, quo cæteris eadem neceſſitas fieret, Cneus Piſo, inquit, quo loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habeo, quod ſequar. Unde idem Tiberius, cum de Lepidæ à Quirino, viro ſuo, adulterio accuſatæ capite ageretur, licet viginti jam per annos ab eo ſeparata eſſet, noluit Druſum, nepotem ſuum opinari primum, ne, ut ait Tacitus, cæteris aſſentiendi
2. neceſſitas fieret. Conſtat, apud veteres hoc obſervatum, ut honoratiores & Seniores, primi dicerent, quid ſentirent de re in quæſtionem adducta: Sed ubi de electione Conſulum agebatur, Juniores primi ſuffragia ferebant. Roſſel, *hiſtor. jurisdict. Pontif. d. lib. 2. cap. 9. num. 58. pag. 242.*

Obſervatio XII.

1. *An poſt A. B. Moguntinus primo loco dixerit votum ſuum?*
2. *Notatur error Arumæi.*
3. *Quem fruſtra defendere nititur Carpzovius.*

1. ORdinem hunc, quo Moguntinus ultimo loco exprimere debet votum ſuum, poſt latam A. B. non obſervatum docet. Arum. *diſcurſ. 3. ad A. B. theſ. 14. & theſ. 21.* Nam (ſubnectit) in electione Caroli V. Moguntinus gravi oratione votum ſuum prius explicavit, quem ſubſecutus Trevirenſis fuit. Sleidan. *lib. 1. de Stat. Reipubl.* & cum Maximilianus II. in Romanorum Regem eligendus eſſet, Moguntinus à reliquis ſeptemviris interrogatus, quemnam ipſe eligeret? (verba ſunt Relatoris ejus, qui deſcripſit electionem Maximilan. II. reſpondit, ſe eligere Maximilianum Bohemiæ Regem: tum hos viciſſim Moguntinus ſigillatim rogavit, atque ita omnium
2. una voce Rex renunciatur Maximilianus. Errare verò Arumæum, clarè patet ex dicto Protocollo *Elect. Caroli V. tit. 31.* & quod Maximil. II. attinet, à relatore, quisquis ille fuerit, deceptum fuiſſe, conſtat. (quo de egi *tom. I.*
3. *jur. publ. lib. 2. cap. 3. num. 61. & ſeqq.*) Arumæum defendere, & mihi contradicere, annixus quidem fuit Carpzov. *dogm. 2. addito diſcuſſ. voti ſeptemvir. pro Carolo V. num. 26.* ſed omninò ipſum rediturum ad ſententiam quam anteà amplexus fuit *in comment. de L. Regia German. cap. 11. ſect. 8. num. 8* mihi perſuaſum habeo, ubi benè perpenderit, quid illi reſponderim. *tom. V. jur. publ. in addit. ad d. lib. 2. cap. 3. num. 60.*

Obſervatio XIII.

1. *Error Petri Gregorii Tholoſani.* 2. *Errores Charonii.*

1. CÆterum ſi quæratur, cujus nomine Electores hanc poteſtatem eligendi exerceant? ſciendum eſt, illos hoc agere nomine proprio, ſed virtute Imperii Germanici, à quo ea poteſtas dependet, cujusque in ſalutem hæc electio inſtituta. Quod notari debet, contra Petr. Greg. Tholoſ. qui *de Republ. lib. 6. cap. 13. num. 25.* ex Ptolomæo (Lucenſi, Epiſcopo Torcellenſi, annalium ſcriptore)

Digitized by Google

ptere) docet, Archiepiſcopum Moguntinum eligere nomine Germaniæ, Archiepiſcopum Trevirenſem nomine Galliæ, Archiepiſcopum Colonienſem Italiæ nomine, &c. ac *lib.7. de Republ. cap.15. num.18.* idem repetit, & dicere Trevirenſem ait, ſe Gallorum nomine eligere, quamvis ab illis nunquam habuerit mandatum eligendi. Verum cum hæc *tom. I. jur. publ. lib.3.* 2.
cap 5. num.9. & ſeq. examinaverim, hic nolo crambem bis coctam apponere, neque ea quoque repetere, quæ contra Charronium (qui *en l'hiſtoire univerſelle chap.125. pag.901.* aſſerit, Electores ſacratioris ordinis Pontifices, omnes Gallos eſſe; Palatinum cenſeri poſſe tam Gallum, quam Germanum; Francofurdum, ubi eligitur Rex Romanorum, & circumjacentem tractum incolentes, pro Gallis habendos; Regem Romanum in Gallia, nimirum Aquisgrani, coronari; Imperii veram ſedem ſemper hucusque permanſiſſe in Gallia, nec unquam in Germaniam tranſiiſſe; Imperatorem non poſſe ſine Gallia uti titulo veri Imperatoris, quamquam alibi ſit electus) diſputavi *tom. V. jur. publ. in annot. ad d. lib.3. cap.1. num.26.*

§. 4.

Obſervatio.

1. *Hic §. accenſetur fugitivis.*
2. *Eſt imperfectus.*
3. *Alio utitur ordine quam factum. cap.27.*

TRia hîc notanda ſunt: Primò hunc §. ad materiam, de qua hoc capite agitur, non pertinere, ſed ad celebrationem Imperialis curiæ, ac ad *cap.* 1.
27. ubi de officiis Principum Electorum ex profeſſo tractatur, indeque nomen fugitivi vix evitare poſſe, eo ſcilicet ſenſu, quo fugitivæ leges appellantur, quæ minus proprio loco relatæ; qualium, & malè collocatarum meminit Cujac. *in not. Inſtit. de gradibus cognat. & 3. obſerv. 17. ac 5. obſerv. 57.*
Secundò, hunc § imperfectum eſſe, quoniam de officiis Electorum Eccleſiaſticorum, nec non etiam de officio Comitis Palatini Rheni (ſi ſequimur Codicem Palatinum, in Moguntino enim fit mentio officii Comitis Palatini) plane nihil habet: cujus cauſa recurrendum eſt ad *d. cap.27.* Tertiò, non 3.
utitur eo ordine, qui obſervatus in *dict. cap.27.* Primo loco ponit officium Marchionis Brandenburgenſis, quod fit contra ordinem *dict. cap.27. §.3.* obſervatum; officium Mareſchalli recenſet loco ultimo, quod *d. cap.27. §.1.* primum obtinet. Non eſt verò de his ut hîc multa dicamus, ſed reſervanda ducimus ad *dict. cap.27.* tanquam veram hujus rei ſedem.

CAPUT.

Digitized by Google

CAPUT V.

DE JURE COMITIS PALATINI, ET SAXONIÆ DUCIS.

Obſervatio

IMperfectum videtur eſſe hoc rubrum, & ita ad perfectionem reducendum: *De jure proviſionis Imperii Comitis Palatini Rheni, & Saxoniæ Ducis, ac de Judice Imperatoris.*

§. I.

Obſervatio I.

1. *Vicariatus Comitis Palatini Rheni. quando incipiat.*

1. 2. *An etiam tempore abſentiæ Imperatoris.*

QUatuor hoc §. continentur de proviſione Comitis Palatini Rheni; nempè, quando incipiat, quando finiatur, quouſque ſe extendat, & qua poteſtate exerceatur. Incipit verò tunc, quando ſacrum vacare contingit Imperium; quod quibus modis contingat, ſupra explicavimus; ſcilicet, quando Imperium caret capite, id eſt, quando illud morte ſublatum, vel ſententia remotum, vel renunciatione munus depoſuit. De his caſibus ſolum, ac potiſſimum mortis, hîc loqui legiſlatorem, colligitur ex verbis ut præmittitur: nempè in præmiſſis expreſsè tantum dictum fuit de vacan-
2. tiâ, quæ fit per mortem. *cap.*1. §.18. *&* 19. ratio autem admittit extenſionem ad cœteros etiam veræ vacantiæ caſus. Illud apud me certum eſt, nec verbis, nec ſenſu caſum abſentiæ Imperatoris attingi. Non nego tamen Comitem Palatinum Rheni, quando Imperator extra Imperium degit, aut captivus detinetur (ut Exemplum Wenceslai nos docet. Lehemann. *Chron. Spir.cap.*71. *pag.*849.) vicariatum exercere in Imperio, non vi tamen hujus noſtræ Bullæ, ſed privilegii anterioris, cujus quidem meminit Bulla, ſed unius tantum vacantiæ caſum recenſet, quoniam de altero quoque agere non habebat in animo: itaque nec noſtri eſt propoſiti, de illo hîc multa verba facere, memores tamen eorum, quæ ſcripſimus *tom. I. jur. publ. lib.*3. *cap.*12. *num.*35. *& ſeqq.* ac *in annot. ad Capitul. Caroli V. artic.*3. *verb.* Pfaltʒ/ und Sachſen *pag.*141. *& ſeqq.* & *tom. V. jur. publ. in addit. ad d. lib.*3. *cap.*12. *num.*40. *pag.*223. *& ſeqq.* ac quæ legimus in der kurtzen *Information* von der Churfürſtlichen Pfaltz-*Vicariats*-Gerechtigkeit/ *edita in lucem anno* 1614. *& nuper recuſa. pag.*6. *& ſeq.*

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio II.

1. *Senſus Verborum*, ad manus futuri Regis. | 2. *Moguntinæ editionis defectus.* | 3. *Quando expiret Vicariatus.* *Ad Verb.* ad manus.

QUid verba, ***ad manus futuri Regis***, ſibi velint, non caret dubio. Germanicæ translationes Bullæ noſtræ illa diverſimodè explicant. Quæ apud Goldaſt. ***inter ſtat. & reſcript. Imper. pag.*** 120. ***& part.*** 2. der Reichs-Saꝛungen. ***part.*** 52. reperitur, habet, zu der Hand eines künfftigen Römiſchen Königs. 1. Ego conjicio manum hîc pro poteſtate accipiendam eſſe, ut ſenſus ſit, Comitem Palatinum, vacante Imperio, ejus proviſorem eſſe, usque ad terminum, quo poteſtas providendi Imperio futuro Regi Romano ſit collata, & ille manum ad eam admoverit. Moguntinam verſionem in eo erroneam judico, quando, quod in latina Moguntinæ editionis verba futuri Regis (quæ eadem in Codice Palatino leguntur) omninò omittit; quod ſi pro ***manus*** quis ſubſtituere velit ***munus***, id ei per me liberum erit. 2. Hoc dubio caret, Palatinum eſſe proviſorem Imperii, tempore, quo illud vacat; itaque ut primum vacare ceſſat, ipſius expirat proviſio: quod regulariter fit, electione peracta, Imperio electo oblato, & ab eodem acceptato. 3. Si verò electus adhuc extra Germaniam ſit, continuatur proviſio, usque ad ejusdem adventum. Sic cum Carolus anno 1519. Junii die 28. electus, anno demum ſequenti ſub tempore veris veniret in Germaniam, Vicariatus eo usque duravit. Buxtorff. ***theſ.*** 75. ***lit. b.***

Obſervatio III.

1. *Quousque ſe extendat jus Vicariatus Comitis Palatini Rheni?*
2. *An Bavaria ab eo excepta?*

Ad Verb. in partibus Rheni.

AD Comitis Palatini Rheni Vicariatum pertinent partes 1. Rheni. 2. Sueviæ. 3. & quæ ſunt juris Franconici. 1. Quod hic conciſè Carolus, id extenſius Goldaſt. in der Vorrede deß erſten Theils der Reichs-Saꝛungen/ ubi ait: der Keyſerlichen hohen Reichs-Pfalꝛ in Schwaben ſeind unterworffen und zugehörig geweſt alle Lande/ſo in der Sächſiſchen Erꝛ-Pfalꝛ nicht begriffen; Carolus IV. in ſeiner Conſtitution von der Pfalꝛ-Vicariat-Ampt; nicht allein der Rotweiliſche Hoffgerichts-Circkel/ mit ſeinen Kreiſen/ wie die beſtimmt und determinirt ſeind in der alten Hoffgerichts-Ordnung erſten Theils. ***tit.*** 6.. ***in Maximiliani I.*** Ordnung. ***in pr. Maximiliani II.*** erneuerten Ordnung im andern Theil ***tit.*** 1. Welches Hoffgerichts oberſter Reichs-Richter iſt der Churfürſt am Rhein/dadurch der Pfalꝛgraff verſtanden wird/2c. das iſt ganꝛ Schwaben und Francken (Gülden Bull/ ***cap.*** 5. ***in pr.***) ſondern auch der Donauſtrom/ biß an die Ungariſchen Grenꝛen/ mit Tyrol/ Kerndten/ Bayern/Oeſterreich/ (Freher. ***in origin. Palatin. cap.*** 15.) der Rheinſtrom mit ſeinem Urſprung/ und

 Anſtoß

Anſtoß der Lombardiſchen Grentzen/ hinab biß an das Britanniſche Meer / mit Pündten/ Schweitzerland/ Walliß/ Saphoy/ Burgund/ und was in dem Arelatiſchen Reich herwart der Rhonen/item Lothringen/der gantze Teutſche Rhein/ mit allen Chur-und Fürſtenthumben / Stådt und Herꝛſchafften / ſampt allen
2. Niederlanden / das iſt / tota Alamania, & tota Francia Orientalis, Güldẽn Bull / *cap.5. in pr.* Schwaben-Spiegel. *lib.2. cap.43. §.6.* Ita fortaſſis olim obtinuit, poſtea hujus Vicariatus alia apparuit facies, ut & in ipſa interiori Germania, Bavariæ Ducatus eum non admiſerit, als welcher ſich in den Bayeriſchen Creiß nicht erſtrecke. vide das kurtze Gegenbedencken und Bericht von der Churfürſtl. Pfaltz Vicariats-Gerechtigkeit. *pag.25. & 26.*

Ad Verb. jure Franconico.

Obſervatio IV.

Interpretatio Verborum, in jure Franconico.

VErba, in jure Franconico, in verſionibus Germanicis diverſimodè exprimuntur. Quam habemus apud Goldaſt. *dict. tom. in ſtatutor. & reſcript. Imper. pag.126.* reddit, im Frånckiſchen Gebiethe: quod verbum Beſoldus *in Theſ. pract. verb.* Gebieth / interpretatur diſtrictum & juriſdictionem. Moguntena, in Landen am Rhein / Schwaben und Francken. Mihi videtur, vocabulum juris eodem ſenſu hîc accipiendum eſſe, quo utitur legiſlator in §. 2. ubi Saxonica jura ſervantur.

Ad Verb. ratione Principatus.

Obſervatio V.

Controverſia inter Electorem Bavarum & Electorem Palatinum Rheni, de Vicariatu Imperii.

MAgna inter Electorem Bavariæ, & Electorem Palatinum, tempore nuperrimi interregni orta eſt controverſia, an jus Vicariatus pertineat ad Electoratum Palatinum, an verò ad Comitatum Palatinum Rheni, reſpectu iſtius Principatus ſeparatim conſiderati ab Electoratu? Quæ diſtinctio obſervata fuit, anno 1648. in Inſtrumento Pacis Oſnabrugenſis & Monaſterienſis *artic.4. §. Et primo juncto §. Deinde ut inferior.* Attribuitur ibi Bavaro ea dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, inſigniis, & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem ſpectantibus, nullo prorſus excepto. Palatino autem datur novus, & numero octavus Electoratus; ac conſtituitur, ut eidem inferior Palatinatus (qui Rhenenſis eſt) cum omnibus & ſingulis, Eccleſiaſticis & ſecularibus bonis, juribus & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores, Principesque Palatini gaviſi ſunt, plenariè reſtituantur. Bavarus Vicariatum, tanquam ad Electoratum pertinentem ſibi deberi contendit; Palatinus eum, ceu ad Principatum inferioris Palatinatus ſpectantem, ſibi competere, aſſerit. Diſceptantium fundamenta extenſius deducta leguntur

Digitized by Google

in Jurisprudentia publica Sprengeri *pag.269. & ſeqq.* Pro Electore Palatino dicitur, I. Retentum ſibi in Inſtrumento Pacis Comitatum Palatinum, cum annexis, inter quæ ſit Vicariatus, qui ratione Comitatus Palatini Electoribus Palatinis ab antiquo competiit, atteſtante aurea Bulla, *ſub tit. de Vicariatu.* II. Nihil ſibi in Inſtrumento Pacis ademptum, niſi quod expreſsè ponatur; cum igitur Vicariatus in pace Oſnabrugenſi nulla mentio fiat, reſervari illum antiquo Domino. III. Non fruſtra in inveſtitura Ferdinandi, Elect. moderni, omiſſam Vicariatus inveſtituram, nec nocere illam Maximil. Patris, in qua licet Vicariatus mentio fiat, illam tamen per Inſtrumentum Pacis abolitam, IV. Quod annexum non ſit, hinc patere: Vicariatum geſſiſſe Comites Palatinos, antequam Electoralem attigerint dignitatem, conſtare de Conrado, teſtimonio Buxtorff. in A.B. quod Vicarius fuerit tempore Henrici Aucupis, quo nec mentio ulla Electoralis fuerit dignitatis, quæ poſt tempore Ottonis III. vel ut ſaniores, inter tempora Friderici II. & Rudolphi, inceperit. Excipiunt Bavari I. plura competiiſſe ratione Comitatus Palatini, juxta aſſertum Palatinum, quæ jam mutata ſint: Ex aurea Bulla exercuiſſe Comites Palatinos Electoralem dignitatem, vigore Principatus & Comitatus Palatini, ſed illam Elect. dignitatem, utpote translatam in Bavaros, non amplius ratione illius Comitatus exercent, quanto minùs Vicariatum, cum Vicariatus, Archidapiferia, Electoralis dignitas, ita ſint, ex teſtimonio Rusdorffii. Miniſtri Palatini, in vindiciis Palatinis, connexa, ut unum ab altero ſeparari nequeat. Imò auræ Bullæ diverſas eſſe editiones, germanicam ſe ita habere, deß Churfürſtenthumbs und Pfalzgraffſchafft wegen; in latina conjungi hæc, Archidapifero Electori ratione Comitatus Palatini, quo duo connectantur, Comitatui Palatino præmitti Archidapiferiam, quo indicetur illud principale Vicariatus ſubjectum eſſe, nec iniquum, ſi translata Archidapiferia in Bavaros, tranlatum etiam ſit illius annexum. Quod autem Electoratui inhæreat hinc demonſtrari, quod Rupertus Elect. in diplomatibus Vicariatus illa formalia adhibuerit, deß Churfürſtenthumbs halber/ ut ſignificaret, Vicariatum vigore Electoratus competere; in cujus magis illuſtre teſtimonium, miſiſſe antiquitus Electores Palatinos Cameræ Imperiali inſigne Electoratus, hoc eſt, pomum, non verò inſigne Palatinum; ex inſigniis verò firmiter concludi *argum. tit. ut nemo alien. præd.* II. Quod non conceditur in Inſtrumento Pacis Palatinis, non tribui; reſtitutis incumbere, quod doceant, in quantum reſtituti ſint; inveſtituram patris Maximiliani tribuere poſſeſſorium, quod per Inſtrumentum Pacis mutatum non ſit, cum non corrigat. III. Negare ſe, in totum abolitam inveſtituram Maximiliani, niſi quod ſpecies expreſsè poſitas. IV. Quando Comites Palatini primum exercuerint Vicariatum, certo non conſtare, Aventinum id referre ad Rudolphi, alios ad tempora Ottonis III. alios ad tempora Caroli IV.

roli IV. quod de Conrado allegatur, de hoc nullum memorâſſe hiſtoricum, an Comes Palatinus tum temporis fuerit, nullum exprimere hiſtoricum, an Vicariatum geſſerit, ex coætaneis hiſtoricis non elucere; Quis inter Palatinos primus Elector fuerit, nullum ſcire, conſtare quidem, per matrimonium filiæ Henrici Comitis Palatini, accepiſſe Ottonem Ducem Bavariæ Comitatum Palatinum, tempore Friderici II. ſed quis primus Elector fuerit, dubiam eſſe hiſtoriam. Replicant Palatini 1. Electoratum quidem ante hâc competiiſſe vigore Comitatus Palatini, ſed jam ab hoc ſeparatum: Electoratum eſſe Bavaris conceſſum, ſibi Comitatum Palatinum retentum, hujus annexum eſſe Vicariatum. Germanicam editionem non detrahere Latinæ, in qua expreſsè poſitum ſit, ratione Comitatus Palatini; nec linguam Germanicam adeò accuratam eſſe, ſi quid ambigui incidat, non conſuli editionem Germanicam ſed Latinam; & quidem plurimorum opinionem eſſe, primò illam linguâ Latinâ editam, cum juxta aliorum opiniones Metis lex illa ſit concepta, Norimbergæ publicata, & ſic præſumptionem eſſe, quod ſub lingua Latina primum in lucem prodierit; cum Germanica Metis in uſu non ſit. Quicquid vero ſit, in dubietate illa recurri ad magis claram explicationem, quam hoc in caſu Latina ſuppeditare poſſit. Archidapiferiam & Vicariatum connexa eſſe: teſtimonium privati non ſtringere jus Dominorum & Principum, cum peccare potuerit. Rupertum anno 1394. poſt depoſitionem Wenceslai, miſiſſe diplomata Vicariatus, cum inſertione, deß Churfürſtenthumbs halben/certo non patere, & ſi feciſſet, quid mali ex unius peccato toti Palatinæ domui accidere poſſet, cum talia peccata in præjudicium agnatorum allegari non poſſint. Quod inſignia concernit, illa nimirum Electoralia, pomum nimirum, quod Fridericus II. El. Palatinus à Carolo V. impetravit, inſeruiſſe ad differentiam aliorum Comitum Palatinorum, ut ſignificare voluerit, ſe Electorem eſſe, non autem quod vel illud vigore Electoratus exercuerit. Et ante illa tempora, inſignia *illos uſurpâſſe* communia Palatina. 2. Reſtitutos ſe in annexa Comitatus Palatini, inter hæc principale eſſe jus Vicariatus. Ergò claram eſſe literam. 3. Hinc, quoad Vicariatum, abolitam eſſe Maximiliani inveſtituram. 4. Si hiſtoricorum fidem ſugillare velint, ſufficere aureæ Bullæ ſupra memoratum fundamentum, nec opus intricari obſcuræ antiquitati, ubi dilucida jura pro domo pugnent Palatina. De eadem controverſia vide ſi placet Diarium Europæum *part.* 1. *pag.* 70. 73. 79. 80. *&* 1119. & me *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 215.

Obſervatio VI.

Ad Gerb. privilegio.

1. 2. 3 Vicariatus quando Electori Palatino conceſſus fuerit.

1. IUs Vicariatus exercet Palatinus vi Privilegii, cujus initium ad vetuſtiora tempora

tempora à nonnullis refertur. Credo antiquum eſſe, (vide *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 31. *& ſeq.*) licet mihi nondum notum ſit, à quo primum, & quando conceſſum fuerit: renovationes, & confirmationes aliquot Imperatorum me non fugiunt. Goldaſtus in rationali *ad d. tom. conſtit. & reſcript. Imper. pag.* 99. docet, hoc munus Vicariatus, communi Principum, voluntate, ac conſenſu, primum Rudolpho Comiti Palatino Rheni collatum, circiter annum Domini MCCL. allegans Chronicon Georgii Alten Nornbergenſis. Verum author deß kurtzen Gegenbedenckens/ und Bericht von der Churfürſtl. Pfältziſchen Vicariats-Gerechtigkeit. *pag.* 13. taxat Goldaſtum & Alten, dicitque tunc temporis nullum Comitem Palatinum Rudolphi nomen habuiſſe, ac fratrem Imperatoris Ludovici, tunc nondum fuiſſe natum. Ego hoc addo, Alteni relationem non pertinere ad Vicariatum, ſed ad prærogativam judicandi de geſtis Imperatorum. Idem author, quem modo nominavimus *d. pag.* 13. ſcribit: Es ſey unwiderſprechlich wahr/ daß ſolches Pfältziſche Vicariat allererſt mit der güldenen Bullen/ Keyſer Carol deß Vierdten *anno* 1356. zu Nürnberg auffgerichtet/ſeinen Anfang genommen habe; quod comprobare nequeo, poſtquam Carolus IV. mentionem faciens Privilegii, non addidit, ſe id dediſſe, quod facile, & vel uno verbo fieri potuiſſet, ſi dixiſſet privilegii noſtri, & facturum fuiſſe credibile eſt, poſtquam in datione & extenſione privilegiorum aliorum benignitatis ſuæ meminerit *A. B. cap.* 10. § 2. *cap.* 11. §. 3. *cap.* 13. *in fine.* ac verbis, *dedimus & damus*, fuerit uſus.

(margin at "genſis. Verum author": 2.; at "rogativam judicandi … Idem author": 3.)

Obſervatio VII.

Ad Verb. proviſor.

1. *Proviſor.*
2. *Vicarius.*
3. Fürmunder.
4. Verweſer und Pfleger.

QUi hîc dicitur proviſor Imperii, communiter nobis dicitur Vicarius Imperii. 1. Verſio Germanica, apud Goldaſt. *d. tom. conſtit. & reſcript. p.* 126. 2. reddidit, Fürmunder/Moguntina, ein Verweſer und Pfleger; Quorum utrumque 3. 4. etiam prædicatur de Imperatore. vide *annot. mea ad Capit. Caroli V. art.* 1. *verb.* Königlichen Würden. *num.* 6. *&* 7. unde judicare licet de diſtinctione Sinoldi, quam exprimit. *part.* 1. *diſput.* 5. *theſ.* 8. *lit. a.*

Obſervatio VIII.

Ad Verb. cum poteſtate.

Author rejicit traditionem Sinoldinam.

POteſtatem hanc, quam Carolus adſcribit Vicario Imperii, generalem eſſe contendit poſt alios Sinold. *d. diſput.* 5. *theſ.* 1. *lit. a. ac vol.* 2. *diſput.* 10. *theſ.* 2. *lit. d. pag.* 589. contra quos diſputavi *in annotam. ad Capit. Caroli V. art.* 3. *verb.* Pfaltz/Sachſen/ꝛc. *num.* 14. *& ſeqq. pag.* 143. *& tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 40. quo benevolum lectorem remitto.

Digitized by Google

Obſervatio IX.

Ad Verb. judicia exercendi.

1. *Vbi Vicarii exerceant judicia.*
2. *Error Klockii.*
3. 4. *De Sigillo Vicariorum, quod Cameræ Imperiali concedunt.*
5. *De judicio Rothvvilenſi.*

1. IUdicium exercent Vicarii, tam in Aula quisque ſua, quam in Camera Imperiali Spirenſi, quæ eorum nomine poceſſus decernit, ac juſtitiam admi-
2. niſtrat communique ſigillo vicariorum utitur: Quod notandum contra Klock. *vol.1. conſil.3. num.*40. *in fin.* ubi mortuo Imperatore, ſub nomine Moguntini proceſſus in Camera decernendos eſſe ſcribit; quem errorem notavit Dn. Dieterich in notis *ad A. B. cap 5. verb. judicia exercendi. pag.*40. Recordor percepiſſe, Palatinum, tempore interregni, anno 1519. affirmaſſe, ſibi ſoli, excluſo Saxone, competere Sigillum Vicariatus dare Cameræ Judicio; ſed poſtea, rem compoſitam, & Saxonem in conſortium admiſſum
3. fuiſſe. Ex inſtructione Friderici Palatini, Electoris, quam anno 1619. 27. Martii legatis ſuis ad Electorem Saxoniæ deſtinatis, dediſſe legitur apud Londorpium *tom. II. actor. public. lib.2. cap.90. pag.*575. diſcimus, daß ſich beyde Churfürſten / nach Abſterben Keyſer Rudolphi / eines gemeinen Inſiegels zur Juſtitz-Sachen am Keyſerl. Cammergericht zu gebrauchen / mit einander verglichen / daſſelbe Chur-Mayntz fürters beſagtem Cammergericht zugeſchicket:
4. Es ſeye aber bewuſt / welcher maſſen die Camerales, ob ſie wohl damahls die gerichtliche / und andere Proceſs, in beyder Herren Vicarien Nahmen / außgefertiget / jedoch dieſelbe hernacher haben liegen laſſen / alſo / daß die Partheyen / denen am Fortgang ihrer Sachen gelegen / dieſelbe wiederumb haben reſcribiren laſſen müſſen; dadurch in effectu denen H. H. Vicariis die adminiſtratio juſtitiæ, wider den klaren Buchſtaben der güldenen Bull / und ſo viel ſonderlich Chur-Pfaltz belanget / wider die notori obſervantz entzogen / und durch die Camerales, ſoviel an ihnen / dieſe hohe Gerechtigkeit / mit höchſtem Schimpff und præjuditz gleichſam caſſirt und vernichtet worden. So were auch zimliche Nachrichtung / daß die Päbſtiſche Camerales vor dieſem unter ſich ſelbſten / in eventum verglichen / dergleichen Sigill von den Vicariis nicht mehr anzunehmen / viel weniger in dero Nahmen die Proceſs außgehen zu laſſen / welches ihnen ohne gemeiner Stände Vorwiſſen und zulaſſen / wider ſo klare Verfaſſungen deß Reichs keines weges gebühren wolte. Hactenus de judicio Cameræ Imperialis, quo de videri prætereà poſſunt, quæ ſcripſi *tom. I. jur. publ. lib.3. cap.12. num.*51. *&*
5. *ſeqq.* Quod Judicium Rothvvilenſe concernit, in illo non utriusque Vicarii, ſed illius nomine, ad cujus diſtrictum hoc judicium pertinet, peragenda peragi ſolent. Hopping. *de Sigill. cap.5. pag.*119. *num.*58. Ratio differentiæ eſt, quod Cameræ judicium univerſale ſit per totum Imperium, & ſic

per

Digitized by Google

per ditiones utrique Vicariatui adſcriptas; Rothvvilenſe verò particulare, per eas tantum provincias, quæ uni Vicariatui aſſignatæ. vide *tom. III. jur. publ. lib. 9. cap. 3. num 6.*

Obſervatio X.

De quibus cauſis judicent Vicarii.

DE quibus cauſis, & an etiam de feudis dignitatem regalem habentibus, Vicarii Imperii judicare poſſint, explicavi. *d. tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 12. num. 57. & ſeqq.*

Obſervatio XI.

Ad Verb. ad beneficia Eccleſiaſtica.

De jure præſentandi ad beneficia.

COmmuniter jus ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi intelligitur de primariis precibus (de quibus egi *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 9. num. 2. & ſeqq.*) Jus primariatum precum Imperatori competit, vel ex conceſſione Pontificis, vel jure ſuo, tanquam Imperatori; Variant enim hîc opiniones. Si habet à Pontifice, illud dum vivit, exercere poteſt, aut per ſe, aut per alium, quatenus conceſſio id permittit: ſed cum morte ejus hoc jus expiret, non poterit alius exercere vice demortui id, quod amplius non ſupereſt. Si habet jure, & approbata conſuetudine, ut legimus apud Goldaſt. *tom. I. conſtit. Imper. p. 343.* ex coronationis ſuæ ſolennis ad Romanorum regnum impletione, itidem perſona coronata moriente concidit, & extinguitur. Jus autem patronatus, quod Imperator dum vivit habet, nomine & virtute Imperii, eo moriente, revertitur ad Imperium, cujus nomine idem tempore interregni Vicarii exercere poſſunt.

Obſervatio XII.

Ad Verb. reditus.

Vicarii debent colligere reditus Imperii.

POteſtas Vicariorum etiam extenditur ad reditus, & proventus Imperii quos tempore interregni colligere debent. Finito autem Vicariatu, quod ex illis ſupereſt (nam quæ pro neceſſitate, vel utilitate Imperii expenderunt, deducenda veniunt) debent Imperatori offerre more adminiſtratoribus communi. vide Arum. *d. diſc. 3. theſ. 36.* & me *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 12. num. 68.*

Obſervatio XIII.

Ad Verb. inveſtiendi.

Vicarii inveſtiunt de feudis Imperii.

POſſunt præterea Vicarii Imperii, de quibus A. B. loquitur, inveſtire de feudis Imperii, illos, quos jura admittunt. Hoc ita intellectum volo, ut ad petitionem Vaſalli id vacere poſſint, hîc verò, ſi catus ſit, eam non petet, niſi

niſi caſu eo, quo tempore interregni annus & dies requirendi inveſtituram poſt mortem Imperatoris elabitur; ne duplices impenſas ferre cogatur, nempe in inveſtituram à Vicario faciendam, ac poſtea in innovationem inveſtituræ ad Imperatorem ſpectantem.

Obſervatio XIV.

An Vicarii feuda, quæ ad Imperium revertuntur, poſſint aliis conferre?

QUæri hîc poteſt, annon etiam Vicarius feudum Imperio apertum, aliis conferre poſſit? Bulla hunc caſum non excipit, ſed loquitur generaliter; & proſtant exempla, quæ videntur firmare affirmativam. Author deß kurtzen Berichts von deß Heil. Röm. Reichs der Churfürſtlichen Pfaltz zuſtehenden Vicariat. *pag.* 17. narrat, Ruprecht/ als Vicarius, habe Johannſen von Schachtolsheim/ Rittern/ mit dem Burglehen zu Ehenheim/ ſo dem Heiligen Reich von Peter Bogers von Geiſpoltsheim wegen ledig worden/ belehnt/ anno 1355. *feria* tertia, ante corporis Chriſti, & *pag.* 26. refert, Ludovicus Palatinus, *als* Vicarius, habe D. Bernhard Wormbſern von Schaffteſchheim/ ein dem Heil. Reich heimgefallen Lehen/ von 24. Pfund Golds/ von neuem zu Lehen angeſetzet/ Sambſtags nach Exaudi, 1519. Verum huic Exemplo reſiſtere videtur, quod omne genus alienationis rerum Imperialium Vicario ſit prohibitum; Quæ pohibitio etiam objici poteſt illi exemplo, quod d. Author. *pag.* 17. de nova conſtitutione feudi recitat, daß Pfaltzgraff Ruprecht/ als Vicarius, anno 1355. dem Abt zu Arnſtein/ und ſeinem Gottes Hauß 13. Malter Korn ewiger Gült zu Buſſisheim/ in dem Dorff bey Zell/ von deß Heil. Reichs wegen/ zu rechten Burglehen angeſetzet/ mit Verſprechung Schutz und Schirms. Impugnat præterea hoc exemplum generalis Feudiſtarum regula, adminiſtratores rei alienæ feuda in rebus, quarum adminiſtrationem tantum habent, de novo conſtituere non poſſe, conſtituta autem à Dominis, his quibus data ſunt, renovare poſſe. Vultej. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2.

Obſervatio XV.

Ad Verb. vice & nomine.

Differentia inter juramentum fidelitatis, quod præſtatur Vicario, & quod præſtatur Imperatori.

INter juramentum fidelitatis, quod præſtatur Vicario tempore interregni, & inter hoc, quod præſtatur Imperatori, hæc eſt differentia, quod illud ſaltem contineat fidelitatem Imperii, hoc fidelitatem Imperio & Imperatori debitam: Unde iterum apparet, hîc non diſponi de Vicariatu, qui exerceri poteſt abſente Imperatore, ſed de eo qui exercetur vacante Imperio.

Obſervatio XVI.

A quibus hoc juramentum exigi debeat?

Moveri

Digitized by Google

MOveri hîc poteſt dubium, an Imperii interſit, hoc juramentum fidelitatis exquiri. Qui hoc juramentum præſtare debent, ſunt diverſæ conditionis: Aut enim antea jurarunt Imperatori, & Imperio; ſcilicet, adhuc vivente Imperatore, aut non jurarunt. Si jurarunt, non videtur opus eſſe novo juramento, reſpectu Imperii, quia illud adhuc ſubſiſtit, & fidelitatis quæ nondum exſpiravit, eſſe debet continuatio; ſi non jurarunt, & periculum ſit, præterlabi terminum, omninò jurare debebunt. Quid in re conſimili Polonis viſum, refert Piaſecius *in Chron. geſtor. in Europa ſingul. Anno Chriſti 1633. p.* 458. ubi de Vladislao Poloniæ Rege electo, & coronato agens, ait: poſtquam fuit Coronatus Rex, altero die jurarunt ipſi fidelitatem, imprimis Archiepiſcopus Gneſnenſis, dein Senatores qui aderant. Circa quod movebatur etiam quæſtio, quali formula illi, qui ſemel jurarant Regi & Reipublicæ, iterum deberent jurare, ne videretur in dubium vocari primum eorum jusjurandum. Nec apparebant veſtigia tantæ rei ex anterioribus interregnis: verum, conſiderata formula jusjurandi hujusmodi, illa verba, quibus regnanti Regi nomine expreſſo fides obligatur, ad ſingularem Regis cujusque perſonam referri, iſtisque ſublatis in nomen alterius ſuccedentis ea ſola repetenda eſſe, nemo ambigebat. Jurarunt itaque omnes, omiſſis ex communi formula verbis, quæ Reipublicæ, & muneris Senatorii rectè adminiſtrandi finem ſonabant, eisque duntaxat expreſſis, quæ perſonam Regis, noviter Regnum capeſſentis, ſpectarent. Qua norma & Magiſtratus, Judicesque omnium Terrarum, priusquam judicia ſua, finitis Comitiis, exercerent, jurarunt. Ac deinde Principes quoque, Regis fratres (diligentiùs hoc requirebant Ordines) ſed aliis conceptis verbis, nempe quod fideles eſſent Regi & Reipublicæ, quandiu poſſeſſiones, ſeu beneficia aliqua in hoc Regno retinerent. Solus Princeps Carolus Ferdinandus, Epiſcopus Vratislavienſis, liber fuit à tali ſponſione, eo quod nil tum obtineret in Regno, unde Regi & Reipublicæ obligaretur.

Obſervatio XVII.

Ad Verb. innovari.

An juramentum exigi poſſit pro Imperio, & futuro Imperatore?

CUi bono innovatio inveſtituræ, & novi Juramenti præſtatio, reſpectu Imperii? etiam reſpectu Imperatoris videretur poſſe omitti, ſi illi, qui tempore interregni inveſtiuntur, jurarent, ſe fideles fore Imperio, & futuro Romanorum Regi. Poſtquam legislatoribus aliud placuiſſe manifeſtum eſt, obſequii gloria quæ nobis relicta, cunctis ſilentium imponit; vide *tom. I. Jur. publ. d. lib. 3. cap. 12. num.* 17.

Obſervatio XVIII.

Ad Verb. Feudis Principum

Feuda Principum, & Fahnenlehen / à ſolo Imperatore conferuntur.

FEuda Principum, & illa, quæ Fahnenlehen vulgariter appellantur, non à Vicariis, ſed ſolo Imperatore, vel Rege Romanorum, per inveſtituram conferuntur. Notabilis hæc eſt exceptio, cujus cauſam aliam non video, quam feudi, & illius, qui de illo inveſtitur, præſtantiam.

Obſervatio XIX.

Eo autem abſente, etiam ab eo cui collationem commiſit.

AT ſi tempus petendæ inveſtituræ annuum exſpiraturum eſſet, antequam eligeretur novus Imperator? an petendum indultum? an inveſtitura? an neutrum? Hoc ultimum mihi placet. Fruſtra peteretur indultum ab eo, qui non habet poteſtatem id concedendi, fruſtraque inveſtitura ab illo, cui ea non competit. Non infiteor, poſſe Vicario concedi poteſtatem dandi indultum, atque inveſtiendi etiam de feudis majoribus; cujus exemplum habemus in R. A. zu Wormbs/ *de anno* 1521. §. Und behalten Uns/ *cum* §. *ſeq. pag.* 107. qui de abſentia Imperatoris loquitur; at cum idem in **A. B.** factum non ſit, haud licet caſus diverſos conjungere; quo de plura ſcripſi. *d. tom. III. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 75. *& ſeq.*

Ad verb. Feudis Principum

Obſervatio XX.

Scepter-Lehen/ Fahnen-Lehen.

FEuda conferuntur Principibus, qui ſunt vel Eccleſiaſtici, vel Seculares. Eccleſiaſticorum vocantur Scepter-Lehen; Secularium Fahnen-Lehen. Horum omnium collatio, & inveſtitura Imperatori reſervata, ut ex vocabulo generali Principum, & ſpeciali Fahnen-Lehen colligere licet.

Obſervatio XXI.

De inveſtitura per baculum & annulum.

OLim Eccleſiaſtici inveſtiebantur per baculum, & annulum, qui poteſtatis in temporalia traditæ indicium erant. Ob id enim annulus à Pharaone Rege conceſſus eſt Joſepho, ut ſciretur, illum diſpenſationi Reipublicæ præfectum. *Gen. cap.* 41. atque idem Mardachæo. *Eſther. c.* 8. & apud Urſpergenſem Imperator Henricus, anno 808. Bertholdo conferens Ducale Suevorum beneficium, ei quoque annulum ſuum tradidit. Baculus quoque eſt poteſtatis temporalis teſtimonium, nempè idem quod virga, unde apud Pſalmiſtam, virga regni tui; & in hiſtoria Eſther, Ahaſverus virgam, id eſt, ſceptrum, quibus benè volebat, oſculandum præbebat. Denique Accurſius notavit *ad* §. 1. *de V. O.* baculum, ſeu ſtipitem paleæ, datum à venditore pro inveſtitura rei venditæ fuiſſe. At quandoquidem annulus etiam, & baculus, ſunt Symbola poteſtatis ſpiritualis; videlicet annulus denotans nuptias

Digitized by Google

ptias ſpirituales Eccleſiæ & Epiſcopi, & baculus ſpirituale jus, quod viro Eccleſiaſtico competit in omnes homines, dicente Paulo, veniam ad vos in virga: ut omnis ambiguitas tolleretur, Calixto Pontif. & Henrico IV. vel V. Imperat. placuit, ut non amplius per annulum inveſtitura Eccleſiaſticorum de feudis ſecularibus fieret, ſed per ſceptrum, quod ſolis poteſtatibus conveniens, denotaret jus in temporalia, non in ſpiritualia Eccleſiæ concedi: atque hinc promanavit, quod deinceps Imperator, feuda cum Sceptro Spiritualibus viris, & cum vexillo, ſecularibus conferret. Sceptrum autem adlubitum eſt, ut ſublimior eorum dignitas intelligeretur, velut Regalis, aut à Rege ſecunda in temporalibus. Sed, an etiam eis conceſſa judicandi poteſtas in exteriore foro? Namque, apud Homerum Ulyſſi Agamemnon Judicis primarii inter Græcos authoritatem deferens, & apud Platonem Jupiter Minoem conſtituens, qui legem hominibus daret, ſceptro uterque utrumque donat, quaſi in teſtimonium iſtius authoritatis: ac, eò reſpicientes Imperatores Græci, electo Patriarchæ ſceptrum conferebant, quod judiciale vocabant, ut ex Curopalate animadvertimus: Et quidem Regum, & Principum, potior eſt Majeſtas in legibus condendis, & cuſtodiendis, ac judiciis exercendis, quo maximè tempore ſceptro ſuo utuntur, in bello autem, gladio & vexillis. Quapropter illos ſceptro adornant, quos maximè decet leges obſervare, & obſervandas curare, ac jura reddere; quorumque conditioni nihil magis averſum eſt, quam cædes, & ſanguis: Sicque adornantes, docent potiore nexu eos ſibi devinctos, ac eo majore cultu apud cœteros eſſe debere, quò plus cœteris de Majeſtate participant, atque ex ea parte, quæ præſtantior eſt; ita ratiocinatur Rouſſel. *hiſtor. jurisdict. Pontiſ. lib. 2. cap. 5. num. 22. & 23. pag. 154.*

Obſervatio XXII.

Ad Verb. Fahne.

1. Fahne / *fanon, Vexillum.*
2. *Gonſanon quid?*
3. *Eſtandart.*
4. *Enseigne.*
5. *Cornete.*
6. *Differentia inter enſeigne & guidon.*
7. Reuter-Fahne / Reichs-Fahne / S. Georgens-Fahne.

Fahne nobis eſt, quod latini elegantiores vocant vexillum; aliis, qui corrupto vocabulo uſi, fanon dictum. Hoc utitur Otto II. Imper. in diplomate à Chiſſletio exhibito, in Commentario Lotharienſi. *cap. 2. pag.* 10. quando ait, ſub fanone noſtro, hoc eſt, Imperiali Vexillo. Cœterum hac appellatione etiam uſi ſunt nationes aliæ, vel ſimpliciter, vel adjuncto. *Gonfanon eſtoit appellée la baniere principale, que du Tillet dit ſignifier linge, & drappelet en vieil langage Thiois; & la moindre enſeigne s'appelloit fanon; & Gontfanonier celuy, qui portoit le fanon. L'eſtendart, & l'enſeigne, ont pris leur nom, pourceque le linge, ou drap eſtendu au vent, enſeignoit la route que l'armée devoit tenir, & ſuivre. Du temps de S. Louys, & long temps auparavant, l'eſtendart,* 1. 2. 3. 4.

& Gonſanon, principal enſeigne de pluſieurs Princes, eſtoit planté ſur un Chariot, ſi grand qu'il pouvoit tenir pluſieurs Chevaliers à pied, rangez ſus une plate forme faite ſus ledit chariot; & qui encore eſtoit flanquée de deffenſes de gros bois, comme pour mieux garder cette fortreſſe mobile, & trainée par chevaux. Fauchet *liv. 2. de la milice & armes. chap. 1. pag. 44.* (Vexillum principale appellabatur *Gonſanon*, quam vocem Tilletus linteum, & linteolum panniculum in antiqua lingua ſignificaſſe tradit: minus principale, & ſecundarium vixillum, dicebatur *fanon*, & qui illud ferebat, *Gontſanonier*. *Eſtendart* (hodiè communiter, ſed corruptè Germanis dicitur *ſtandarte*) & Enſeigne, inde habent originem, quoniam linteum, vento expoſitum, monſtrabat iter, quod obſervare debebat exercitus. Tempore Ludovici Sancti, & longo anteriori, principale Vexillum variorum Ducum, inſitum vehebatur plauſtro, ejus capacitatis, ut plures milites pedites admitteret, quorum ſtatio erat in Caſtello, eodem in plauſtro fabrefacto, cujus latera erant munita ligno craſſo, ad defenſionem hujus propugnaculi mobilis, quod trahebatur ab equis.) Machiavellus, *in hiſtoria Florentia, dit, que l'uſage eſtoit telle en Italie, que l'enſeigne generale d'une armée, eſtoit plantée ſur un carroſſe, tiré par deux bœufs, & eſtoit ce caroſſe au milieu de l'armée.* (dicit, in Italia fuiſſe uſitatum, ut vexillum principale erigeretur in plauſtro, quod in medio Exercitus locatum trahebatur à duobus tauris.) ita refert Coquille *en l'hiſtoire du pays & Duché de Nivernois. pag.* 193. Cœterum, vexillorum uſus varius eſt, potiſſimum in militia, & negotiis bellicis, ubi diſtincta obtinuerunt, & hodie habent nomina.

5 In equitatu eſt, Cornete, à Gallis mutuo accepto nomine, quod à buccinis, ſeu cornibus bellicis, ad quorum murmur minax vexilla olim tollebantur, (unde Vegetius *de re militari. lib. 2. cap. 22.* Cornifices, quoties canunt, non milites, ſed ſigna moventur.) deductum putat Chifletius, *in luminib. Salicis; lum. 4. facula 3. pag. 235.* Qui de Gallico more verba faciunt, multa vexilla præter Cornetam enumarant, ut videre licet apud Andre Fauyn *au*
6. *theatre d'honneur, & de chevalerie. liv. 1. chap. 2. pag. 26.* & ex parte Coquille. *d. l. & pag.* 193. ubi ait: *l'enſeigne d'une compagnie de gendarmerie à cheval, finit en pointe à deux queües, les guidon finit en pointe à une queüe: l'enſeigne conduit les hommes d'armes, le guiton conduit les archers. Ce dit, que celuy qui porte l'enſeigne d'une compagnie, ne peut, & ne doit baiſſer ſa lance, & la mettre en arreſt, pour heurter l'ennemy; pour ce que l'enſeigne doit touſiours demeurer debout; ce que peut faire le guidon, à un beſoing.* (Vexillum turmæ equitum cuſpidem diviſam in duas partes, guidon unam integram exhibet: Illud inſervit equitibus cataphractis, hoc ſagittariis. Affirmatur, eum, qui vexillum turmæ fert, non debere, nec licitè poſſe, lanceam, cui adfixum eſt, inclinare, ad concurrendum cum hoſte, quoniam vexillum ſemper erectum conſpici debet; eum autem, qui fert le guidon, poſſe in caſu neceſſitatis

illo

illo contra hoſtem uti.) Apud noſtrates vexilla militaria, quorum fit mentio in Imperii actis, à tempore Ferdinandi I. nominantur Fahnen; in der Reuter Beſtallung/*anno* 1570. *in Cod. Receß. Imper. pag.* 629. *art.* 13. *& multis aliis ſequent.* & in ſpecie, deß Reichs-Fahne. R. A. zu Speyer/*anno* 1542. §. Wann nun/ *& ſeq. pag.* 267. *& ſeq.* welche nicht fliegen ſollen / es ſey dann die Keyſerl. oder Röm. Königliche Majeſtät ſelbſt im Felde. S. Georgens Fahne / *dict. pag.* (de quo Vexillo vide *tom. V. jur. publ. in addit ad lib.* 6. *cap.* 3. *poſt. num.* 57. *pag.* 71.) Renn-Fahne/Sturm-Fahne, vide *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 1. *cap.* 14. *pag.* 181. 7.

Obſervatio XXIII.

Fahnenlehen/ *cur ita dicantur?* *Ad Verb. Fahnenlehen.*

Fahnenlehen/ propterea dicuntur, quoniam inveſtitura fit per apprehenſionem Vexillorum, in quibus inſignia Prnicipatus, qui conferuntur, depicta ſunt. Hunc morem in deſuetudinem abiiſſe, atque invicem vexillorum enſem adhiberi, ita, ut ille, qui inveſtitur, præſtito jurejurando fidelitatis capulum enſis apprehendat, & extremum ejus conum oſculetur, nonnulli, ſed erroneè, affirmarunt; ut oſtendi. *tom. IV. jur. publ. in additam. ad lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 32. *pag.* 439. *& ſeq.*

Obſervatio XXIV.

Vexillorum uſus varius.

Dixi ſupra, vexillorum uſum varium eſſe, idem hic repeto. Adhibentur enim 1. ut modo audivimus, collationibus feudorum majorum; 2. in pompa funebri Magnatum, ſecundum mores receptos. In exequiis Henrici IV. Regis Galliæ, quas deſcripſit Fauyn *au theatre d'honneur. liv.* 10. *chap.* 5. *pag.* 1838. *& ſeqq.* adhibita fuerunt vexilla varia, nempe Regni, de quo ex eodem authore refert Chifler. *in Lumin. Salicis ad vindicias Hiſpanicas, facula* 5. *pag.* 235. Rodenſem Toparcham, cæremoniis præfectum, haſtam geſtaſſe cyano pictam, auratis armatam laminis, è qua pendebat quadratum Franciæ vexillum coloris janthini, aureis conſertum liliis, fluxaque ex ejusdem metalli filo lacinia prætextum. Verba Gallica *d. lib.* 10. *pag.* 1853. ita ſonant: *Le Seigneur de Rodes, Grandmaiſtre des Ceremonies de France, Chevalier, & Grand Prevoſt des deux ordres du Roy, premier Eſcuyer Trenchant, & porte Cornette du Roy, ſeul à cheval, ſa robbe de dueil, & le chaperon en teſte, portant une lance, peinte de bleu, ferrée d'or, ou eſtoit le phanon carré (c'eſt à dire, la Cornette de France,) de veloux violet, ſemée de fleurs de lys d'or de Cypre, en broderie, plus plein que vvide, frangée d'or. Il eſtoit ſuivi des Cornetes des Marches, & provinces de France, appartenants au ſacré Domaine du Roy.* De uſu Germaniæ ſatis conſtat illis, qui viderunt Magnatum exequias, aut illarum

Digitized by Google

rum deſcriptiones. 3. Erectio vexilli judicialis apud veteres ſignum fuit citationis. Ilico Ummius *diſput. proceſſ.5. theſ.19. in fin.* Gryphiander *de Weichbild. Saxon. cap.67. num.*14.

Ad verb. reſervam⁹.

Obſervatio XXV.

1. *Reſervata Imperatoris,* 2. *Reſervata Imperatori.*

1. STamlerus, qui paucos ante annos tractatum de reſervatis Imperatoris Romano-Germanici edidit. §.3. *num.*13. *pag.*18. ait, reſervata eſſe jura majeſtatis, quæ Imperator Romano-Germanicus, liberæ ſuæ diſpoſitioni, abs-
2. que Ordinum, vel Electorum neceſſario conſenſu exercenda, reſervavit. Mihi videntur inter illa non ſolum referri debere, quæ Imperator ſibi reſervavit, ſed etiam illa, quæ illi ab Electoribus in Capitulatione reſervantur. Et ipſum vocabulum, *reſervamus*, quod bulla habet, Imperatorem, reliquosque Status, qui in hanc conſtitutionem conſenſerunt, poteſt comprehendere: Hinc erunt reſervata Imperatoris, & reſervata Imperatori.

Obſervatio XXVI.

Major aliquando eſt poteſtas Vicariorum Imperatoris, quam Vicariorum Imperii.

VIcarii Imperii, tempore interregni non poſſunt conferre feuda Principum: Imperator autem hoc quandoque facere poteſt per Vicarios ſuos. *d.* R. A. zu Wormbs/*anno* 1521. §. Und ſollen Wir. *pag.*107. aut conſiliarios, ut in inveſtituris Comitum & Baronum obſervavit, Wahremund ab Ehrenberg/ *de fœder. lib.2. cap.1. num.*164. Sicque caſus datur, quo major eſt poteſtas Vicarii Imperatoris, quam Vicarii Imperii.

Ad verb. omne genus alienationis.

Obſervatio XXVII.

1. *Varia alienationis genera.*
2. *Feuda ad Imperium reverſa an ab Imperatore, alii in feudum dari poſſint?*

1. ALienationis varia ſunt genera, ut, venditio, donatio, in feudum datio, permutatio &c. Vultej. *de feud. lib.1. cap.10. num.45. & ſeqq.* Feuda
2. majora, & pinguiora, ne Imperatori quidem, ubi Imperio aperta fuerint, alienare licitum fuit: Id enim expreſsè prohibitum, *art.24. Capitul. Caroli V.* Verum hæc prohibitio haud jugiter, nec ſemper ab Imperatoribus obſervata, ut probat Merckelbach inter *Conſil. à Klockio edita. vol.2. conſ.7. num.*649. exemplo Comitatus Königſtein; Welche Grafſchafft der Keyſer nach Abgang deß Gräflichen Stammes zu Königſtein/wiederumb zu Lehen angeſetzt. Item/ Nachdem der Fronſpergiſche Stamm außgeſtorben/ hat der Keyſer die Herrſchafft Mindelheim den Herren Fuggern verliehen. Hæc prohibitio reiterata legitur in Capitulatione Ferdinandi I. *art.*23. Maximiliani II. *artic.*12. Rudolphi II. *art.*25. Matthiæ. *art.*29. Ferdinandi II. *art.*28. Ferdinandi III. *artic.*32.

Ferdi-

Digitized by Google

Ferdinandi IV. verò Capitulatione *art.*30. & Leopoldi, *art.*30. ejusmodi alienatio eſt ita permiſſa, ut fiat cum conſenſu Electorum.

Obſervatio XXVIII.

Ad Verb. ſeu obligationis.

1. *Oppignoratio rerum, ad Imperium pertinentium, Vicariis eſt interdicta.*
2. *An hac interdictione opus fuerit?*

1\. Oppignoratio etiam rerum ad Imperium pertinentium Vicariis interdicta, cui enim prohibita eſt rei alienatio, illi etiam eſt prohibita ejusdem rei oppignoratio *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* 2. Videtur hac interdictione alienationis non admodum opus fuiſſe, cum de jure communi rem alienam, alienare non liceat. *l.* 62. *Cod. de rebus alienis non alienandis,* nec tutori pupilli. *l.* 1. *ff. de rebus eor. qui ſub tutela vel cura.* nec procuratori rem Cæſaris. *l.* 1. §. 1. *ff. de offic. procur. Cæſar.* &, vi juris recepti, ac Capitulationum, ne quidem ipſi Imperatori permittatur alienatio rerum Imperii. vide Conring. *de finibus Imper. Germ. lib.* 2. *cap.* 19 *pag.* 375. *& ſeqq.* ac me *in annot. ad Capitul. Caroli V. artic.* 9. *verb.* hingeben. *& verb.* verſchreiben. *ac verb.* in andere Weg vereuſſern. *pag.* 162 *& ſeq.* niſi illa fiat conſenſu Statuum, exempli loco eſt alienatio nonnullorum bonorum, facta in Regem Galliæ, cujus meminit Inſtrumentum Pacis Cæſar. Gallic. Monaſt. Weſtphalor. anno 1648. hiſce formalibus. *verſ. ad majorem pag.* 29. Ad majorem ſupradictarum ceſſionum, & alienationum validitatem, Imperator & Imperium, vigore præſentis transactionis expreſsè derogant omnibus, & ſingulis prædeceſſorum Imperatorum, ſacrique Romani Imperii Decretis, Conſtitutionibus, Statutis & Conſuetudinibus, etiam Juramento firmatis, aut imposterum firmandis, nominatimque Capitulationi Cæſareæ, quatenus alienatio omnimoda bonorum & Jurium Imperii prohibetur, ſimulque in perpetuum excludunt omnes exceptiones, & reſtitutionis vias, quocumque tandem jure titulove fungari poſſent. Conventum eſt inſuper, ut præter promiſſam hic inferius à Cæſare, & Imperii Statibus ratihabitionem, in proximis quoque Comitiis ex abundanti ratæ ſint ſupradictarum Ditionum, juriumque abalienationes, ac proinde, ſi in Cæſareâ Capitulatione pactio, vel in Comitiis propoſitio deinceps fiat, de occupatis, diſtractisve Imperii bonis ac juribus recuperandis, ea non complectatur, aut complecti intelligatur, res ſuprà expreſſas, utpote ex communi Ordinum ſententia, pro publica tranquillitate, in alterius Dominium legitimè translatas, atque easdem in hunc finem ab Imperii matriculâ expungi placet.

§. 2. *Obſerva-*

Digitized by Google

§. 2.

Obſervatio I.

Das Vicariat iſt ein Kleinoth.

FRidericus, tunc Elector Palatinus, in inſtructione, cujus ſupra *in antecedente* §. *obſerv.* 9. memini, & extat apud Londorpium *tom. II. actor. publ. lib.* 2. *num.* 90. *pag.* 575. fatetur, daß das Vicariat der beyden Chur-Häuſer/ Pfaltz und Sachſen/ höchſtes Kleinoth ſeye.

Obſervatio II.

Qualis ſit Vicariatus Electoris Saxoniæ?

IDem jus proviſionis Carolus IV. ſtatuit competere Electori Saxoniæ; quod ſupra dixit, competere Electori Palatino. At egit ibi ſolum de jure proviſionis tempore vacantis Imperii; ergò nec hîc aliud intelligendum erit: quod etiam docui. *d. tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 40. *& ſeqq.* unde nactus ſum adverſarium. *volum.* 1. *diſput.* Sinoldi *de Statu Rei Romanæ. diſput.* 5. *theſ.* 11. *lit. c. pag.* 236. Cui reſpondi *tom. IV. jur public. in additam. ad dict. lib. & cap. n.* 42. *& in annotam. ad Capitul. Caroli V. artic.* 3. *verſ.* Pfaltz und Sachſen/ *num.* 2. *& ſeqq. pag.* 141. Ille reſponſionem impugnare tentavit, *vol.* 2. *diſput.* 10. *theſ.* 2. *lit. e. pag.* 588. ego ejusdem defenſionem ſuſcepi, *tom. V. jur. public. in addit. ad d. lib.* 3. *cap* 12. *num.* 40.

Obſervatio III.

Ad Verb. frui volumus.

Quando hic Vicariatus Saxoniæ Electori obvenerit?

QUando Elector Saxoniæ jus Vicariatus vacante Imperio obtinuerit, & à quo, malo ab aliis audire, quam dicere. Carolus videtur verbis, *frui volumus*, innuere, velle ſe primum huius juris collatorem eſſe. Freherus autem *in annotam. ad Petr. de Andlo lib.* 2. *cap.* 10. opinatur, Saxonem ab antiquo, & eo tempore, quo Palatini titulo gaudere cœpit, Vicariatum ſuſcepiſſe; Ita autem ſentire debuit, quoniam Palatini, heri ſui, Vicariatum ab eadem origine deduxerat.

Obſervatio IV.

Ad Verb. in illis locis.

In quos, & quousque extendatur Saxonis Vicariatus?

DEr Sächſiſchen Keyſerlichen hohen Reichs-Pfaltz ſeind unterworffen geweſt/ nicht allein die Sächſiſche Land und Fürſtenthumb/ geiſtliche und weltliche/ wie die erzehlet werden im Saxenſpiegel/ ſtracks am Anfang der erſten Vorred im teutſchen Exemplar / und *lib.* 3. *artic.* 62. Schwabenſpiegel. *lib.* 2. *cap.* 43. §. 5. ſondern auch alle Fürſtenthumb/ denen Sachſen Recht von Röm. Keyſern

und

und Königen ſeind gegeben / und zuhalten auferleget worden; als da ſeind/ Poſen/Böhmen/Mähren/Schleſien/Laußnitz. Weichbild/ *art.*10. & *ibi gloſſa.* Schwabenſpiegel/ *lib.*2.*cap.*8. §.3. Schlaven und Wenden / Schleſwig / Holſtein/Stormar/ und Dittmarſen/ Pommern/ Preuſſen/ Liefland/ Littau/ Moſcau/ und Samogitten. In allen dieſen Landen hält man Sachſen-Recht/ und ſoll auß ihnen an Sachſen appellirt werden. Derowegen ſeind auch alle dieſe Königreich/Fürſtenthumb und Länder dem Sächſiſchen Vicariat unterworffen. Si minus hodiè de facto, ſaltem de jure, wie uns die güldene Bull berichtet *cap.*5. §.2. in dieſen Worten/der Hertzog von Sachſen ſoll ein Vormunder ſeyn/ in allen Städten und Landen / da man Sachſen - Recht haltet. Verba ſunt Goldaſti *in præfation. part.*1. der Reichs-Satzungen. Quod Princeps Oſtfriſiæ, anno 1658. ratione Eſen & Wittmund, noluerit recognoſcere Vicariatum Electoris Saxoniæ, inde factum, quod prætenderet illa loca eſſe Feuda Regis Hiſpaniæ, & proinde ab Imperio exempta, ut Sprenger indicat *in jurisprud. publica. pag.* 272.

Obſervatio V.

Ad Verb. Saxonica jura.

1. *Quæ Provinciæ in Germania utantur jure Saxonico?*
2. *An inter illas referenda ſit Haſſia?*
3. *Jus Cæſareum obſervari in Marchia Brandenburgenſi.*

1\. AUthor diſcurſus exoterici (qui junctus eſt tractatui Goldaſti, cui titulus eſt, ſenior) *de jure repræſent. num.*7. ait; jure Saxonico media fermè pars Imperii Germanici hactenus uſa, Thuringi ſcilicet, Haſſi, Sileſii, Moravi, Poloni, Lituani, Livones, Boruſſi, Dani, Norvvegi, Sueci, Ruſſi. Poſteriores quod attinet, ut maximè verum eſſe poſſit, illos jure Saxonico adhuc uti, non tamen amplius ad Vicariatum Electoris Saxonici, qui illi vacante Imperio competit, pertinent, cum nec ad Imperium ampliùs pertineant; jus itaque, quod hoc reſpectu habuit, hodie ſine effectu eſt. De his nonnihil dixi 2.
*dict. tom. I. jur. publ. lib.*3.*cap.*12.*num.*26. & *ſeqq.* Haſſiam falsò à Buxtorffio *ad A.B. concluſ.*57. inter illa referri loca, ubi jus Saxonicum vigeat, docet Dieterich *in not. ad hunc* §. *noſtrum. pag.*42. ac Sinoldus *part.*1. *diſputat.*5. *theſ.* 13. *lit. c. pag.*241. Buxtorffio contradicens, ſtatuit, Haſſiam Saxonico Vicariatui non ſubjacere; pertinere ad circulum Rhenanum, (R. A. *de anno* 1522. Erklärung deß Landfriedens. *tit.* hernach folgen. *verſ.* der Rheiniſche Kreiß / *pag.* 139.) & jus Saxonicum unquam in Haſſiâ obſervatum fuiſſe, probari haud poſſe. 3. In Marchia Brandenburgenſi jus Cæſareum vigere, teſtatur Scheplitz *ad conſuetud. March. part.*2.*tit.*1. §.1.*pag.*65. & *ſeq.*

Obſervatio VI.

Provinciæ, ubi jus Saxonicum obſervatur, in A. B. non exprimuntur.

PRovinciæ, quæ ad Vicariatum Comitis Palatini Rheni pertinent, exactius

exponuntur ſupra §.1. ibi: *in partibus Rheni, Suevia, & in jure Franconico*, quam hîc illæ, quæ ad Vicariatum Ducis Saxoniæ ſpectant, nempe, loca ubi Saxonica jura ſervantur; proinde aliunde earum cognitio petenda, credibile videtur, tempore, quo A. B. condebatur, rem fuiſſe notiſſimam.

Obſervatio VII.

Ad Verb. ſervantur.

1. *De Provinciis, quæ poſt conditam A. B. jure Saxonico non amplius utuntur, opinio Buxtorffii & Arumæi.*
2. *Opinio authoris.*
3. *Tenor literarum, quibus à Saxoniæ Electore denunciatur Vicariatus.*

1. MAgnum fuiſſe tunc temporis juris Saxonici uſum, & majorem quam hodiè, certum eſt. Hinc ſurgit quæſtio, *an loca Imperii, in quibus tempore Authoris A. B. jura Saxonica fuerunt in vigore, poſtea verò in eodem non permanſerunt, & jam nunc alio jure utuntur, nihilominus ſub Vicariatu Electoris Saxoniæ hactenus permanſerint?* Affirmativam fovent Buxtorff. *diſcurſ. ad A. B. theſ.* 57. Arumæus. *diſc. ad A. B. theſ.* 19. ubi rationem dubitandi, quod Bulla noſtra expreſsè Vicariatum Electoris Saxoniæ ad loca illa reſtringat, ubi jura Saxonica ſervantur, rejiciens, docet; quia tempore Bullæ noſtræ illis in locis receptum fuerit jus Saxonicum, illudque non cauſa privilegii, ſed demonſtrationis gratia adjectum ſit, conveniatque privilegia Imperialia, quale hoc Saxonicum, non coarctare, ſed pleniſſimè interpretari. *l. pen. ff. de conſtitut Princ.* verius eſſe, Vicariatum omnibus illis in locis etiamnum, in quibus tempore Bullæ hujus valuit, vigere. Myler. *in addit, ad Rumelin part.* 1. *diſſert. ad A. B.* 4. *theſ.* 14. *lit. b.* pro ratione adducit, rem potius ex origine, quam eventu æſtimandam. Iſtam mutationem juris Saxonici, illis in locis, non niſi ex accidenti contigiſſe; accidentia autem tanta virtute haut pollere, ut rei ſubſtantiam transformare queant: Nec rem dici novam, quando accidentia ſolummodo alternantur, ſubſtantiali forma remanente ex Cravetta *conſil.*
2. 223. *num.* 12. Affirmativæ ego quoque ſubſcribo, hanc unicam ob rationem, quod Juris Saxonici obſervantia hîc non proponatur tanquam conditio, ſed tanquam demonſtratio. Si pro conditione ſervire debuiſſet, dicendum fuiſſet, in illis locis, ubi Saxonica jura ſervantur, quousque ibi ſervabuntur, &c. Demonſtratio autem fit locorum, hac nota, ut ſint, ubi tunc jura Saxonica ſervabantur. Cum ergò ſemel conſtiterit de illis, certa adhuc erunt, licet in hoc vel illo jus Saxonicum obſervari deſierit. Ubi enim de corpore conſtat, de quo diſponitur, alia demonſtratione opus non eſt. Bartol. *in l. ſi pater. num.* 2. *C. de hared. inſtit. per l. ſi quis fundi vocabulo.* 4. *ff.*
3. *de legat.* 1. Hæc autem mutatio juris videtur Electori Saxoniæ cauſam præbuiſſe, ut in literis, quibus Vicariatum tempore vacantis Imperii denunciat, his utatur formalibus; Von Gottes Gnaden Wir/ꝛc. deß Heil. Reichs Erb-Marſchall / Churfürſt / und deſſelben Reichs in den Landen deß Sächſiſchen Rechtens/

Rechtens/ und an Enden in ſolchen Vicariat gehörende/dieſer Zeit Vicarius, ꝛc. Item/ Wann dann Uns/ als Churfürſten/ und Hertzogen zu Sachſen/ nach Außweiſung der güldenen Bull/ Keyſerlichen Belehnung/ und uhralten Herbringens/ dieſer Zeit/ da das Reich mit keinem Haupt verſehen/ die Verwaltung und Verſehung deſſelben Reichs/ an Enden deß Sächſiſchen Rechtens/ und in Unſer Vicariat gehörenden Provincien, zuſtehet/ꝛc. integras vide apud Goldaſt. in Politiſchen Reichs Händeln/*part.7.num.3.pag.*210.

Obſervatio VIII.

1. *Germania jus civile ſerò recepit.*
2. *Nec tamen totum.*
3. *Præſtantia juris Romani.*

GErmania longum per tempus ſuo jure contenta vixit, nec jus Romanum civile admiſit. Quod Lehemannus probat *in Chron. Spirenſi. lib.2.cap.*39. *pag.*148. *& ſeqq.* Admiſit tandem, ſed ſerò, nec jugiter tamen ubique, & ita, ut jura antiqua Germanica, & conſuetudines locorum, ſuo permanſerint in vigore; quo de videri poteſt Conring. *de origine juris Germanici. cap.* 33. quod eſt ejusdem diſcurſus ultimum. Cœterum, de præſtantia juris Romani ſciipſi *tom. III. jur. publ. lib.*8. *cap.*8. *num.*47. *& ſeqq. ac tom. IV. in addit. ad dict. lib. cap. & numerum.* 1. 2. 3.

Obſervatio IX.

1. *In Italia Vicarius Imperii eſt Dux Sabaudiæ.*
2. *Item Rex Hiſpaniæ.*
3. *Item Dux Mantuæ.*
4. *Cui contradixit Sabaudus.*
5. *Deciſio Leopoldi Imperatoris.*

CUm A. B. ſolum diſponat de Vicariis in Germania, de Vicariis autem in Italia, an tales etiam ibi ſint, qui ſint, & quæ illorum ſit poteſtas, nihil omninò exprimat, variæ quæſtiones moveri cœperunt. Una eſt, *an in Italia ſint certi Imperii Vicarii?* ad quam reſpondeo affirmativè, nempe tales ibi eſſe. 1. Ducem Sabaudiæ, quem Ranchinus dicit accepiſſe ab Imperatore Henrico VII. Vicariatum Imperii generalem, & perpetuum, in tota Italia: alii verò eum certis deſcribunt limitibus, vide me *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.*3. *c.*14. *num.*4. *pag.*439. 2. Regem Hiſpaniæ, in univerſa Inſubria, & Hetruria; ſi credimus Bodino *lib.*1. *de republ. cap.*9. *p.m.*200. 3. Ducem Mantuanum, cui Ferdinandus III. Vicariatum obtulit; Dn. Dieterich *in not. ad A. B. tit.*5. *verſ. in partibus Rheni. pag.*38. quem auxilio Regis Galliarum Sabaudus oppugnavit, tanquam in præjudicium juris ſui datum, ac citra unanimem conſenſum Electorum Imperii conceſſum. Author Diarii Europæi. *pag.*710. De deciſione hujus controverſiæ in capitulatione Leopoldi *art.*4. circa finem actum, ubi ita legimus, Wir (Leopoldus) thun auch das jenige / was das Churfürſtliche Collegium jüngſthin unterm dato den 4. Junii an ihnen (den 1. 2. 3. 4. 5.

Hertzogen von Mantua) wegen annullir- und Auffhebung deß dem Hauß Savoya zum Nachtheil unterfangenen Keiſerl. und Reichs-Vicariats- und Generalats in Italia geſchrieben/ hiermit allerdings einwilligen und beſtättigen/ dergeſtalt/ daß Wir ob deſſelben Begriff veſtiglich halten/ und die Hertzogen von Savoya bey ihrer in Italia habender Vicariats-Gerechtigkeit/ und Privilegien gebührend ſchützen und handhaben wollen.

Obſervatio. X.

Poteſtas, ratione Vicariatus Sabaudo competens.

QUalem quisque ex Vicariis Imperii in Italia conſtitutis poteſtatem habeat, ex diplomatibus cuique datis petendum eſt. De Sabaudiæ Ducis poteſtate, vide me *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.5. cap.14. num.4. pag.440. & ſeqq.*

Obſervatio XI.

An Vicarii Imperii in Italia, ſubſint Vicariis Imperii in Germania conſtitutis?

VIcarios illos omnes, tempore interregni ſubeſſe Vicariis Imperii, in Germania conſtitutis, docet Sinold. *vol.1. diſput. de Statu Rei Romanæ diſput.5. theſ.9. lit. e. ac* Dieterich *in not. ad A.B. d. pag.*38. mihi contrarium placuit *in annot. ad Capit. Caroli V. art.* 3. *verſ.* Pfaltz und Sachſen. *num.*68. *pag.*150.

Obſervatio XII.

1. *Programmata, quibus Vicariatus publicè denunciatur.*
2. *Contentio inter Electores, Bavaria, & Palatinum.*

1. QUando Imperator è vivis exceſſit, Vicarii Imperii in Germania, patentibus literis jus ſibi competens cæteris denunciant, & eas publicè affigi procurant quò, ad omnium perveniant notitiam. Formulæ legi poſſunt apud Goldaſt. *in* polit. Reichshändeln. *d. part.7. num.*1. & 3. *pag.*208. *ac.* 210. in Diarii Europæi *part.1. pag.*70. Europæiſchen neuen teutſchen Floro *pag.*330.
2. *&c.* Mortuo Ferdinando III. non modo Elector Bavariæ, ſed & Elector Palatinus Rheni (de Vicariatu in partibus Rheni & Sueviæ, ac in jure Franconico, contendentes) ejusmodi literas, ſuo quisque nomine evulgavit; Illas Status nonnulli, qui controverſiæ ſe immiſcere nolebant, publicè affigi non curarunt, vel illas ſaltem, quas primum receperunt, vel utrasque. Quo caſu contigit, ut programmata illa publicè affixa, vel juſſu, vel in favorem, partis, alicubi fuerint dilacerata, vel fœdè commaculata.

Obſervatio XIII.

1. *An Vicarius Imperii poſſit conferre dignitatem Equeſtris Ordinis?*
2. *An concedere debitoribus inducias moratorias?*

3. *An*

Digitized by Google

3. *An facultatem cudendi monetas?*
4. *An poteſtatem erigendi Academiam?*
5. *An Vicarii, poſſint aliquem in protectionem Imperii recipere?*
6. *An poſſint vacante Imperio Status vocare ad Comitia?*
7. *An poſſint bellum indicere?*

POteſtas Vicariorum, quæ in hac Bulla expreſſa, ſine controverſia eſt, ſed 1.
non illa, qua aliquoties uſi ſunt, ut nonnullis videtur per extenſionem,
vel ut aliis per competentiam. Anno 1619. tempore Vicariatus Comes Pa- 2.
latinus Doctorem D. W. equeſtri dignitate ornavit, & civi F. inducias
moratorias conceſſit, Sinold. *diſput. de Vicar. Imper. concluſ.* 12. *lit. b.* & *part.* 1.
diſp. 5. *theſ.* 12. *lit. b. pag.* 238. Jus concedendi facultatem monetas cudendi, 3.
Vicariis attribuit Hanſmann. *diſput. de re monetar. concluſ.* 6. cui contradicit
Carpzov. *de l. Regia German. cap.* 8. *ſect.* 7. *num.* 6. Sunt, qui Vicariis attribuant 4.
jus concedendi facultatem erigendi Academias (ex falſo præſuppoſito, quod
me etiam aliquando decepit, & poſtea, contra tradita *tom. I. jur. publ. lib.* 3.
cap. 12. *n.* 80. & *ſeqq.* me iterum in errorem præcipitem dedit, *tom. III. jur.
publ. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 3. quem notavi *in annot. ad Capit. Caroli. V. art.* 3. *verſ.*
Pfaltz und Sachſen. *num.* 15. & *ſeqq. pag.* 144. *ac tom. V. jur. publ. in additam.
ad lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 40. *pag.* 226. & *ſeqq.*) à quibus diſſentit. Beſold. *Theſ.
pract. verb. Academia. verſ. Palatini Vicarii.* Martinus Magerus à Schönberg
de advoc. armata. cap. 9. *num.* 3. Vicarios noſtros perpetuos poſſe aliquem 5.
in Cæſaream, atque Sacri Imperii protectionem recipere. Sinold. *dict part.* 1.
diſputat. 10. *theſ.* 2. *lit. d. pag.* 627. Vicarios noſtros vacante Imperio, rebus 6.
ita ferentibus, Status ad Comitia convocare poſſe, dicendum videtur: eoque jure fretum Rupertum Palatinum Comitem, ex officio ſuo Imperii
Principes ad publica Comitia vocaſſe; nam ad eum tanquam judicem ordinarium cognitionem de querelis contra Wenceslaum pertinuiſſe. *A. B. cap.*
5. §. *fin.* At mihi videtur, Palatinum tunc non fretum fuiſſe jure alio, quam
quod ei Bulla expreſſe conceſſit; nam ſi illo, quod ei commune eſſe cum Electore Saxoniæ innuit Sinold, uti voluiſſet, opus habuiſſet ejus conſenſu, &
nomine in convocatione uti, qua opus non fuit, dum peculiari ſuo jure uſus.
Nec hic ſiſtit gradum Sinoldus, ſed eo usque progreditur, ut belli inferendi 7.
arbitrium Vicariis tribuendum putet. *volum.* 2. *diſput.* 10 *theſ.* 2. *lit. d. pag.* 588.
innixus fundamento arenoſo in ſolo extructo, quod hoc in A. B. noſtro.
cap. 5. non reperiatur exceptum. Ad hanc Sinoldi mentem, Electores Vicarii poſſent tempore interregni uti majeſtate, & ornamentis ejus; itidem
aurea Bulla, ac confirmare Statuum privilegia.

Obſervatio XIV.

Vicarii petunt ab Imperatore electo confirmationem geſtorum, durante Vicariatu à ſe peractorum.

ILlud quoque Vicarii pro ſecuritate ſua obſervare ſolent, ut electione peracta, Regi Romanorum tranſmittant protocollum actorum & geſtorum, tempore interregni, atque ea confirmari petant: cujus confirmationis etiam in capitulatione in quam electus jurat, expreſſa mentio fieri ſolet, vide *annot. ad Capit. Caroli V. art.26. verb. confirmiren. pag.*287. ubi monui, confirmationem non conjunctim unis literis, ſed ſeparatim & diverſis cuilibet ex Vicariis fieri. Illud porrò rationi conveniens eſt, ut geſta prius examinentur, quam approbentur,

Obſervatio XV.

De prætenſo Vicariatu Pontificis Romani.

QUoniam Bulla noſtra Vicariatus, quem vacante Imperio Romanus Pontifex ſibi competere aſſerit, nullam fecit mentionem, eum quoque nec nos admittimus, ſive illum generaliter per totum Imperium, ſive ſpecialiter per Italiam intellectum velit, usque dum illum melioribus rationibus, quam hactenus factum, probaverit. vide *tom. I. jur. publ. lib.3. cap.12. num.12. & annot. ad Capit. Caroli V. art.3. verb.* Pfaltz und Sachſen. *num.59. & ſeqq. ac tom. V. jur. publ. in addit. ad d. lib.3. c.12. n.* 11. & 12.

§. 3.

Obſervatio I.

1. *An Imperator ſalva majeſtate ſua habere poſſit judicem?*
2. *Rex Daniæ habet judicem.*
3. *Rex Franciæ non ſubterfugit judicium.*
4. *Sed ejus nomine, activè & paſſivè, intervenit procurator.*
5. *Quæ differentia inter procuratorem Regis, & privati.*

1. ELector Comes Palatinus eſt Judex Imperatoris; ſed an hoc ſalva Imperatoris majeſtate fieri poſſit, non omni caret dubio. vide Arniſæum *de jure majeſtat. lib.*1. *cap.*3. *num.*5. Verum, cum majeſtas Imperatoris talis ſit, qualis ab Imperio illi confertur, non talis qualem abſoluti Monarchæ alibi, omnibus legibus ſoluti, exercent, ſed certis cancellis per Capitulationem incluſa, vide *annot. mea ad Capit. Imper. in prolegom. ſect.* 8. mirum non eſt, ſi Imperator teneatur actorum ſuorum reddere rationem, ſive fiat coram judice particulari, ſive in Commitiis Imperii. Jurat electus in Imperatorem inter cœtera, ſe confirmaturum, & renovaturum auream Bullam, & hoc facere tenetur: itaque eo quoque ipſo confirmat judicem ſuum, de quo Bulla
2. illa loquitur. In nonnullorum Regum Capitulationibus expreſſa fit mentio judicis. Chriſtierni II. Capitulatio, quam Dani illi præſcripſerunt, habet: Sicut tenemur unumquemque juvare, ut jus ſuum conſequatur, ita nos

nos ipſi comparere, & ad ipſius poſtulata uſitato judiciorum more reſpon-
dere, &c. Arniſ. *d. tr. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 11. *pag.* 136. Imò etiam ex illis qui ab-
ſoluta poteſtate ſe præditos affirmant, reperiuntur, qui à privatis in judicium
vocati, illud non ſubterfugiunt; & dum ſuccumbunt, ſententiæ parent, atque
ita cum Theodoſio, & Valentiniano Imper. dicere poſſunt, ſalva majeſtatis
noſtræ reverentia jus nobis cum privatis non dedignamur eſſe comune *l. ult.* 3.
C. Theodoſ. de appell. Exemplo nobis ſunt Reges Galliarum, in quos aliquo-
ties in Curia Pariſiorum ſententiæ latæ ſunt. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 8.
p. m. 163. annotavit, Regem Curioni decimam exſolvere damnatum fuiſſe ju-
dicio Curiæ Pariſiorum, anno 1266. & Regem, cum negligentia Procurato-
ris vadimonium deſeruiſſet, petiiſſe ordinario diplomate, ut in integrum re-
ſtitueretur; Curiam autem Pariſiorum Regem de rogatione propoſita de-
puliſſe, anno 1419. Horum exemplorum etiam meminit P. de Lancre *au* 2.
livre des Princes. diſcours 1. *pag.* 415. Addit Bodinus *d. l. pag.* 164. extare etiam in
actis Curiæ Pariſiorum ſententiam, adverſus Carolum VII. Regem latam,
qua damnatus, ſylvam urbi proximam, in Pariſiorum uſum cedere, precio
conſtituto: quam quidem ad rem vix unquam privati adigerentur. Notum 4.
eſt, Regem Galliarum in Parlamento agere, & conveniri, ſed ne Regium
nomen ac ſplendor ejus, oculos magiſtratuum præſtringat, aut Majeſtas ulla
ſui parte minuatur, prudenter à Majoribus inſtitutum, ut in cauſis omnibus
publicis, in quibus Reipublicæ, aut Principis, privato nomine intereſt, Re- 5.
gium nomen ret'neatur, ac procuratorio agatur nomine: Idem Bodin. *de
Republ. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 501. *Le Roy*, inquit Bret, *de la ſouverainete du Roy,
livr.* 3. *chap.* 10. *pag.* 437. *& ſeq. a ce privilege, qu'en quelque lieu que ce ſoit, qu'il
agiſſe, il ne plaide jamais, que ſous le nom de ſes procureurs. Car bien que les
particuliers ſe ſervent de Procureurs, en la pourſuite de leurs affaires, neantmoins
c'eſt en leur propre & privè nom qu'ils plaident, & qu'ils ſont condamnés. On a
jugé, que ce ſeroit choſe indigne & honteuſe, de voir un Roy eſtre condamné en ſon
nom.* hoc eſt: Regi hoc competit privilegium, ut ubicunque locorum agat
in judicio, non alio, quam ſub procuratoris ſui nomine litiget. Licet au-
tem etiam privatis perſonis permittatur uti procuratore in judiciis, hi tamen
non ſub ſuo proprio, ſed principalium ſuorum nomine agunt & reſpondent,
ac condemnantur. Ita æſtimatum fuit, indecorum & honore Regio indi-
gnum eſſe, ſi nomine ſuo condemnaretur.

Obſervatio II.

Poteſtas judicium à Palatino exercendi in Imperatorem, variè oppugnata & reſtricta.

NOn deſunt qui Palatini poteſtatem judicium in Imperatorem exercendi, variis explicationibus labefactare, vel omninò intervertere auſi ſunt; quorum conatus A.B. è diametro eſt contrarius, & à me reprobatus, *d. tom I.*

jur.

*iur. publ. lib.*3. *cap.*9. *num.*29. *& ſeqq.* nec non poſtea à Dieterich *in not. ad A. B. hoc cap.*5. §.3. *verb. reſpondere. pag.*42.

Ad Verb. ſive Rex Romanorum.

Obſervatio III.

De judice Regis Romanorum.

ELector Palatinus non ſolum eſt judex Imperatoris, verum etiam Regis Romanorum, nempè illius, qui in aurea Bulla ita dicitur, cum vacante Imperio electus, nondum tamen Romæ coronatus eſt. De illo enim Romanorum Rege, qui vivente adhuc Imperatore eligitur in Bulla noſtra, ut ſupra aliquoties diximus, altum eſt ſilentium. Quod ſi verò quæſtio moveatur de hoc Romanorum Rege, puto rationi magis convenire, ſi dicatur Imperatorem ejus eſſe judicem, niſi aliud obſtet, vide Buxtorff. *theſ.*7. *lit. b.* & fruſtra diſſentientem Sinoldum *vol.* 1. *diſput.*7 *theſ.*21. *lit. d. pag.*452.

Obſervatio IV.

1. *De judice Auguſtæ ſive Imperatricis.*
2. *Authoris diſtinctio.*
3. *Regina Galliarum agit, reſpondet in Parlamento.*

1. QUamquam in A. Bulla non legatur, quinam Auguſtæ judex eſſe debeat, in hoc tamen nonnullorum curioſitas inquirere voluit. De jure civili notum eſt, uxorem fieri participem fori mariti. *l.*9. *C. de Incolis. lib.*10. (quæ una eademque lex eſt, cum *l.*13. *C. de dignit. lib.*12. & ſic bis, diverſis ſub titulis relata) atque frui privilegiis perſonalibus mariti, *l.*6. *ibi, cum uxoribus. C. de profeſſor. & Medic. lib.*10. & in ſpecie de Auguſta dicitur, quod Principes illi ea, quæ ipſi habent, privilegia tribuant. *l.*31, *ff. de ll. l. benè à Zenone C. de quadr. præſcript.* ſed hæc caſum noſtrum non determinant, quoniam ex conſuetudine Imperator forum ſortitur coram Palatino, quæ cum ſtricti ſit juris, extendi ad Auguſtam nequit. Scilicet, conſuetudo juri communi derogans, ſtrictè intelligi, nec ullo modo de caſu ad caſum, neque de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum extendi debet. Schrad. *de feud. pag.*10 *ſect.*20. *num.*165. *& ſeq.* Deinde, reſpectu Imperatoris non eſt privilegium, quod coram Palatino reſpondere teneatur, ſed onus; quamquam reſpectu Palatini privilegium dici queat. Cœterum, an uxor forum, quod maritus jure ſpeciali habet, ſortiatur, videri poteſt, Vin-
2. cent. de Franch. *deciſ.* 363. Ut ad quæſtionem noſtram revertar, diſtinguendum cenſeo, an Auguſta conveniatur ab Imperatore, an ab alio. Si conveniatur ab alio, puto eam conveniri debere coram Imperatore, tanquam ſummo vel maximo (*l.*26. *C. de procur.* Hillig. *Donell. enucl. part.*2. *lib.*18. *cap.*11. *lit. D d. pag.*336.) judice; Imperatorem verò, de honeſtate, & ne ſuſpicioni feneſtra aperiatur, decere judicium aliis committere vel delegare. vide Paurmeiſt. *lib.*2, *de juriſdict. cap.*5. *num.*81. *& cap.*7. *num.*48. Si Auguſtam convenire

Digitized by Google

venire velit Imperator, poterit, vi poteſtatis ſuæ, conſtituere judices, illisque committere judicium. Licet autem Dd. apud Menoch. *conſil.2. num.22.* hoc privilegium Imperatori tributum dicant, quod uxori & liberis jus dicere poſſit. *arg. l.4. ibi: ex noſtra juſſione. C. de quadr. præſcript.* quod aliis judicibus non licet. *l.10. ff. de jurisdict.* id tamen accipio potius de caſu, quo litem intentat Auguſta ipſa, non quando ab alio lite pulſatur. Quicquid ſit, ex *d l.4.* non credo poſſe probari, quod probandum. Moribus Gallicis, Regina agit & reſpondet in Parlamento, æquè tamen per procuratorem, ut ſupra de Rege diximus, vide meam *notitiam Regni Franciæ. lib.2. cap.19. lit. Ff. pag.* 891. 3.

Obſervatio V.

1. 2. 3. In quibus cauſis Imperator pro Iudice habeat Electorem Palatinum Rheni.
4. Huic Electori etiam executionem ſententiæ criminalis adſcribit gloſſator juris Saxonici.

Ad Verb. ſuper cauſis.

Quoniam A. B. indefinitè cauſas, pro quibus impetitus fuerit Imperator, judicio Palatini ſubmittit, videndum eſt, an hoc generaliter de omnibus cauſis intelligi debeat? De feudalibus quid mihi videatur, expoſui. *dict tom. I. jur. publ. lib.3. cap.9 num.49. & ſeqq.* 1. Si quis ſe ſententia Imperatoris gravatum conqueratur, an eo quoque caſu Imperator coram Palatino reſpondere debeat, quæri poteſt? Pro affirmativa pugnat, Author deß Bedenckens / ob die Churfürſtliche Pfaltz / in cauſis gravatoriis, deß Keyſers Richter ſeyn könne; extat in dem kurtzen Gegenbedencken und Bericht / von der Churfürſtlichen Pfaltz Vicariats-Gerechtigkeit / unter den Beylagen *ſub. lit. SS. pag* 81. 2. Pro negativa ſtat Sinoldus *d. vol.1. diſp.7. theſ.21. lit. e. pag.453.* 3. ne generalitas textus A. B. abſurdè explicetur, & principia invertat, quibus à ſupremo Principe ad inferiorem appellare hæreſis eſt. *l.1. ff. à quibus. appellar. non licet. l.1. §.3. & tot. tit. de appellat.* præſertim cum A. B. ſatis dilucidè de cauſis ſimplicis querelæ loquatur, quibus ipſe Imperator impetitur. Porrò, an Palatinus Imperatoris Judex ſit etiam in cauſis criminalibus, inter Doctores controvertitur? magnum numerum negantium exhibet Knipſchild *de juribus & privileg. civitat. Imper. lib.2. cap.33. num.102. pag.620.* quibus etiam ipſe accedit. Affirmantium partes tuetur Sinoldus *diſput. de Vicar. Imper. concluſ.8. & volum.1. diſput. jur. publ. diſput.7. lit. e. pag.452.* per generalitatem textus A. B. Quod gloſſatori juris Saxonici. *ad fin. art.8. lib.1.* 4. Weichbild / eo usque extendere placuit, ut Palatinum etiam executorem ſententiæ criminalis eſſe voluerit, verba ita ſe habent: Man ſoll über ihn (puta Imperatorem, vel Regem) richten / und ſol ihm das Haupt mit einer güldenen Parthen abhauen über eines Schildes Randt; und das ſol thun der Pfaltzgraff von dem Rhein / der dem Land zu einem Richter über den König gegeben iſt. Sed inter largas nugas refert Freherus *in not. ad Petr. de Andlo lib.2. de Imper. Roman. cap.10. pag.195.*

Obſervatio VI.

1. *Quid dicendum de caſu depoſitionis?*
2. *Diverſæ opiniones authorum.*
3. *An Imperator proptereà poſſit deponi, quod. Capitulationi juratæ contraveneri?*
4. *Opinio Dieterici.*
5. *Opinio authoris.*

1. EXcipiunt alii caſum, quando Imperator ab Imperio deponendus, & depoſitionem non niſi ab iis expediri poſſe affirmant, qui poteſtatem eligendi habent, qui ſunt Electores omnes, non ſolus Palatinus. Sinold. *d. vol.1. diſput.7. theſ.21. lit.e. & diſput.3. theſ.30. lit. e pag.*159. alii allegati à Knipſchild *dicto loco num.*103. *pag.*621. Diſtinguit Arumæus *diſcurſ.*3. *ad A. B. theſ.*45. inter directionem judicii, ac cognitionem, & ſententiam; ut ſcilicet Palatinus, & non Moguntinus, quantumvis Collegii Electoralis Decanus, inſtituti judicii director ſit: in cauſæ cognitione ſententiæque prolatione, omnium Electorum conſenſu opus ſit; argumento formulæ privationis Adolphi, &
2. Wenceslai. Stamlerus *de reſervatis Imperatoris.* §.17. *num.*11. *& ſeqq.* depoſitionem Imperatoris non competere ſoli Electorum Collegio contendit; cujus rationes examinavi. *tom. V. jur. publ. in appendice. ad lib.*2. *jur. publ. cap.*11. *num.*17. *pag.*114. Dieterich *in not. ad A. B. cap. noſtr. ad verb. reſpondere. pag.*44. Electoribus Imperii, adhibito, propter gravitatem negotii, Statuum Imperii conſilio, jus deturbandi à Solio Regem competere, nullus dubitat. *pag. verò anteced.* movet quæſtionem, an liceat deponere ab officio Imperatorem ex eo, quod Capitulationi juratæ contraveniat? (operæ precium erit ejus
3. hîc repetere reſponſionem, & examinare) Reſpondendo, ait: affirmare hoc non dubitavit Carpzov. *de L. Reg. Germ. cap.*14. *ſect.*5. *n.*6. cui conſentit D. Schütz. *vol.*1. *jur. publ. diſp.*3. *theſ.*30. per rationem, quod Capitulatio Cæſarea ſit quaſi conditionalis ſtipulatio, cujus conditio ſi deficit, ipſa ſtipulatio dicatur committi, §.4. *Inſtitut. de V. O.* Sanè, abſque dubio vera eſt affirmans ſententia, ſi Ordines Regni, in caſu contraventionis jus eligendi alium, & diſponendi contravenientem apertè ſunt pacti, prout in Sueciæ
4. Regno ita obſervari teſtis eſt Joann Skyte *in orat. ad Reg. Angl. pag.*33. Talis lex commiſſoria in Imperio Germanorum non reperitur, undè, non immeritò, regulariter negativam juribus Regni convenientiorem exiſtimo *per text. in Capitul. Caroli V. art.*33. ubi in caſu contraventionis ſolum diſponitur, das alles ſol krafftloß / todt und ab ſeyn / inmaſſen Wir es auch ietzo / als dann / und dann / als ietzo / hiermit caſſiren / tödten und abthun. Reperitur idem *in Capitulat. Ferd. I. art.*30. ut plures taceam, *in Capitul. Ferdin. IV. art.*39. hancque ſententiam jam olim accuratè propugnavit facultas Theolog. Pariſienſium *in ſumm. actor. contra Bec. lib.*2. *de controv. Anglic.* atque huic collimat tractatus Arniſæi *de poteſt. Princip. in populum ſemper inviolabili*, ſecus ac ſenſit Jun. Brutus *in vindiciis contra Tyrannos.* Qui liber, cum ſit ſeditionibus concitandis aptus,

Digitized by Google

aptus, ab ejus lectione cavendum eſt. Contenti Imperii Electores iſthoc remedio, quod acta Imperatoris contravenientis de jure ſint nulla, & in Comitiis, de ejusmodi rebus edocti Status, facilè remedium ponere poſſint, cautè omninò amittendi Imperii ſcopulum prætерierunt, & hactenus omni ſtudio prohibendus Imperator, & commonendus jurati officii eſt, ut contraventiones tollat: quod ſi verò caſus adeò funeſtus, & inſperatus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi, aut à contraveniendi ſcopo averti queat, ſed injuſtis bellis, ac perſecutionibus, Imperii ordines gravare pergat, cauſaque ſit deſperata, nec ſaluti Reipublicæ aliud, niſi mutata Imperatoris perſona, remedium applicare utile, ac neceſſarium ſit, hoc extremo demum caſu Electoribus Imperii, adhibito, propter gravitatem negotii Statuum Imperii conſilio, jus deturbandi à ſolio Regem competere, nullus dubitarem, &c. Totum eò tendit, ut 1. expendatur, quas ob cauſas Imperator poſſit, & debeat deponi. 2. à quibus tunc poſſit, & quorum conſilio debeat deponi: Depoſitionis cauſas petere licet ab exemplo exauctorationis Wenceslai, & ſententia in eum lata, quæ meminit, non ſolum delictorum commiſſionis, verum etiam omiſſionis. Idemque ex Capitulationibus Imperatoribus hactenus præſcriptis probatur, nonnulla in illis prohiberi, ne ſcilicet fiant, nonnulla injungi ut fiant. De his ſanè dici nequit, daß ſie ſollen kraffloß/todt und caſſirt ſeyn; quæ enim non facta ſunt, non poſſunt caſſari, & non-entis nulla eſt deſtructio. Porrò ex Capitulationis Carolinæ. *d. artic* 33. quando cum *art.* 32. confertur, percipimus, ibi non agi in genere de actionibus Imperatorum invalidis, & illarum caſſatione, ſed magis de reſcriptis & mandatis, quæ dantur vel emanant contra Capitulationem, atque Imperii leges. Verba Capitulationis ita ſonant, Ob dieſen / oder andern vorgemeldten Articuln/ und Puncten/ einiges zu wider erlangt/ oder außgehen wird/ non additur, oder geſchehen. Quibus jungi debent, quæ habentur *artic.* 28. *in fin.* Mandata & reſcripta caſſari poſſunt, actiones autem Imperatorum aliæ, quæ contra legem commiſſæ, (ut, exempli gratia, ſi exterum militem in Imperium adduxerit, &c.) non poſſunt caſſari, quando non ſunt facti permanentis, ſed ſemel peractæ, etiam ceſſante poſtea actu, tanquam contra leges factæ, impugnari, & puniri merentur. Nec verò quælibet actio, quæ contra Capitulationem ab Imperatore perficitur, depoſitionem meretur. vide *annot. ad Capit. Imper. in proœm. ſect.* 10. *num.* 5. *& ſeqq.* ſed atrociores tantum, quæ pacem, & libertatem Imperii, convellunt, eos, quibus deponendi jus eſt, movere poſſunt, ut depoſitionem procurent; modo tempus, & rerum conditio, non ſuadeat eam differri, vel omnino non fieri, ad evitandum majus malum, vel periculum.

Digitized by Google

Obſervatio VII.

1. *Varia opiniones, an, & à quo, vel quibus, poſſit deponi Imperator.*
2. *Vna opinio, Imperatorem non poſſe deponi.*
3. *Altera, poſſe deponi à Pontifice Romano.*
4. *Tertia opinio.*
5. *Quarta opinio.*
6. *Opinio quinta.*

1. SUccedit membri ſecundi conſideratio, quibus competat jus deponendi
Imperatorem? hìc varias deprehendo opiniones. Earum prima eſt, Im-
peratorem non poſſe deponi; ſecunda, deponi poſſe à Pontifice Romano;
tertia, deponi poſſe ab Electore Palatino; quarta, deponi poſſe ab Electo-
2. ribus; quinta, deponi poſſe ab Electoribus & Statibus Imperii. Primam
nuperè ex profeſſo defendendam ſuſcepit Stamlerus *de reſervatis Imperatoris
Romano. Germanici*. §.17. *num.* 4. *& ſeqq.* §.18. cujus rationes examinavi.
tom. V. jur. public. loco in antecedent. obſervatione expreſſo. Hanc opinionem
etiam fulcire videtur Sinoldi ratio, quam primum propoſuit *diſp. de Vicariis
Imper. concl.*7. *lit. c.* & repetiit *vol.*1. *diſput. de Statu Rei Roman.*3. *theſ.*30. *lit. c.*
Quomodo verò illa convenire poſſit cum aſſertione, cui ille adhæret, nem-
pè, Imperatorem poſſe deponi, valdè ambigo. Etenim, ſi generalis eſt,
patrem, licet improbus, & contemptor legum ſit, eſſe tamen patrem. *Nov.*12.
*cap.*2. erubeſcere autem leges caſtigatores genitoribus filios conſtituere.
*Nov.*22. *cap.*24. illa militare debet generaliter, tàm in caſu delicti levioris
quam gravioris. Quid de illa habendum ſit, monui *in prolegom. annot. ad
Capitul. Imper. ſect.*10. *n.*12. *& ſeqq.* quibus connecti debent, quæ reſpondi
3. Stamlero. *d. tom. V. jur. publ. d. l.* Altera opinio eſt palpatorum Pontificis Ro-
mani, de qua diſſerui. *tom I. jur. publ. lib* 2. *cap.* 11. *num.*18. *& ſeqq.* & videri
debet Arniſæus *de jure Majeſtatis. lib.*2. *cap.*6. *num.*5. *&* 6. *pag.*272. *& ſeqq.* ac
*de ſubjectione & exemptione clericorum. cap.*5. *per totum*, ubi tractat de jure Ro-
4. mani Pontificis in Regna & Principatus, *pag.*72. *& ſeqq.* Tertiam fovere
videtur generalis A. B. diſpoſitio, quod Imperator debeat reſpondere co-
ram Comite Palatino: Redderetur autem judicium eluſorium, ſi Palatino
ſententiæ dicendæ jus, & animadvertendi in Imperatorem denegaretur.
5. Quartam tenent, Bertram *de Comit. theſ.*11. Beſold. 2. *polit. cap.*9. *num.*50. Sinol-
dus *de vicar. concluſ.*8. *lit. b. & d. vol.*1. *diſp.*3. *theſ.*30. *lit. d.* Carpzov. *de Lege Reg.
Germ. cap. ult. num. ult.* Daniel Otto *de jure publ. cap.*10. *p. m.* 211. ego *d. tom. I.*
6. *jur. publ. lib.* 2. *cap.* 11. *n.*23. Quintam placuiſſe Stamlero percepimus *in
præcedente obſervatione.* Ex deſcriptione depoſitionum deprehenditur, ple-
raſque peractas fuiſſe ab Electoribus, in præſentia, & interveniente conſilio
Statuum. Sententia in Wenceſlaum lata (extat apud Goldaſt. *conſtit. & re-
ſcript. Imper.* §.7. ubi, poſt multos varioſque tractatus, conſultationeſque,
tum inter nos ipſos, tum etiam cum aliis Principibus, & Optimatibus Sacri

Imperii

Digitized by Google

Imperii, ſeriò habitas, &c. *p.*141.) hoc nobis indicat, nec non literæ Electorum ad Civitatem Spirenſem, quas profert Lehemann. *Chron. Spirenſ. lib.*1. *cap.*72. ibi: mit Rath anderer Fürſten und Herren/zu dem Heil. Reich gehörig/ *pag.*850. *lit. d.* Puto, Statuum conſilium hoc in negotio non fuiſſe neceſſarium, ſed ab Electoribus propterea expetitum, ut plures haberent ſuffragantes, ac conſocios ad reſiſtendum Wenceslao, aliisque, ubi hoc neceſſarium. Sanè, præcipuas in hac exauctoratione partes Electorum fuiſſe, ex dicta ſententia apparet, quam ſoli Electores tulerunt, & promulgarunt, in præſentia Statuum ad calcem ſubſcriptorum, cœterisque notam fecerunt.

Obſervatio VIII.

Ad Verb. impetitus fuerit.

1. 2. *An Imperator alium coràm Comite Palatino poſſit convenire.*

1. IMperator coram Palatino convenire poteſt, alium vero ipſe coram eodem regulariter convenire non ſolet. Knipſchild *de civit. Imper.lib.*2. *cap.*33. *num.* 104. *in fin.* poteſt tamen per reconventionem, quando apud eundem convenitur, *l.*14. *C. de ſentent. & interloc.* vel, ex compromiſſo ille pro judice eligitur. Rationes in contrarium, quod Palatinus Imperatoris, quando actoris 2.
vices ſuſtinet, judex eſſe poſſit, ex Buxtorffio *ad A. B. theſ.*81. refert Sinoldus *d. vol.*1. *diſput.*7. *theſ.*21. *lit. b pag.*455. &, tanquam facilimas ſolutu, reſponſione non dignatur. Coram quo judice verò Imperator alios, cum quibus ipſi litigandum, convenire poſſit, non una poteſt expediri regula, ſed pro diverſitate cauſarum diverſimodè reſpondendum, Buxtorff. *ad A. B. theſ.*83. Rumelin. *ad A.B. part.*1. *diſſert.*5. *theſ.*12. 13. 14. & Sinold. *d. volum.*1. *diſput.*7. *theſ.*21. *lit. b. pag.*455.

Obſervatio IX.

An Imperator in cauſa propria poſſit judicare?

PUtant nonnulli Imperatorem in cauſa propria judicare poſſe, confiſi, §. *ult. Inſtit. de vulgari ſubſtit. l.*41. *ff. de hæred. inſtit. l. pen. ff. de his quæ in teſtam. delentur.* At verò id conſtitutionibus Imperii non convenire, & Sigiſmundum Imper. in literis ad Moguntinum, anno 1426. verbis, Uns nicht gebühret/ in unſerer eigenen Sachen Richter zu ſeyn. (apud Buxtorff. *d. theſ.*83. *lit. d.*) aliud falſum fuiſſe, monent alii. *arg. capit. Caroli V. art.*15. & 21. Certè, ratio *l. un. C. ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus ſibi dicat,* generalis eſt, & in jure naturali fundata, à quo Imperator non excipitur.

Obſervatio X.

Ad Verb. habeat.

1. 2. *Exempla Imperatorum, qui coram Electore Palatino conventi, & ſe ibi conveniendos eſſe, teſtati ſunt.*

 Carolus IV.

Digitized by Google

CArolus IV. (& cum eo Proceres Imperii, qui promulgationi A. B. adfuerunt) fatetur, Comitem Palatinum Rheni eſſe judicem Imperatoris, unde etiam ſi exempla hujus deeſſent dubitationi tamen locus amplius non daretur; non deſunt tamen & hæc, quamquam non magno numero, anno-
1. tata. Anno 1301. Comes Palatinus, (Rudolphus) ab Electoribus Imperii, Moguntinenſi, Colonienſi, & Trevirenſi, Archiepiſcopis, vocatus fuit ad Rhenum contra Regem Albertum, unde iidem Principes contra ipſum Albertum conſpiraverant, eligentes ipſum Rudolphum pro judice, & aſſerentes ad Comitem Palatinum pertinere, quod ſit officium Palatinæ dignitatis, ex quadam conſuetudine, de cauſis cognoſcere, quæ ipſi Regi movebantur. Hoc habent annales Henrici Rebdorffii, apud Freher. *tom. I. Germanic. re-*
2. *rum ſcript. p.* 412. Idemque agnoviſſe Fridericum Auſtriacum, Imperatorem, diſcimus ex Gerhardo de Roo, qui *lib.* 5. *hiſtor. Auſtriacar. pag.* 194. narrat, dictum Imperatorem privilegia Helvetiorum rata habere noluiſſe, ſed cauſam, aut arbitris decidendam, aut, ſi mallent, coram Præfecto prætorii Rhenani, ubi omnes Imperatoris cauſæ controverſæ decidi ſoleant, tractandam reſpondiſſe.

Obſervatio XI.

Ad Verb. conſuetudine.

Conſuetudo tribuit jurisdictionem.

COnſuetudo tribuit jurisdictionem; Gail. *lib.* 1. *pract. obſervat.* 1. *num.* 18. *& obſerv.* 57. *num.* 14.

Obſervatio XII.

Ad Verb. introductum.

1. *Vnde judicium hoc Elector Palatinus nactus fuerit, an à Palatina Comitiva veteri?*
2. *An à communi Principum Imperii voluntate?*
3. *An à populo?*
4. *An a conſuetudine?*
5. 6. *Examen opinionum.*
7. *Authoris opinio.*

VNde hoc jus, judicandi Imperatorem, nactus ſit Palatinus, ob varias
1. Authorum traditiones dubitationum fluctibus exponitur. Sunt, qui illud à Palatina Comitiva veteri Francorum Regum eum habere autumant; quorum anteſignanus eſt Freherus *ad Petr. de Andlo lib.* 2. *cap.* 10. Palatino enim illi attributam fuiſſe dicunt poteſtatem judicandi aulicos Regis, Re-
2. gemque ipſum, ſi conveniretur. Goldaſtus *in rationali conſtit. Imper. pag.* 99. hoc munus Palatino primum communi Principum voluntate, ac conſenſu collatum fuiſſe, docet, circiter annum Domini 1250. Sequitur autem Georgium Alten, Norimbergenſem, in Chron. ita ſcribentem; Bey dieſen Zeiten machten etlige deß Reichs / und beſonder die Geiſtlichen Churfürſten / mancherley Weitleufftigkeit wegen / wider König Albrechten Bündnuß und Verſchreibung mit einander / den beſchuldigten ſie / daß er Adolphen / ſeinen Herrn / in einem Krieg umbbracht hätte: deßhalben er dann Königlicher Ehre unwürdig were.

Digitized by Google

were. Darumb ſetzten die andern fürnembſten Fürſten / Teutſcher Nation, Hertzog Rudolffen / Pfaltzgrafen bey Rhein / zu einem Richter deß Römiſchen Reichs/alſo/ daß er hinführo zu künfftigen Zeiten/auß ſeiner Tapfferkeit daſſelbe Ampt vollführen ſolt/ auff daß die Römiſche König bewegt würden/ nichts übels oder Schelrung wirdiges im Reich fürzunehmen / dadurch ſie der Römiſchen Königlichen Höhe unwürdig geſchetzt werden möchten. Idem Goldaſtus *tom. III.* 3.
Conſtit. Imperial. pag. 403. ſcribit, Comitem Palatinum, qui olim major domus, eſſe Vicarium Regni, ipſi Regi à populo, tanquam arbitrum, cuſtodem & obſervatorem attributum, ne limites præſcriptæ juriſdictionis excedere poſſet: quod quadantenus opinioni, quam primo loco retuli, conveniens eſt.
Alii, cum A. B. hoc jus conſuetudine introductum aſſeverant. Primam 4.
opinionem oppugnans Arumæus *diſcurſ. 3. ad A. B. theſ.* 45. ait: cum poſt 5.
Pipinum, in ordinem redactus Præfectus Palatii, officium & adminiſtratio ejusdem ceſſaverit, Knichen *cap. 1. num. 11. Verbo Electorum, de non provocandi jure*, nullum dubium eſt, ceſſaſſe quoque hoc, quod ejus adminiſtrationi annexum fuit, judicandi munus, cumque textus A. B. conſuetudine hoc privilegium Comiti Palatino indultum dicat, ab illa Palatii Judicis poteſtate non rectè acceſſitur, utpotè, quæ ex Regum Francorum indultu tam ampla in ipſum translata fuit; ut omittamus, conſuetudinis initium ut plurimum ignorari, quod tamen hac in re certum foret, nec à Carolo noſtro omiſſum, ſi ab illa Comitiva veteri deduceretur. Verum, non perpendit Arumæus locum Rebdorffii, paulò ſuperius à nobis allegatum, quo docemur, officio Palatinæ dignitatis, ex quadam conſuetudine competere, de cauſis cognoſcere, quæ ipſi Regi movebantur: Hoc eſt, competere hoc jus Palatino, non vi juriſdictionis, illi, vel à populo, vel à Rege, (in hoc enim variant authores) collatæ, ſed virtute conſuetudinis, qua ſibi hoc acquiſierit: Quod ex parte etiam placuit Strauchio *in exercit. exoteric. diſſ. 3. theſ. 6. pag.* 75. in eo autem nobiſcum non conveniens, quando juriſdictionem Majoris domus (idem eſt, Major domus, Magiſter Regii Palatii, Comes domus Regiæ, Præfectus aulæ, Comes Palatii, Dux & Princeps domus. Hottomannus *in Francogallia cap. 15. in fine. pag.* 130.) ſubmiſſione libera prorogatam qaandoque à Rege fuiſſe, indeque hanc conſuetudinem habuiſſe originem. Si hoc ita factum credimus, Palatinus conſuetudine plus introduxit, quam Reges voluerunt, atque quod à libera Regum voluntate profectum, convertit in neceſſitatem. Si ex animi ſententia dicendum quod mihi videtur, non poſſum credere hoc jus Palatini à Francorum illorum veterum temporibus repetendum eſſe, ſed à conſuetudine temporibus Regum Germanorum introducta. Omninò enim mihi perſuaſum habeo, Germanos, quando ſibi Imperium acquiſiverunt, quò libertatem ſuam, ſplendidiorem redderent, non moribus, legibusve Franco-Gallorum uti voluiſſe, ſed propriis, ſuisque. Nec verò

apud

Digitized by Google

apud me dubio caret, an Palatinus Comes apud Franco-Gallos unquam habuerit poteſtatem judicare de lite Regi ab alio mota. Non potuit ſine juſſione Regis potentiores cauſas finire, ſed tantum ad pauperum, & minus potentium juſtitias faciendas illi vacandum fuit, ut *ex lib.3. Capitul. Franc.cap.77. de Episc. Comit. & potentior. qui cauſam inter ſe habuerint*, allegato à Lehemanno *Chron. Spirenſ. lib.2. cap.9. pag.*70. percipimus. Hincmarus officium Palatini deſcribens *cap.*19.ait: Comes Palatii de omnibus ſecularibus cauſis, vel judiciis, ſuſcipiendi curam inſtanter habebat, ut nec ſeculares prius Dominum Regem absque ejus conſultu inquietare neceſſe haberent, quousque ille provideret, ſi neceſſitas eſſet, ut cauſa ante Regem meritò venire deberet. Et *cap.*21. Comitis autem Palatii, inter cœtera penè innumerabilia, in hoc maximè ſolicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis judicium Palatinum aggrediebantur, juſtè & rationabiliter determinaret, ſeu perversè judicata, ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram Deo propter juſtitiam, & coram hominibus propter legum obſervationem cunctis placeret. Hæc de officio Comitis Palatini annotata, nullibi autem, quod ego ſciam, in illorum temporum hiſtoria expreſſum, quod conſuetu-
6. dine etiam ad hoc pervenerit jus judicandi de controverſiis Regi motis. Secunda opinio caret fundamento, & A. B. eſt contraria; ut admiratio animum ſubeat, quod Goldaſtus eam amplexus fuerit. Norimbergenſis ille hiſtoricus Alten, mihi claſſicus non eſt, qui fidem mereatur, nec eo vixit tempore, quo potuiſſet aliud noſſe præter illa, quæ ab hiſtoricis præcedentibus annotata, tale autem apud illos non legitur. Quæ de Electoribus, præcipuè Eccleſiaſticis, refert, illa non rejicio, verùm, cum addit, Es haben die andern fürnehmſten Fürſten/ teutſcher Nation, Hertzog Rudolphen/ꝛc. zu einem Richter deß Römiſchen Reichs geſetzt/ non conveniunt cum relatione Rebdorffii, quam ſuprà adduximus. Aureæ quoquæ Bullæ in eo contrariatur, quod illa conſuetudini hanc poteſtatem Palatini adſcribat, non Prin-
7. cipum conſtitutioni. Tertia opinio rejicienda venit, propter illa, quæ ad primam annotavimus. Quartam ſecurè amplectimur ambabus ulnis, utpote A. B. conformem.

Obſervatio XIII.

Ad Verb. dicitur.

Explicatio Verbi dicitur.

VErbum *dicitur*, referentis eſt, non affirmantis: Ergò Carolus, incertus de origine hujus juris, ſe refert ad ea, quæ dicuntur: parum verò refert an hæc relatio ita ſe habeat, vel aliter; hoc enim ſufficit atteſtatum, quod Palatinus hoc habeat, ipſo Imperatore, & Electoribus, Statibusque Imperii hoc atteſtantibus in Bulla noſtra.

Obſerva-

Obſervatio XIV.

1. *Elector Palatinus ſolus eſt judex Imperatoris, non autem cum illo ſimul Elector Saxoniæ.* *Ad verb. coram Comite.*
2. *Bodini relatio.*

HIc notari debet, ſoli Palatino hoc jus competere, non illi & Saxoniæ Electori, quo in Bodinum *lib. 2. de Republ. cap. 6. n.* 224. *pag.* 361. erraſſe communiter traditur, & à me quoque aliquando creditum fuit. Nunc autem contextum Bodini accuratius expendens, illum, quia relatoris tantum vices ſuſtinet, ab errore abſolvo. Scribit ille; ipſe quidem literas me legiſſe memini, quibus Princeps quidam, amicus ac fœderatus Francorum, Mommorantium, magiſtrum Equitum (anno 1552. Maji 12.) admonuit, juſtam eſſe Regi Hentico II. de Carolo V. Imperat. ac de Rege Ferdinando conquerendi cautam, apud Saxoniæ Ducem, & Comitem Palatinum, Imperii Vicarios, quod contra leges Imperii, contraque morem majorum, literas Regis Henrici, ad Imperii ordines, à ſe interceptas, reddi vetarent, ac Epiſcopum Moguntinum, Imperii Cancellarium, cui munus illud incumberet, quo minus id faceret, prohibuiſſent. 1. 2.

Obſervatio XV.

Pontifex, ſe judicem Imperatoris eſſe, inverecundè nugatur.

POntifex Romanus ſe judicem Imperatoris eſſe, non alio, quam proprio teſtimonio jactitat, *cap. 2. de re judic. in 6. cap. 34. extra de election. Clement. Romana de jurejur. cap. 10. extra. de foro compet.* ſed admodum inverecundè, & contra praxin ejus, cujus ſe Vicarium, ſine fronte, & ſine imitatione actionum, prædicat. vide *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap.* 11. *num.* 22. & *tom. IV. in additam. ad dict. cap.* 11. *num.* 22. *pag.* 261. ac Sinoldum *vol. 1. de Statu Rei Roman. diſput. 57. theſ. 21. lit. f.*

Obſervatio XVI.

A priſcis moribus quomodo receſſum. *Ad verb. reſpondere.*

REgum, vel Imperatorum cauſæ, pertinentes ad Reipublicæ adminiſtrationem, ut olim, ita & poſt, agitatæ ſunt frequenter in Comitiis Regni. Duo tamen acciderunt nonnunquam, multùm à priſcis moribus diſſidentia. Unum eſt, quod Conciliorum omnium illa vis ad ſolos Electores tranſire cœperit, poſt evectam multùm, novo more, ſeptemvirorum dignitatem à Carolo IV. Alterum, quod Papa Romanus cœperit non tantum arrogare ſibi, ceu aliquis feudi Dominus, imò verò tanquam vice-DEUS orbis Chriſtiani, juriſdictionem in Cæſares & Reges Germaniæ, ſed etiam illos immorigeros communicatione ſacra in tantum excludere, ut omnes cives &

Digitized by Google

Ordines juramento fidelitatis ſolverentur. vide Conring. *exercitat. de judiciis Reipubl. German. theſ.* 43. & 44.

Ad verb. Comes ipſe.

Obſervatio XVII.

Palatinus hoc judicium ipſe exercet, non autem per ſubſtitutum.

PAlatinus ipſe in Perſona, non per Subſtitutum, vel Plenipotentiarium, hoc judicium exercere debet.

Ad verb. Imperiali Curia.

Obſervatio XVIII.

1. *Ubi illud exercere debeat?*
2. *Varia vocabuli Curiæ ſignificationes.*
3. *Sinoldus perſtringit Authorem.*
4. *Huic reſpon et Author.*

1. DEbet prætereà hoc judicium exercere Palatinus, non ubi ipſi viſum, ſed
2. neceſſariò in Curia Imperiali. Varias vocabuli Curiæ ſignificationes explicavi, *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 68. & *ſeqq.* cum quibus conjungi poſſunt, quæ ſatis magno apparatu leguntur apud Louis d Orleans *es ouvertures des parlemens. chap.* 6. *pag.* 99. & *ſeqq.* nec non illa, quæ leguntur apud Authorem, der gründlichen Außführung der Reichs-Stadt Lindau die ohnverſehens abgelöſte/und der Ertz-Hertzogin Claudiæ, Fürſtl. Durchleucht. pen-
3. dente lite cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend/ *pag.* 732. & *ſeq.* Hoc verò in textu noſtro, Curiam accipiendam docui, pro Comitiis Imperii. *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 77. ſed cum ibidem diligenti conſideratione uſus fuerim, cenſuram incurri Sinoldi *dict. vol.* 1. *diſput.* 7. *theſ.* 21. *lit. g. pag.* 454. ubi ita fatur: Olim ad Rheni fluminis ripam hoc judicium exerceri ſolebat, ut ex Sterone, Marquard Freher. *ad Petr. de Andlo in fin.* deducit. Aurea Bulla verò, quia non in Majeſtatis detrimentum, ſed juſtitiæ incrementum illud inſtituit, Curiam Imperialem determinat. *d. t.* 5. in verb. an dem Keyſerlichen Hoff/ an welchem der Keyſer/oder Römiſche König zugegen ſeyn wird; quæ nos in noſtro, receſſibus Imperii Anno 1607. Imperiali authoritate præfixo *exemplari*, ſine ulla diverſitate, cui ita operosè attendit Limnæus, *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 63. legimus, & in potentiori ſignificatu, tam de Comitiis, quam Imperiali aula, interpretamur: quemadmodum uterque ſignificatus A. B. familiaris eſt.
4. *tit.* 27. §. 5. *verſ. fin. cap.* 28. §. 1. *cap.* 26. §. 1. Ego adhuc in ſemel ſuſcepta opinione perſiſto, quoniam commodius, meliusque, in Comitiis Imperii, quam in aula Imperatoris hoc judicium exerceri poterit, & ſic eo in loco, ubi etiam olim peractum, ut ſupra à Conringio percepimus. Fateor, nomine Curiæ in A. B. non modo Comitia Imperii, ſed & Aulam Imperatoris intelligi; magis familiarem autem illum eſſe ſenſum, quam hunc, lectio ejusdem docuit. Certè, in capitibus hoc noſtrum antecedentibus, ubi Curiæ mentio fit, ubique intelliguntur Comitia, non aula; unde ineptum non eſt dicere, idem etiam in hoc noſtro debere fieri. Hic quoque ſignificatus in ſequentibus

omni-

Digitized by Google

omnibus obtinet, exceptis paucis. Quid Germanica Verſio anno 1607. una cum Receſſibus Imperii excuſa, habeat, parum ad rem facit; non enim eſt authentica, nec, ſi, ut refertur, ſonat, cum latino textu originali convenit; nec cum cæteris Germanicis exemplaribus anno 1599. & anno 1615. Moguntiæ cum receſſibus Imperii editis; nec cum illa, quam exhibuit Goldaſt. *inter Statut. & reſcript. Imper. p. 121. & ſeqq.* quæ omnes tamen, ubi à latino originali abeunt, ex eodem debent corrigi. Latina habet; *illud tamen judicium Comes ipſe Palatinus non alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator, ſeu Romanorum Rex præſens extiterit, poterit exercere.* Germanica Goldaſti, *pag. 126.* ita ſonat: Doch ſo mag derſelbe Pfaltzgrafe das Gerichte nirgend anderswo zehalten/ dann allein in deß Reichs-Hoff/ da der Keyſer/ oder Römiſche König gegenwärtig iſt. Hæc in eo à Latino abit, quod verba, *Comes ipſe Palatinus*, ita explicare debuiſſet, doch ſo mag der Pfaltzgraf ſelbſt. Moguntina *de d. anno* 1599. ita ſonat, Jedoch ſoll der Pfaltzgraf daſſelbig ſonſt nirgens haben noch ſuchen/ dann an einem Keyſerlichen Hoff/ oder/ wo der Keyſer oder Römiſche König gegenwärtig iſt. Iisdem verbis conſtat altera Moguntina editio *de anno* 1615. quæ ita corrigenda, Jedoch ſo mag der Pfaltzgraf ſelbſt dieſes Gericht nirgends halten/ dann bey einem Reichs-Hoff/ wann der Keyſer oder der Römiſche König allda gegenwärtig. Cæterum hoc judicium non in Majeſtatis detrimentum, ſed juſtitiæ incrementum, auream Bullam inſtituere non diffiteor; ſed propterea illud exerceri velle, vel in Comitiis vel in aula Imperiali, nulla conſequentiæ ratio eſt. Imperialis authoritas, cujus meminit Sinoldus, textui fidem nullam conciliat, ſed tantum privilegium eſt imprimendi A. B. cum Receſſibus Imperii. Ejuſmodi autem privilegium etiam cæteris editionibus, quæ Receſſibus Imperii præmiſſæ, & modo enumeravi, tam latinæ, quam Germanicis datum fuit, quod ſi exinde Imperatoris authoritate eas confirmatas dicere vellemus, confiteremur Imperatorem approbaſſe illas, quæ in quamplurimis non conveniunt: veritas autem, ut notum, eſt unica, & ſibi ſemper conveniens.

Obſervatio XIX.

1. *Imperator debet eſſe præſens in Curia.*
2. *Ubi eſt Imperator, ibi eſt Curia Imperatoris.*
3. 4. *Curia Romana ibi eſſe dicitur, ubi eſt Papa.*

Ad verb. præſens.

PAlatinus Comes hoc judicium non poteſt exercere, niſi in ea Curia, ubi 1.
Imperator, vel Rex Romanorum exiſtit præſens: unde colligere licet,
1. Palatinum non debere citare Imperatorem ad Comitia, ſed hunc, ſi ibi
præſens, teneri reſpondere coram judice ſuo. 2. Imperatorem non omni in 2.
Curia præſentem eſſe. In aula, quæ ipſa quoque Curia dicitur, ſemper præ- 3.
ſens eſt, nempè ubi Imperator eſt, ibi eſt aula Imperatoris; eodem ſcilicet

 ſenſu,

Digitized by Google

ſenſu, quo Romana Curia eſſe dicitur, ubi eſt Pontifex Romanus, etiam ſi ſit alibi, quam Romæ. Quo de nos informat Rouſſel *lib. 2. hiſtor. juriſdict.*
4. *Pontif. cap. 12. pag.* 281. Curia intelligitur, ubicunque eſt Papa, & in locis vicinis diverſorio Papæ, intra videlicet duas diætas legales. Ergò, ſi abſit Romæ, non erit ibi Curia, niſi ſpecialiter id declaraverit Pontifex; cujusmodi Pius III. ad Concilium Mantuanum proficiſcens, relictis Romæ nonnullis Cardinalibus, & Auditoribus Rotæ, declaravit, Romanam Curiam apud eos non ſecus, quam ſecum eſſe; ut refert Johannes Gobellinus *lib. 2. commentar.* ſed vix nos admitteremus, ubi noſtra intereſſet, Curiam duobus locis eſſe. Hoc ſenſu admiſſa Sinoldi opinione, Imperator ſemper in aula ſua à Palatino judicari poterit, ſed in Comitiis ſolum tunc, quando in illis reperitur præſens.

CAPUT VI.

DE COMPARATIONE PRINCIPUM ELECTORUM AD ALIOS PRINCIPES COMMUNES.

Obſervatio I.

Ad verb. juxta præſcriptum ordinem.

De ordine ſeſſionis inter Electores obſervando.

ORdinem ſeſſionis inter Electores Imperator præſcripſit ſupra *cap. 3.* §. 2. & *cap.* 4. §. 1. ad quem hîc ſe refert, & vult eum immutabiliter obſervari in celebratione Imperialis Curiæ. Diſponit præterea, de caſu eo, quo alii Principes in Curia præſentes, ac ſtatuit, etiam his Electores præferri in actibus ad Curiam ſpectantibus, ſive illi expediantur eundo, ſedendo, vel ſtando.

Obſervatio II.

Ad verb. actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus.

1. *Ordo ſervandus in Curia.*
2. *Dignitas Electorum.*
3. *Quem locum Electores tenuerint anno 1434. in Conſilio Baſilienſi.*
4. *Contentio Burgundi cum Electoribus, de præcedentia.*

1. CArolus hîc tantum diſponit de actibus ad Imperialem Curiam ipſam ſpectantibus, non verò de aliis, qui in Curia expediri poſſunt, ſed ad ipſam non ſpectant. Nec etiam diſponit de loco debito Electoribus extra Curiam, in conventibus, ubi alii Principes cum ipſis præſentes ſunt. Itaque, ſi Electoribus

Digitized by Google

ctoribus ibi moveatur de præcedentia quæſtio, aliunde deciſio petenda eſt. vide *annotat. ad Capit. Imper. Ferdin. III. artic. 4. verb.* vorgehen/ *pag. 685.* Conſtat verò *ex lib 1. Ceremon. Eccleſ. ſect. 13. cap. 3.* Principes Electores Romani Imperii digniores haberi aliis Principibus,(Regibus exceptis)ſicutCardinales aliis Prælatis. 2.
¶In Concilio Baſilienſi, anno 1434. conſtitutum, quod Ambaſſadores Illuſtriſſimi Principis, Domini Ducis Burgundiæ, tàm in ſeſſionibus, congregationibus, & proceſſionibus generalibus, quam aliis privatis, & publicis actibus, & locis ſacri Concilii, ſedeant, & incedant immediatè poſt Ambaſſiadores Regum, in parte dextra; & hoc ſine præjudicio juris, & honoris, ipſius Domini Ducis, & aliorum quorumcunque. Ambaſſiadores verò Illuſtriſſimorum Dominorum Principum Sacri Imperii Romani Electorum, in eorundem Dominorum Electorum abſentia, vel ipſi Domini Electores, vel aliqui eorundem, qui perſonaliter præſentes fuerint, debeant ſedere propè Dominum Imperatorem, & eſſe, ac ſtare juxta ipſum, in ſeſſionibus, congregationibus, proceſſionibus generalibus, ac aliis privatis & publicis actibus dicti Sacri Concilii, ſine tamen præjudicio jurium, honorum, præeminentiarum ipſorum Dominorum Electorum, nec non aliorum quorumcunque. 3.
Cum anno 1471. Carolus Dux Burgundiæ ad Comitia Auguſtana miſiſſet Oratores ſuos, illi poſt legatos Electorum collocati, atque ideo deſpecti priore conſeſſu viderentur, redire in ſubſellia recuſabant. Electores, abſentibus Collegis, qui aderant, quamquam cum ſumma modeſtia, dignitatem communem tuebantur. Burgundi potentiam ſui Principis, & in Gallia, & in Germania maximam, Electoribus parem nobilitatem, & vetuſtum morem objiciebant; ſeque, è corpore Cæſaris cum eſſent, ne Regibus quidem, ſi qui adeſſent, cedere oportere, contendebant. Quæ contentio cum tres prope horas conſumpſiſſet, non ante eſt ſublata, quam Burgundi alteris ſubſelliis, ad frontem Cæſaris, inter Oratores Regios locarentur, ex Campano, Epiſcopo Aprutino. epiſtolar. Papienſ. 375. Chiflet. *in vindic. Hiſpan. cap. 14. pag. 136.* 4.

Obſervatio III.

Principes communes qui dicantur?

Ad verb. null⁹ Princeps alius.

PRincipis nomen hîc uſurpatur generaliter, de quolibet Principe, qui non eſt Elector, quo ſenſu etiam in rubrica vocantur Principes communes omnes illi, qui non ſunt Principes Electores. vide *d. annotam. ad Capitul. Ferdin. III. pag. 685. num. 6. & ſeq.*

Obſervatio IV.

Qui hic nomine principum veniant?

Ad verb. cujuscunque Status &c.

COmprehenduntur Principis nomine, non modo ſeculares, verum etiam Eccleſia-

Eccleſiaſtici, ſive ſint Archiepiſcopi, ſive Epiſcopi, &c. Veniunt etiam hic ſub Principis nomine, Reges, Archiduces, Magni Duces, atque adeò tam Imperii Principes, quam exteri Reges, & Principes; de quibus potiſſimum diſpoſitio A. B. accipienda videtur, utpote de caſu magis dubitabili.

Obſervatio V.

***Ad verb.* ſignanter expreſſo.**

1. *Superflua reiteratio in textu exhibita.* 2. *Cauſa reiterationis.*

1. SUperflua eſt hæc reiteratio, Regem Bohemiæ ſpecialiter concernens, cui generaliter jam in principio textus noſtri, verbis, *antedicti Principes*, ſatis
2. proviſum. Ego *ad d. art.* 4. Capitul. Ferdin. III. *pag.* 686. *num.* 10. affectionis ſignum dixi, qua Carolus in ſucceſſores ſuos Reges Bohemiæ ferebatur.

Obſervatio VI.

***Ad verb.* quemcunque Regē alium.**

Error Rumelini.

NOn ſatis cautus fuit Rumelinus, quando *part.* 1. *diſſert.* 5. *ad A. B. theſ.* 19. ſcripſit, illam prærogativam ſoli Regi Bohemiæ competere, ut in omnibus actibus, ad Curiam Imperialem pertinentibus, quemcunque alium Regem antecedere poſſit: in conſequentiam tamen Eccleſiaſticis quoque Electoribus hanc prærogativam competere, cum ii & Regem Bohemiæ antecedant. *A. B. cap.* 3. §. Alſo mit Vorbetrachtung. Non enim huius rei deciſio ex conſequentia petenda eſt, quæ expreſſis verbis, & ſenſu omninò claro in hoc capite noſtro legitur, verbis, *nullus Princeps alius.* Contra quæ impertinenter torquet illud vulgatum, conceſſum uni, reliquis intelligitur denegatum, & prohibitum uni, reliquis intelligitur permiſſum, &c. Certè Rex Bohemiæ cæteris Regibus hîc præfertur, non inde quod Rex ſit, nam, qua talis, poſtponi multis debet, ſed quod ſit Elector.

Obſervatio VII.

***Ad verb.* adeſſe contigerit.**

De Regibus exteris ad Curiam Imperialem venientibus.

REgulariter Reges, aut Principes exteri, non interſunt Curiis Imperialibus; poteſt tamen contingere, ut earum celebrationi adſint, vel rogati, vel ſponte ſua: R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1530. §. Dieweil auch ſolch tapffer Werck/ *pag.* 205. *A. B. in proœm. cap.* 24. ego *tom. III. jur. publ. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 61. *& ſeq.*

Obſervatio VIII.

Quid dicendum de exterorum Regum & Principum legatis?

QUando exterorum Regum, & Principum Legati, cum legatis Electorum concurrunt, utri tunc præcedentia competere debeat, in textu noſtro non

non definitur: petenda ergò aliunde eſt deciſio, nempè ex Capitulatione Ferdinandi III. *art.* 4. Ferdinandi IV. *art.* 4. & Leopoldi, *art.* 5. ubi ita conſtitutum: Nachdem aber ſich eine Zeitlang zugetragen/ daß außländiſcher Potentaten, Fürſten und Republiquen Geſandten/ und zwar dieſe/ unter dem Nahmen und Vorwandt/ als weren dieſelbe Republiquen vor gekrönte Häupter und alſo denſelben in Würden gleich zu achten/ an den Keyſerl. und Königlichen Höfen und Capellen/ die præcedentz vor den Churfürſtl. Geſandten prætendiren wollen/ So ſollen und wollen Wir ins künfftig ſolches weiter nicht geſtatten; Were es aber Sach/ daß neben den Churfürſtl. Geſandten der recht titulirter/ und gekrönter regierender außländiſcher Königen/ Königlichen Wittben/ oder Papillen (denen die Regierung/ ſo bald ſie ihr gebührendes Alter erreicht/ zu führen zuſtehet/ und immittels in der Tutel oder Curatel begriffen ſeyn) Bottſchafften zugleich vorhanden weren/ ſo mögen dieſelbe den Churfürſtl. Geſandten vorgehen/ denenſelben aber die Churfürſtl. Geſandten vor aller anderer außwärtigen Republiquen Geſandten/ und den Fürſten in Perſon/ ohne Unterſcheid immediatè folgen/ was auch darwider allem hiebevorn per decreta, und abſonderlich Anno 1636. oder ſonſten vorgenommen oder verordnet/ fürters abgeſtellt und krafftloß ſeyn ſoll.

CAPUT VII.

DE SUCCESSIONE PRINCIPUM ELECTORUM.

Obſervatio.

AGitur hoc capite de ſucceſſione Electorum ſecularium, propriè enim hi ad Electoratum perveniunt ſucceſſione, ut Eccleſiaſtici electione; licet etiam hi, populari loquendi more, ſuos habeant ſucceſſores, *ſupra cap.* 3. §. 2. *in fine.*

§. 1.

Obſervatio I.

Exordia quæ Carolo IV. familiaria.

EXordia hujus generis Carolo ſunt familiaria, ut patet ex *hoc*, & *ſupra cap.* 12. §. 1. *Ad verb.* ſollicitudines.

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio II.

Ad verb. unio.

De Concordia Electorum.

EJusdem finis etiam ſupra *in proœmio* hujus Bullæ mentionem fecit, *verb. ad unitatem inter Electores.*

Obſervatio III.

Ad verb. ſubveniuntur.

Effectus hujus concordiæ.

EFfectus concordiæ Electoralis multi, & inter illos etiam hic, ut tempore, quo opus, celerius ac facilius Imperio ſubveniant.

Obſervatio IV.

Ad verb. obſcuritate ſucciſa & jure cujuslibet dilucidè declarato.

An Carolus præſtiterit, quod hic promiſit.

DUbito, an in omnibus hoc præſtiterit Carolus; videntur enim aliud monſtrare lites, quæ inter Electores hactenus motæ, quarum deciſiones in aurea Bulla dilucidè non reperiuntur.

Obſervatio V.

Exordium generale, diſpoſitio autem ſpecialis.

HOc proœmium generale eſt, omnes comprehendens Electores; materia verò ipſa, de qua in hoc capite ex profeſſo agitur, concernit tantum Electores ſeculares.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad verb. per totum orbem notoriè manifeſtum.

1. *Electorum poteſtas & conditio non omnibus benè cognita.*
2. *Error Claudij de Rubis.*
3. *Error alius.*
4. *Et iterum alius.*

1. MUlti ſunt, qui ignorant conditionem Electorum, tam exteri, quam Germani. Bzovius annotavit, extare, qui electionem Regis Romanorum ad omnes Imperii Principes pertinere arbitrentur: quamquam autem illos non denominet, illique non minus mihi, quam Heruardo *part.* 1. *pro Ludov. Imper. contra* Bzovium *cap.* 9. *num.* 9. *pag.* 85. ignoti ſunt; impoſſibile tamen
2. non eſt, fuiſſe tales, & Bzovio viſos. Porrò, dantur cum Claudio de Rubis (*en ſa conference des prerogatives anciennes*) nonnulli, *qui diſent que tous les Electeurs* (ſeptem ſcilicet illi, qui hoc nomine clarent) *n'ont enſemblement qu'une voix, en l'election des Empereurs*; *la Nobleſſe du pays une autre*; *& les villes Im-*
3. *periales encores une autre.* Charron *en l'hiſtoire univerſelle. chap.* 126. *p.* 913. Reperiuntur quoque alii, qui Bohemum quidem pro Electore agnoſcunt, ſed cum conditione, ut autem non habeat, niſi quando cœteri Electores inter ſe non

ſe non conveniunt, ut tunc ille accedat, tanquam arbiter. Der König in Böheim iſt Ertz-Schenck/ und auch ein Obmann/ die andern Churfürſten/ da ſie in ihrer Wahl ſpännicht würden/ zu entſcheiden. Guler. von den Rætiſchen Sachen/ *lib.* 8. *p. m.* 111. vide *ſupra ad cap.* 4. §. 3. *obſerv.* 5. Imò etiam ipſa jura Germanica, qualia ſunt; Speculum Saxonicum *lib.* 3. *artic.* 57. ibi: Der Böhm hat keine Wahl/ weil er nicht teutſch iſt/ Bohemo votum denegat. Speculum Suevicum *lib.* 1. *cap.* 29. §. 2. Bohemum tantùm pro Pincerna Imperatoris, non autem pro Electore ejuſdem agnoſcit. Doch iſt zu wiſſen (verba ſunt *d. cap.* 29. §. 2. *in fin.*) daß der König in Böhmen keine Chur hat/ wann er nicht ein teutſcher Mann iſt. De Saxoniæ Electore additionator ad Baldum *in proœm. ff. lit. b.* ſcripſit, eatenus illum intervenire electioni, ſi alii diſcordent; ut refert Dn. Dieterich *in notis ad A. B. tit.* 7. *pag.* 46. 4.

Obſervatio II.

Qui fructus feudi Electoralis?

Ad verb. virtute Regni & Principatuum.

ELectoribus ſecularibus competit jus, vox, & locus in electione Imperatoris, virtute Principatuum ſuorum, *hîc*, & ſupra *cap.* 5. §. 1. ac infra *cap.* 20. *in proœm.* Principatuum puta illorum, qui Electoratus ſunt, non reliquorum, quos præter Electoratum tenent. Eſt ergò vox illa fructus feudi Electoratus; vide *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 12. & ita jus, quod perſonæ attribuit. Cum autem feuda illa ab Imperio, non à Pontifice Romano teneant Electores, etiam ab Imperio, non à Pontifice jus electionis habere, in aprico eſt. vide *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 21. *& ſeqq.* ac *tom. IV. addit. ad dict. cap.* 1. *num.* 21. *pag.* 272. *& ſeqq.*

Obſervatio III.

Succeſſor Electoris fructus feudi Electoralis habet, etiam antequam ab Imperatore de feudo Electorali ſit inveſtitus.

Ad verb. filium primogenitum.

QUando Elector moritur, Electoratus devolvitur ad ejus legitimum ſucceſſorem, unà cum jure Electoratui competente. Ergò, hoc obtinet ſtatim vi ſucceſſionis, & apprehenſæ poſſeſſionis, licet de Electoratu nondum ab Imperatore ſit inveſtitus. vide Gail. 2. *obſerv.* 152. *num.* 13. Renovatio enim illa eſt, non procreans, ſed conſervans cauſa feudi. Gothofr. Anton. *diſputat. feud.* 8. *theſ.* 1. *lit. b.*

Obſervatio IV.

1. *Ordo ſuccedentium in Electoratum.* 2. *Primogenitus quis?*

VBi de legitimo ſucceſſore quæſtio eſt, primo loco venit Electoris demortui filius primogenitus, qui cœteros omnes, quod Electoratum attinet, excludit, vi juris primogenituræ, diviſionem reſpuentis. infra *cap.* 25. 1.

Digitized by Google

2. §. 1. & 2. Eſt autem primogenitus reſpectu nativitatis, etiam natus antequam pater Electoratum obtinuit; proindeque præfertur illi, qui natus poſt ſuſceptum Electoratum. vide præ aliis Sinoldum *volum.* 1. *diſp.* 7. *theſ.* 10. *lit. d.* Grotium *de jure belli lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 28.

Obſervatio V.

Quis inter Gemellos dicatur primogenitus?

PRimogenitus inter Gemellos dicitur, qui prior ex utero materno ſuſcipitur, nec ſufficit, ſi prior quidem membrum aliquod ex utero matris oſtenderit, niſi ſimul etiam primus naſcatur. Nec enim à tempore conſpectus, ſed nativitatis, primogenitura nomen habet.

Obſervatio VI.

Quid dicendum, ſi Gemelli ex utero matris diſſecto producantur?

QUid dicendum, ſi neuter uterum egrediatur, ſed Cæſares fiant, hoc eſt, cæſo matris utero producantur in lucem? Cum hic ordo naſcendi nullus, nulla quoque eſt primogenitura, & proinde nullum primogenituræ jus, ſed ſors una & æqualis utriusque. Ergone verò æqualiter, & conjunctim ſuccedent in Electoratum? Non puto, A. B. enim unum, non plures ſimul admittit, idque propter bonum publicum. Hinc ſi conjunctim admitterentur, jus admiſſionis continuaretur etiam in poſteros, & ita bonum publicum longis periclitaretur annis, quod maximè præcavendum. At quomodo ſuccedent? Pater, ubi ad annos diſcretionis pervenerint, ſibi patiatur curæ eſſe, ut ſorte, vel alio modo inter illos tranſigatur; quod ſi facere noluerint, patre mortuo idem medium illis ab Imperatore & Electoribus proponi poterit; quod ſi iterum recuſent, utilitas publica prævalere debet, & ſententia ferri pro eo, qui naturæ & acquiſitis donis præſtantior; aut, ſi his pares ſint, affectioni locus dabitur, & ſententia dicetur etiam in invitum. *Inquis*, jus ſuum nemini auferendum: concedo, ſi de eo conſtet, ſed hic *non* conſtat: Imò, reſpectu primogenituræ nullum eſt, ſed ſaltem reſpectu paterni ſanguinis. Unde ſequitur, hoc caſu primogenituræ jus nulli adimi, ſed propter bonum publicum ſucceſſionem in Electoratum uni concedi, non utrique. Boni autem publici eam vim eſſe, ut particularium commodo præferri debeat, dubium non admittit. Gail. 2. *obſerv.* 56. *num.* 3. & *ſeqq.*

Obſervatio VII.

Quid ſi incertum ſit, uter ex Gemellis primum natus?

NAtura non fert uno impetu ſimul duos infantes naſci, *l.* 15. *ff. de ſtatu hominum.* Itaque ordo nativitatis per ſe certus eſt, fieri tamen poterit, ut qui partui adſiſtunt, præ conſternatione, aut ob aliud accidens, non benè obſervent ordinem nativitatis; aut contingere poteſt, ut nemo adſit, quando

do parturit mulier. Hoc caſu primogeniture jus valet, ſed, cui illud competat, incertum eſt. Itaque cum ex Medicorum conjecturis non detur judicare de conceptione, & uter ætate alterum (excepto forte caſu ſuperfœtationis) præcedat, idem proceſſus, de quo modo audivimus, obſervari poterit, ob cauſam utilitatis publicæ. Fruſtraneus autem Rumelini *part. I. diſſert. ad A. B. 6, theſ.* 8. labor eſt, qui ambos ad Electoratum admittendos evincere conatur: Hoc enim A. B. adverſatur, quæ exemplis anterioribus edocta, rem Imperii ſe deteriùs habuiſſe, quando duo unum Electoratum poſſederunt, unum, non plures, ad ſucceſſionem vocavit.

Obſervatio VIII.

An primogenitus juri ſuo poſſit renuntiare?

A regula, primogenitum Electoris laici patri ſuccedere in Electoratu, excipi debent caſus ſequentes. *Primò,* Quando primogenitus ſucceſſioni in Electoratum renuntiavit. ut dixi *tom. I. jur. publ. lib. 3. c. 7. num. 33. & tom. IV. in addit. ad d. cap. & num.* licet enim primogenituræ, quæ facti eſt, non poſſit renuntiari, & primogenitus ſemper maneat primogenitus; poteſt tamen juri, quod primogenituræ adhæret, ut accidens ſeparabile, renunciari. Exemplum nobis ſuppeditat familia Electorum Brandenburgenſium, Zolleranæ familiæ, Burggraviorum Norimbergenſium; Cujus tunc caput Fridericus, ætate gravis, teſtamentum conditurus, quatuor ad ſe filios vocavit, Joannem, Fridericum, Albertum, & alterum Fridericum; Johannem, quod is major natu eſſet, in hunc ferè modum allocutus fertur; primus ego, ut noſti, dignitatem Electoratus Imperii, in noſtram familiam adduxi, cum eſſem Sigiſmundo Cæſari admodum familiaris: nunc vocat me ſuprema neceſſitas, cura mihi eſt, ne tantum decus in domo noſtra vileſcat. Tibi, ut video, quietis & tranquillitatis unicum eſt ſtudium, in Electoratu præter curam nihil invenies. Eam ob cauſam, ſi tua voluntate id poſſum, Marchionatum Brandenburgenſem Friderico, qui tibi ætate ſuccedit, qui & vigilantior, & ad labores durior quam tu videtur, teſtamento relinquam. Tibi Voitlandiam; Alberto quicquid Franconici Juris poſſideo; & alteri Friderico partem Marchiæ. Cui Johannes, exiſtimavi Pater, ante hunc diem, chariorem tibi multo quam me Fridericum eſſe, cum illi ſæpius blandirere, neque id ferre non ægrè potui: Nunc ſententiam muto, & te, Pater, amo, coloque, qui mihi otium, illi negotium ſuprema voluntate dimittis. *Æneas Sylvius.* Exemplum hoc eſt illuſtre (judice Philippo Melanchthone, *in Chronicis*) in patre Friderico, non affectus paterni, ſed ſapientiæ, conſulentis rebus publicis, ac privatis: in filio Johanne modeſtiæ & obedientiæ cedentis judicio patris de ſucceſſione, citra moroſitatem, aut recuſationem. Cernitius *in decem Elect. Brandenb. eicon. &c. in Frid. 1. pag. 23.*

Obſervatio IX.

Ad verb. legitimū.

1. *Primogenitus præfertur poſt natis, ſi ſit natus ex legitimo matrimonio.*
2. *Quid ſi legitimatus per ſubſequens matrimonium?*

1. SEcundus caſus, quando primogenitus non eſt legitimè natus, tunc non ſuccedit patri in Electoratu, *d. tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 7. num.* 18. cui jungi debent quæ conſignavi *tom. III. lib. 6. cap. 5. num. 56. & ſeqq.* Tholoſan. *de Republ. lib. 7. cap. 8. num.* 10. Grotius *de jure belli lib. 2. cap. 7. num.* 16. Idem dicendum de legitimatis à Principe. Matth. de Afflict. *in c. naturales. verb. ſecundo nota. num.* 21. 22. *Si de feudo controv. fuerit inter dominum & agnatum.*
2. Sinold. *d. vol.* 1. *diſput. 7. theſ. 15. lit. c.* De legitimato per ſubſequens matrimonium, diverſæ ſunt opiniones, vide Gail. & quos allegat. *lib. 2. obſervat.* 141. *num.* 3. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9. n. 43. pag.* 410. Sinold. *dict. vol. 1. diſp.* 8. *theſ. 11. lit. a. p. 519. & ſeq.*

Obſervatio X.

1. *Quid ſi primogenitus non ſit laicus?*
2. 3. *Quid ſi monachus?*
4. 5. *Exempla diſpenſationis Pontificiæ!*

1. TErtiò, primogenitus non ſuccedit patri in Electoratu, quando non eſt ſecularis, ſed cœpit Eccleſiaſticum ordinem ſequi; quo de vide Sinoldum *d. vol. 1. diſp. 7. theſ. 15. lit. d. pag.* 403. & me *d. tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 7. num.* 19. *& ſeqq.* ac ſupra *ad cap.* 2. §. 2. *obſervat.* 18. De monacho conſtat, illum non haberi pro primogenito juris, licet ſit primogenitus naturæ. Le Cirier. *lib. 1. de jur. primogen. quæſt. 5. adde c. ſcripſit. & ibi gloſſam cauſ. 27. quæſt.* 2.
2. Diſpenſatione Pontificis tamen factum novimus, ut etiam monaſticæ vitæ, & voto addictus, ad gubernacula Regnorum fuerit admiſſus. Ramirum monachum, & ſacerdotem, mortuo Alphonſo ejus fratre in acie *contra* Mauros, Arragonii elegerunt; isque ſe inſcribebat Regem & Sacerdotem;
3. & diſpenſatione à ſummo Pontifice petita, uxorem duxit, cui diſpenſationi lex data dicitur, ut cum primum prolem haberet, ad priſtinum religioſæ vitæ inſtitutum rediret: Cujus adeò non oblitus fertur, quin ſubter regales veſtes Monachalem geſtaret habitum. Itaque ſuſcepta filia, eaque nupta Raimundo Barcinonenſi, qui Rex inde fuit, tum memor ſponſionis, tum quod deſpectui ab omnibus haberetur, quia ineptus erat rebus gerendis, cucullum reſumpſit, retento tamen regio nomine, & libertate redeundi ad regni adminiſtrationem, quando vellet: adeò ægrè purpura exuitur. Hieron. Blanca *in comment. Arragon. rer. Marian. lib. 10. cap.* 5. Sic Poloni Caſimirum, in
4. Monaſterio S. Benedicti profeſſum, apud Gallos, diaconumque, petierunt ab Abbate, qui rejecit eos ad ſumum Pontificem, à quo non ſolum voti ſolutionem

tionem, ſed ut nubere poſſet, licentiam impetraverunt, iis conditionibus; ut ſingula hominum capita, exceptis nobilibus, & ſacro miniſterio addictis, obolum penderent Romanæ Eccleſiæ, pro lucerna perpetuò in æde D. Petri arſura; ut omnes Poloni rotundam cæſariem, ad inſtar Monachorum, haberent, nec more barbarico ultra aures promiſſam: ut, denique, ſinguli Equites feſtis ſolemnibus, dum ſacra peraguntur, faſciam lineam candidam, in modum ſtolæ, qua in ſacris utuntur ſacerdotes, atque Diaconi, de collo ſuſpenſam ferrent. Felix porrò prudensque iſtius Caſimiri adminiſtratio fuit. Rouſſel. *hiſtor. juriſdict. Pontif. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *pag.* 38. Notari hic debet, unam ex conditionibus à Rouſſello omiſſam, quod me docuit tabula, quam Avenioni in æde ſacra D. Martialis inſpexi, cujus hic eſt tenor: B.C. Poloniæ Rex, in Galliam ſecedens, Cluneatæ monaſticæ vitæ ſe addixit; & profeſſione amiſſa frater Carolus vocatus, & Diaconi ordinem ſuſcepit; Anno ſui monachatus tertio à Polonis requiſitus, S. P. diſpenſatione à voto abſolutus, regno inaugurari meruit, his tamen conditionibus. 1. ut Poloni ſingulis diebus Mercurii jejunent, unica tantum refectione contenti. 2. ut omnes rotunda corona, in morem monachorum, utantur. 3. ut nobiles feſtis ſolennibus, dum ſacra peraguntur, ſtolam è collo ſuſpenſam ferant. 4. ut ſinguli è plebe perſolvant obolum in lucernam uſturam Romæ. Aliud 5.
exemplum diſpenſationis Pontificiæ habemus in Vladislao Polono, cujus Bullam exhibet Andre Favyn *au theatre d'honneur & de Chevalerie. liv.* 7. *pag.* 1333. *& ſeqq.* ac ejusdem epitaphium, quod viſitur Divioni, in æde Sacra S. Benigni, hac verborum ſtructura. Hic jacet vir illuſtris & devotus, Dn. Voladislaus, quondam Dux Albus Poloniæ, monachus hujus monaſterii per plures annos exiſtens. Poſtmodum diſpenſatus per Papam pro ſucceſſione Regni Poloniæ; obiit in civitate Argentina hic eligens ſepeliri. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octuageſimo octavo. 1. Kalend. Martii. Anima requieſcat in Pace. Amen.

Obſervatio XI.

Quid ſi primogenitus ſit mente captus?

Quartò, primogenitus non admittitur ad ſucceſſionem, ſi ſit mente captus infra *cap.* 25. §. 2. hoc eſt, amens, vel inſanus, aut furioſus. Quod, ſecundum mentem & verba *dict. cap.* intelligi debet de primogenito, qui vult ſuccedere, non de illo, qui jam antea patri ſucceſſit, & poſtea in amentiam, vel furorem incidit. Humanius enim eſt, huic dare adminiſtratorem, quam eum Electoratu privare.

Obſervatio XII.

Quid ſi ſit fatuus?

Quintò, idem dicendum de primogenito qui eſt fatuus. *d. cap.* 25. §. 2.

Digitized by Google

Obſervatio XIII.

Quid ſi notabili defectu labores?

SExtò, idem de illo quoque dicendum, qui alio famoſo, & notabili defectu tali laborat, qualis eum inhabilem reddit ad exercendum munus Principis Electoris. *d. cap. 25. §. 2.* Hanc in claſſem refero mutum, & ſurdum, (præſertim ſi talis ſit natura) cœcum, vide Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 64.* Notabilis ſcilicet defectus impedimento eſt, non levis, qui quidem primogenitum deformem reddit, non autem inhabilem ad ſuccedendum, & Principis Electoris munus ſuſtinendum.

Obſervatio XIV.

Ad verb. non extante.

Primogenito mortuo, avo Electori ſuccedit primogenitus primogeniti.

SI primogenitus moriatur ante deceſſum patris Electoris, tunc Electori avo ſuccedit primogeniti primogenitus. ſi non laborat defectu aliquo, de quibus modo annotavimus, quod primogenito obſtent. Quamquam enim in textu noſtro ſaltem mentio fiat laici, non tamen hoc ſufficit ad ſucceſſionem, ſed etiam eſſe debet legitimus, nec mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus.

Obſervatio XV.

Ad verb. liberè.

Carolus paucis verbis Doctorum magnam contentionem amputat.

FIlius primogenitus primogeniti præfertur fratri patris ſui (quem patruum habet) & ſuccedit in Electoratu ſine contradictione. Paucis verbis magnam controverſiam ita decidit Carolus, ut non amplius doctorum diſſonantia ſcripta hac de quæſtione evolvere opus ſit.

Obſervatio XVI.

Ad verb. absq; hæredibus.

1. *Primogeniti linea ſuccedit præ reliquis.*
2. *Hac extincta, quænam ſuccedat?*
3. *Bulla Sigismundi Imperatoris, de ſucceſſione Electorum Palatinorum.*

1. IDem etiam dicendum de ſecundo genito, aut poſtgenitis primogeniti, quouſque enim linea maſculina primogeniti ſupereſt, ſive in primogeniti, ſive poſtgenitorum ſuorum linea, ſucceſſionis jus in Electoratum in eadem
2. permanet radicatum. Quod ſi verò hæc primogeniti linea extincta ſit, ſucceſſio competit ſeniori fratri primogeniti, laico, legitimo, & ex vera communi paternali linea deſcendenti; aut, ſi ille non amplius ſuperſit, ejusdem
3. primogenito, legitimo, laico, vel ſi & hic mortuus, hujus primogenito legitimo laico. Illuſtrat ſucceſſionum gradus Bulla Sigismundi, *de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum de anno* 1414. & 1434. apud Goldaſt. *inter Statuta & reſcripta Imper. pag.* 144. §. 4. ibi: decernimus, &c. quod poſt obitum Ludovici

Digitized by Google

..dovici, Comitis Palatini Rheni, & Bavariæ Ducis, primogenitus ejus ..ius, &c, poſt primogeniti obitum, ejuſdem primogeniti ſenior filius, ex ..dine geniture, & ſic deinceps à ſeniori filio deſcendentes, ex ordine geni..ræ ſemper ſenior. Si verò primogenitus præfati Ludovici deceſſerit, maſ..lini ſexus, laicis duntaxat, legitimis hæredibus non relictis, extunc ſecun..ogenitus filius Ludovici, Ducis prædicti, & poſt obitum ejus ſecundo..geniti filius ſenior, laicus; & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis, ..aſculini ſexus, laicis duntaxat, deceſſerit, tertiogenitus dicti Ludovici, & ..enior ejus filius laicus, poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum ..irecta linea geniture deſcendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, digni..tatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, promovendum in Im..peratorem, & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis Dominiis, ..onoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, in perpetuis ..emporibus obtinebunt, per ſucceſſionem hæreditariam, & paternalem (ut ..præmittitur) ex ordine geniture. Eandem declarationem Germanico Idio..mate exprimit idem Goldaſtus. *part.* 2. der Reichs-Satzungen/ *pag.* 91. quæ ..onferri poteſt cum Caroli IV. Bulla anno 1376. data Wenceslao, Saxoniæ ..Duci, quæ legitur apud Goldaſt. *tom. I. conſtit. pag.* 373. *& d. tom. II.* der Reichs-Satzungen/ *pag.* 69.

Obſervatio XVII.

Ad verb. & hæredibus Principum.

1. *Aurea Bulla ſaltem loquitur de ſucceſſione filiorum Electoris.*
2. *Quid verò dicendum, ſi illa linea extincta?*
3. *Bulla Sigiſmundi deciſio.*

Aurea Bulla tantum diſponit de ſucceſſione filiorum Electoris, & horum proſapia, nihil verò exprimit de agnatis cœteris, vacante linea deſcendente, quod non ſolùm indicant verba, *inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios,* verum etiam contextus ipſe. In quo verba, ad ſeniorem fratrem laicum, interpretor de ſeniore fratre patris primogeniti. Fateor tamen, juri convenire, ut, Electorali linea deſcendente extincta, proximus agnatus, qui eſſe poterit frater ſenior patris primogeniti, ſuccedat. Huc facit prædicta Bulla Sigiſmundi, cujus in obſervatione proximè præcedente mentionem injecimus: ejus §. 5. apud Goldaſt. *d. pag.* 144. ita ſe habet: Si verò præfatum Ludovicum, modernum Comitem Palatinum Rheni, & Bavariæ Ducem, ſine legitimis maſculini ſexus hæredibus laicis, de lumbis ejus directa linea geniture deſcendentibus, mori contigerit, ex tunc Principatus, & Comitatus Palatinus Rheni, nec non Archidapiferia Sacri Imperii, & jus, vox, dignitas, &c. poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, ad ſeniorem fratrem præfati Ludovici, per veram paternalem lineam deſcendentem, & ad legitimos ejus hæredes maſculini ſexus,

Margin numbers: 1. 2. 3.

Digitized by Google

ſexus, laicos duntaxat, devolvantur; ita videlicet, quod poſt obitum ejuſdem fratris ſenioris, primogenitus ejus filius, & poſt primogeniti obitum, ejuſdem primogeniti ſenior ex ordine genituræ, & ſic deinceps, ex ſeniore filio deſcendentes, ex ordine genituræ ſemper ſenior. Si verò primogenitus ſenioris fratris deceſſerit, maſculini ſexus laicis duntaxat hæredibus non relictis, extunc ſecundogenitus prædicti fratris ſenioris, & poſt obitum ejus ſecundogeniti filius ſenior laicus; & ſi ſecundogenitus ſine hæredibus legitimis maſculini ſexus laicis deceſſerit, tertiogenitus dicti fratris, vel ſenior ejus filius laicus poſt mortem ipſius, & deinceps per talem modum directa linea geniture deſcendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem & poteſtatem eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, & officium Archidapiferi, cum omnibus & ſingulis Dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt per ſucceſſionem hæreditariam, & paternalem, (ut præmittitur) ex ordine genituræ. Quibus omnibus non extantibus ad proximiorem hæredem, ſecundum lineam paternalem, duntaxat laicum, ſeniorem Comitem Palatinum Rheni, pro tempore, ac ejus hæredes, ſecundum eundem modum ſuperius expreſſatum, in perpetuum legitimè devolvantur.

Obſervatio XVIII.

1. *Diſputatio de ſenſu Bullæ Sigiſmundi.*
2. *Diſputatio inter Duces Saxoniæ, Lineæ Altenburgenſis, & Vinarienſis.*

1. Cum hæc Bulla Sigiſmundi, §. 6. diſponens de ſucceſſione agnatorum poſt defectum lineæ Electoralis, non deſcendentium modo, ſed etiam fratrum Electoralium, utatur vocabulo Senioris, non autem Primogeniti, quæſtio movetur, *an hoc caſu agnatus ſenior ætate, anve agnatus proximior*
2. *lineæ evacuatæ, ſuccedat in Electoratum.* Diſputatum de eo hucusque fuit inter familias Ducum Saxoniæ Vinarienſium, & Altenburgenſium; quorum illi ſeniorem, hi verò proximiorem præferendum duxerunt. Vinarienſium partes defendit Goldaſtus *in tractatu ſuo, de Seniore*; Altenburgenſium verò, Engelbrecht. *in diſput. de Succeſſ. in Electoratum.* Ego de hac controverſia nonnihil retuli, *tom. II. jur. publ. lib. 5. cap. 15. num. 3. & tom. IV. in addit. ad d. cap. & num.* idem fecit Sinold. *d. vol. 1. diſp. 7. theſ. 14. lit. c.* eamque brevibus attingit Dieterich in notis *ad A. B. cap. 7. ad verb. Seniorem fratrem laicum. pag. 51.* monetque, totam vim diſputandi conſiſtere in eo, quisnam hoc caſu dicatur Senior, & an in proprio ſignificatu accipiendum ſit hoc vocabulum, an in juris ſenſu, circa jus primogenituræ recepto.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio XIX.

Ad verb. defectum ætatis.

Diſſonantia inter editionem A. B. latinam & Germanicam.

LAtinus Codex de ſolo defectu ætatis agit, Germanica verò verſio, quæ Receſſibus Imperii præmiſſa, defectuum in genere mentionem facit, ſed malè & contra contenta latinorum Codicum. Hi habent, ea tamen conditione & modo, ut ſi Principem Electorem, ſeu ejus primogenitum, aut filium Seniorem laicum, mori, & hæredes maſculos legitimos laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, &c. Dicta Germanica verſio ita ſonat: Mit dieſer Beſcheidenheit/ Maaß und Weiſe; ob ein Churfürſt/ ſein erſtgebohrner Sohn/ oder ſein älteſter Bruder/ ein Ley/ ſtürbe/ oder aber die mannliche rechte eheliche Erben ſonſt breſthaffte weren/ ſo ſoll der älteſte Bruder deß erſtgebohrnen Sohns Verweſer und Vertretter ſeyn. ꝛc.

Obſervatio XX.

Ad verb. frater Senior.

Quod deeſt A. B. ſupplendum ex Bulla Sigiſmundi.

AUrea Bulla ſaltem meminit fratris Senioris primogeniti, quid verò obtinere debeat, ſi talis non exiſtat, & ad quem tunc tutela minorennis pertineat, non explicat. Deciſio autem hujus caſus peti poteſt ex ſupradicta Bulla Sigiſmundi. §. 7. apud Goldaſt. *in ſtat. & reſcript. Imperial. pag.* 145. *verſ.* poſt ſe relinquat debitæ patientes ætatis defectum, ex tunc Senior frater, nepos, & conſanguineus proximior in linea genituræ, ſi frater non extiterit ejusdem defuncti, laicus duntaxat, dicti pupilli & juvenis, ad quem præſcripta devolventur, de jure tutor eſſe debeat & curator, &c. Quæ diſpoſitio omninò convenit cum Bulla Caroli IV. *de jure & ſucceſſione Electorum Saxoniæ, anno* 1376. (quæ habetur apud Goldaſt. *tom. un. Conſtit. Imper. pag.* 374.)

Obſervatio XXI.

Ad verb. exiſtat.

An Elector filio, nondum juſtæ ætatis, teſtamento poſſit dare tutorem?

EX jure civili cognitum, permiſſum eſſe parentibus liberis impuberibus, quos in poteſtate habent, teſtamento tutores dare, quos ſi non dederint, locum eſſe tutelæ legitimæ agnatorum; Idem an Bulla noſtra approbet, diſputatum novimus. Quamquam fateri cogimur, Carolum conditorem Bullæ, mentem ſuam clarius exprimere, & omne dubium paucis verbis amputare potuiſſe, ſi expreſſiſſet diſertis verbis, tutelam teſtamentariam in propoſito caſu eſſe interdictam; attamen, licet id non factum tali verborum conceptione, verbum tamen *exiſtat*, eandem videtur ſtabilire ſententiam, quod ſcilicet ipſo jure legitimus tutor exiſtat, nec tutor alius admittatur. Atque

Digitized by Google

hunc ſenſum Bullæ eſſe, non ſolum Imperator, & Electores interrogati, noſtra ætate reſponderunt. vide *me tom. I. jur. publ. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 104. *& ſeqq.* ſed etiam frequens Doctorum Chorus docuit. vid. Klock. *vol.* 1. *conſil.* 6. *num.* 144. *pag.* 43. Arumæus *diſcurſ.* 4. *ad A. B. theſ.* 10. Sinold. *d. vol.* 1. *diſp.* 7. *theſ.* 16. *lit. d. pag.* 416. *& ſeq.* Dieterich *in not. ad A. B. cap.* 7. §. 2. *ad verb. adminiſtrator exiſtat. pag.* 52. *& ſeq.* Rumelin. *part.* 1. *diſſert.* 7. *ad A. B. theſ.* 3. ubi Mylerus *in additam.* Imò etiam ipſe Gothofredus, contrariæ opinionis primum præcipuus defenſor, deinde agnovit errorem à ſe commiſſum, vide *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 110.

Obſervatio XXII.

An teſtamentaria tutela locus detur, agnatis deficientibus?

QUid dicendum, ſi nullus amplius adſit agnatus, ſed omnes extincti, ac præter Electorem, ejusque minorennem ſucceſſorem, nemo ejus familiæ amplius ſuperſit, dabitur ne vel illo ſaltem caſu locus tutelæ teſtamentariæ? puto, dari, cum hic ceſſet diſpoſitio aureæ Bullæ, & remoto ejus repagulo, jus commune vigorem ſuum recipiat.

Obſervatio XXIII.

An fœminini ſexus hæredibus tutores teſtamentarii ab Electore dari poſſint?

PRætereà poterit Elector teſtamento dare tutores hæredibus ſuis fœminini ſexus, quos velit, cum fœminis jus nullum competat in ſucceſſione ad Electoratum, nec illis tutores dare ullibi in Imperii legibus ſit prohibitum.

Obſervatio XXIV.

Quæſtio à Rumelino propoſita examinatur.

NUm *Princeps Elector filio ſuo impuberi, quoad Provincias ſuas hæreditarias, ab Electoratu diſtinctas, teſtamento alios tutores, præter eum qui in aurea Bulla eſt nominatus, conſtituere queat?* Movet hanc quæſtionem Rumelinus *part.* 1. *diſſert. ad A. B.* 7. *theſ.* 4. ſed, ut mihi videtur, verbis non ſatis rei aptis. Notum eſt ex jure civili, tutorem dari, perſonæ, non cauſæ, vel rei. §. *certæ autem. Inſtit. qui teſtam. tutor. dari poſſunt. l.* 14. *ff. de teſtam. tutel.* præterea, ex eodem cognitum, curatorem non dari teſtamento. *l.* 7. *C. de teſtam.* §. *dantur. Inſtit. de Curat.* nec habenti tutorem tutorem dari. § *interdum Inſtit. d. t. de Curat. l.* 9. *qui dare tutores.* Quæſtio ita mihi reformanda videtur, *num Princeps Elector, filio ſuo minorenni in Electoratum, ſimulque Provincias alias ab Electoratu diſtinctas, ſucceſſuro, poſſit, præter tutorem in A. B. nominatum, qui perſona pupilli datur, alium adhuc curatorem deſignare, potiſſimum verò reſpectu bonorum ad Electoratum non pertinentium?* Pro filio *impuberi,* utor

verbo

Digitized by Google

verbo *minorenni,* quoniam A. B. in ſpecie non conſiderat pubertatem, ſed generaliter defectum ætatis legitimæ, qui etiam adhuc in pubere ſucceſſore reperiri poteſt. Nempe, licet ille annum 14. compleverit, qui pubertatis eſt terminus. §.1. *Inſtitut. quib. mod. tutela finitur,* defectu tamen ætatis adhuc laborat, usque ad annum 18. completum, & eo usque ſub tutore eſt; ſecus ac de jure civili, ubi tutela anno 14. finitur, nec usque ad plenam pubertatem extenditur, quæ alicubi 18. annis definitur. §. 5. *Inſtitut. de adopt. l.* 40. §.1. *ff. eod.* ſed ad deciſionem quæſtionis properandum eſt, in qua etiam nonnulla à Rumelino non ſatis conſiderata reperio, & mixturam quæſtionum factam. Poteſt enim quæſtio illa, uti à Rumelino formata, intelligi, vel de filio ſucceſſore in Electoratum, & alias Provincias, vel de filio, qui non ſuccedit in Electoratum, ſed tamen ſuccedere poteſt in Provincias alias Electoratui non concorporatas. Tutorem quod attinet, utrique idem datus eſt à lege, ut mox videbimus; ergò, neutri alius ab Electore conſtitui poteſt: Manet ergò dubium de curatore tantum. Hunc admitti poſſe dicendum videtur, cum diſpoſitio A. B. ejus conſtitutionem non prohibeat; Tutorque, finita adminiſtratione nihil aliud, quàm jus, vocem & poteſtatem, ac omnia ab his dependentia, cum officio teneatur aſſignare illi, cujus tutelam geſſit. Cum autem ad hæc non poſſint referri bona illa, quæ ab Electoratu non dependent, credendum eſt alium, quàm tutorem, eorum curam habuiſſe; nam ſi ad tutorem quoque hæc perveniſſent, non minus hæc, quàm cætera reſtituere deberet. Accedit authoritas Marquardi Freheri, qui *in Commentar. ad Bullam Sigismundi Imper. de anno* 1434. *latam* (cujus ſupra meminimus, & reperiri diximus apud Goldaſt. *inter ſtat. & reſcript. Imper. pag.* 145.) §.7. *verſ. in principatibus, &c.* inquit, ex hoc loco rectè colligunt eruditi Juriſconſulti, Principes Electores in aliis ditionibus, hæreditariis magis quàm Electoralibus, illisque ſive patrimonialibus, ſive maternis, ſive dotalitiis, ſive emptis, & quolibet modo acquiſitis, etiam quoad tutelam jure communi uti poſſe & debere. Rumelinus, in contrariam abiens ſententiam, urget Bullæ noſtræ conſtitutionem, quæ cum disertè velit, ut proximior agnatus tutor exiſtat liberorum relictorum ab Electore defuncto, & adminiſtrator, donec primogenitus ex illis legitimam conſequatur ætatem, evidenter ſanè liquere, tàm in Electoratu, quàm in cæteris Ducatibus, territoriis & poſſeſſionibus individuam conſtitui tutelam; allegans Andr. Knichen *in comment. de Saxon. non prov. jur. ad verb. Electorum, cap.* 4. *num.* 29. *& ad verb. Ducum cap.* 3. *num.* 189. Concedo, tutorem hìc unum eundemque perſonis à lege denominatum, ſed illum aliorum bonorum ex noſtra lege non eſſe adminiſtratorem, quam eorum, quæ ad Electoratum pertinent, ut modò dixi. Niſi itaque, vel ex ſpeciali Electoris diſpoſitione, vel ea non extante, ex præſumpta ejus voluntate, etiam adminiſtrationem

Digitized by Google

reliquorum bonorum, ad Electoratum non ſpectantium, pactus fuerit, ea non adminiſtrabit. Itaque bonorum haud ſemper erit individua adminiſtratio, licet perſonarum ſemper dicatur eſſe individua tutela. Ponamus, pergit loqui Rumelinus, proximiorem agnatum ex lege Imperii eſſe quidem tutorem primogeniti, quoad Electoralem adminiſtrationem, & ſecundogenito, vel ulterioribus fratribus quoad provincias hæreditarias, alios per patris teſtamentum tutores fuiſſe datos. *Quid igitur, ſi primogenitus, antequam ad legitimam ætatem pervenerit, deceſſerit? num tutor ille legitimus tutor eſſe deſinet?* quod omninò dicendum foret. §. *ſimili modo Inſtit. quibus mod. tut. finitur.* Neque enim ſecundogeniti (utpote qui jamdudum ex patris teſtamento habuit tutorem) tutor exiſtere poſſet §. *interdum Inſtit. de curat. l. ſi ſororis 9. C. qui dare tut. vel curat.* Sic igitur eveniret, ut ad tutorem teſtamentarium jamdudum ſecundogenito, quoad Provincias ab Electoratu ſeparatas, datum, Electoralis quoque tutela ſpectaret, devoluta nimirum Electorali ſucceſſione ad pupillum ipſum. *arg. l. quoties 9.* §. *ult. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* Certè enim inconveniens fuerit, alium Electoralem, alium aliarum rerum, poſſeſſionum & jurium habere tutorem, ſive alium ipſius pupilli tantum tutorem eſſe, alium verò pupilli & bonorum. Verum quæ hîc *inconvenientia* putat Rumelinus, imaginativa ſunt, non realia. Si Elector moritur, nullis teſtamento aſſignatis poſſeſſionibus filiis minorennibus, non obtinebunt alias, quam quas Senior eorum frater, dum ad Electoratum pervenerit, ex benevolentia illis concedet, *infra cap. 25.* §. 2. Si verò iisdem certas adſcripſit poſſeſſiones, ad Electoratum non pertinentes, poterit, ſi velit, illis reſpectu illarum dare Curatores, non verò tutores. Cum enim à lege jam habeant tutorem, eundem ſcilicet, quem habet frater eorum Senior, alius tutor illis dari non poteſt, ex fundamentis allatis. Mortuo itaque primogenito, antequam ad legitimam ætatem pervenerit, ab A. B. illi datus tutor ejus quidem tutor eſſe deſinit, ſed non proinde etiam reliquorum filiorum Electoralium, qui adhuc ſuperſunt: Sic itaque illis tutorem habentibus, novus, vel alius non datur, ſed ſemel datus talis eſſe perſiſtit. Inconveniens, prætereà, malè appellabitur, ſi dicto caſu alius ſit tutor Electoralium filiorum, alius verò Curator bonorum, ad Electoratum non pertinentium: Hoc enim jure permittunt. Bullam Sigismundi quod attinet, ejusdemque §. *nihil*, vel parum ad rem facit, & prætereà non ſatis clari eſt ſenſus, quando ait, in Principatibus autem, Ducatibus, & Dominiis aliis temporalibus gubernandis ætatem obſervandam decernimus, prout à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, prædeceſſoribus noſtris eſt ſancitum.

Obſer-

Obſervatio XXV.

Ad verb. tutor eorum.

1. *Cujus ætatis eſſe debeat tutor legitimus.*
2. *De venia ætatis impetranda.*

AUrea Bulla vult, ut tutor omnium Electoralium filiorum, defectum ætatis adhuc poſt mortem patris patientium, ſit unus, idemque, tutorque permaneat eò usque, dum Senior ex prædictis filiis ad legitimam ætatem perveniat. Cujus autem ætatis legitimus ille tutor eſſe debeat, Bulla noſtra non definit. Sunt itaque, qui putent, hîc jus commune operari, & annos requiri. 25. *l. fin. C. de legit. tutel. §. 5. Inſtit. qui teſtam. tutor, Inſtit. de fiduc. tut. in fin.* Buxtorff. *ad A. B. theſ.* 86. *lit. c.* Cubach. *lib. 2. jurupr. publ. cap. 31. num. 53.* Aliud ſentit Freherus *in not. ad d. Bullam Sigismundi*, qui in tutore Electoris ſufficere autumat ætatem 18. annorum. Ego accedo prioribus, qui hoc in caſu, à ſpeciali conſtitutione non expreſſo, jus commune ſequuntur. Cum enim hoc correctum non ſit, cur ſtare prohibeatur? Jure verò ſpeciali aliud introduci potuit, & poteſt, ut factum videmus non ſolum in familiis Electoralibus, ſed etiam in aliorum Imperii Principum, qui per privilegium & conſuetudinem anno 18. completo pro majoribus habentur. 1.
Ad jus ſpeciale etiam refero veniam ætatis, quam qui ab Imperatore conſecutus eſt, tutelam aliorum ſuſcipere poteſt, cum civiliter habeatur pro majorenni, licet naturaliter adhuc ſit minorennis. Et ne hîc dubitationi locus relinquatur, ſuaderem, ut veniæ ætatis in ſpecie inſeri curet caſum Electoralis tutelæ, veniamque illam tempeſtivè impetret, hoc eſt, antequam caſus tutelæ exiſtat, & ita agnatus, Senior, remotior licet à ſtipite, nondum jus ſuum exercuerit. Vi impetratæ veniæ ætatis, in Gallia Gaſto, frater Regis Ludovici XIII. filiæ, ex Mompenſeria natæ, tutelam ſuſcepit, anno 1627. Gramondus *hiſtor. Galliæ ab exceſſu Henrici IV. lib. 16. ad fin. pag. m.* 725. exemplum non abſimile, quod in Germania obſervavi, retuli *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 2. cap. 9. num.* 151. 2.

Obſervatio XXVI.

Quousque remotior agnatus legitimæ ætatis, à tutela excludat agnatum proximiorem, non legitimæ ætatis?

EXtra hoc caſus, remotior Agnatus perfectæ ætatis excludit propinquiorem ſed ætate imperfectum, à tutela Electoralium liberorum maſculorum, illeque eorum ſuſcipit curam. At quousque? an donec propinquior perfectam ætatem attigerit, an etiam ultrà, & omninò usque ad majorennitatem ſucceſſoris in Electoratum? Hoc placet Rumelino *dict. part. 1. diſſert. 7. theſ. 6.* ubi ſcribit; ita proximiori agnato hæc tutela delata cenſetur, ſi idoneus ſit, talisque ætatis, cui rerum ſuarum adminiſtratio committi queat.

ſ. ult. C. de legit. tut. Sin inhabilis fuerit, alii idoneo Agnato delata intelligitur, qui ſemel factus Electoralis tutor, tam diu tutor manere debet, donec pupillus ad legitimam ætatem pervenerit. *A. B. cap.* 7. ibi: Alſo lang/ biß der ältere unter Söhnen ſeine vollkommene Jahr erreicht. Idemque vult A. B. Sigiſmundi §. talis ſucceſſio; ibi, conſanguineus proximior, in linea geniture, dicti pupilli tutor eſſe debeat, & curator tamdiu, donec debitam pertingat ætatem. *Hac ille.* Mihi res non adeò clare videtur, ut omnem dubitationem excludat, præſertim ſi jus civile Romanum excutiamus. In *l.* 25. *ff. de tutor. & curat. datis.* generaliter reſpondet Paulus, in hunc modum; curatorem impuberi datum, quacunque ex cauſa, perſeverare in diem pubertatis in eadem cura. Quæ deciſio nec ſatis videtur convenire cum *l.* 10. §. 7. *de excuſ.* quæ diſertis his verbis, ait, Si libertus impubes dabitur à patrono tutor filiis ſuis, vel alius quicunque, minor 25. annis, donec quidem impubes fuerit, non moleſtabitur; interim autem alter in locum ejus creabitur Curator. Similis eſt huic & legitimus tutor, ſi impuberem eſſe contigerit; etenim in locum ejus curator interim dabitur. Vox *interim*, clarè docet, ceſſante defectu, ceſſare illam curam, & tunc admitti legitimum tutorem. Et hoc rectæ rationi convenire dicendum videtur, ut ceſſante cauſa, ceſſet effectus. Quod ſine dubio commovit juris Saxonici conditores, ut *art.* 49. Weichbild. pronunciaverint, der nechſte ebenbürtige Schwerdemagen iſt Vormund/ und iſt er ſelbſt zu ſeinen Jahren noch nicht kommen/ ſo ſoll ſein Helffer ſeyn ein anderer/ ſein ebenbürtiger Schwerdemagen/ und ſoll als lang Vormund ſeyn/ biß die Kinder zu ihren Jahren kommen/ oder/ biß daß ihr rechter Vormund ihnen vorſtehen kan. Schneidevvin. *ad tit. Inſtit. de legit. agnat. tutel. num.* 12. *& ad. titul. de fiduc. tut. num.* 5. ubi etiam monet, communiter à Dd. juris civilis concludi, ſi agnatus proximior eſt minor, & eſt ſpes, ut efficiatur prius major, quàm impubes, de cujus tutela agitur, fiat pubes, tunc locum eſſe dativo tutori, qui interim ſit tutor, donec proximior *fiat major.* Quod auream Bullam Caroli IV. & Sigismundi attinet, quas Rumelinus pro Clypeo habet, ad caſum noſtrum non pertinent, ſed ad illum, quo frater ſenior Electoris, vel conſanguineus ejuſdem proximior, ſine defectu ætatis eſt, quibus tutela ſemel collata integra manet, usque dum pupillus ad legitimam ætatem perveniat. Nemo enim cum illis concurrit in initio, neque in curſu tutelæ. Hinc meritò horum, & ſuperius memoratorum, diverſa videtur eſſe conditio, jusque diverſum.

Obſervatio XXVII.

Ad verb. in Principe Electore,

Legitimæ ætatis terminus, qui eſt annus decimus octavus completus, etiam in nonnullis familiis Principum aliis, quam Electoralibus, obſervatur.

ESt hoc privilegium Electorum ſpeciale, itaque, ſi ex Principibus alii eodem legitimæ ætatis termino uti velint, id alio modo probare non poterunt

ſunt, niſi conſimilibus privilegiis ſpecialibus ab Imperatoribus ſibi, vel familiæ conceſſis. vide Sinold. *d. diſput. 7. theſ. 16. lit. b. pag.* 413. me *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 7. num.* 43. Tale privilegium Illuſtriſſimæ Haſſorum Principum familiæ datum teſtatur Sinold. *dict. diſp. lit. & pag.* Eundem ætatis terminum in familiis Ducum Brunſvicenſium, & Luneburgenſium, Pomeraniæ, & Principum Anhaltinorum, conſueto more receptum, docet Sprenger. *in jurispr. publ. pag.* 427. De Philippo, Georgii Ducis Pomeraniæ filio annotavi *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 7. num.* 42. quod anno ætatis ſuæ 17. Ducatui præfuerit; & ex pactis gentilitiis Comitum Mansfeldenſium, daß keiner unter 16. Jahren ſoll zum Regiment kommen. Archiducem Philippum anno decimo ſexto ætatis, fidelitatis Sacramento à Belgii populis accepto, ad imperium provinciarum inauguratum fuiſſe, refert Cæſius in deſcriptione Leonis Belgici, *ſect. 2. num. 13. pag. 56.* Notum quoque eſt, plurimis in familiis pactis gentilitiis legitimæ ætatis terminum octodecim annorum conſtitutum reperiri, quæ ſi ab Imperatore confirmata, omninò pro Privilegio valere debent, Exemplum reperies *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 2. cap. 9. num. 151. pag. 255.*

Obſervatio XXVIII.

Ad verb. decem & octo años.

1. *Terminus legitimæ ætatis non ubique unus eſt.*
2. *Ætas legitima Regis Franciæ.*
3. *Regis Portugalliæ.*
4. *Regis Sueciæ.*
5. *Electorum ſecularium in noſtro Imperio.*
6. *Legitima ætas quæ apud Longobardos.*
7. *Apud Gallos.*
8. *Apud Hiſpanos.*
9. *An Saxones maturius ſapiant, quam alij?*
10. *Quæ apud Romanos.*

Legitimæ ætatis terminus potius ab hominum placito, quàm à natura 1.
conſtitutus fuit, unde pro varietate nationum, earumque legum & conſuetudinum, varius eſt; non minus pro varietate perſonarum, quam actuum ab illis perficiendorum, etiam in una eademque Republica. Regis Franciæ 2.
ætas legitima dicitur, quando anno decimo tertio completo ingreditur decimum quartum, ut docui *lib. 1. notit. Regn. Franc. cap. 8. lit. nn. pag. 211. & lib. 2. cap. 3. lit. cc. & tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 2. num.* 77. Idem terminus eſt legiti- 3.
mæ ætatis Regis Portugalliæ. Thuan. *lib. 65. hiſtor. p. m.* 147. Sueciæ Rex 4.
ætatis perfectæ eſt anno decimo octavo. Thuan. *hiſtor. lib. 131. pag.* 1035. Ele- 5.
ctores ſeculares Imperii noſtri eodem anno completo habentur majorennes (ut probat textus *cap.* 7. §. 2. quem hic explicamus.) Apud Longobardos 6.
ætas legitima ejusdem fuit termini. Hotoman. *de verb. feudal. verb. minor.* In Gallia ætatis majorennis æſtimatur anno decimo nono. Bodinus *de Re-* 7.
publ. lib. 5. c. 1. pag. 790. vel vigeſimo. *Notit. Regni Franc. d. lib. 2 cap. 33. lit. ee. pag.* 345. vel vigeſimo primo. Tiraquell. *de Nobil. cap. 20. num.* 21. In Hi- 8.
ſpania vicennium exigunt ad ætatem Regis legitimam. Chopin. *lib. 2. tit. 3. num. 3.*

Digitized by Google

190 num. 3. ad conſuet. Pariſienſes. Mornatius ad l. 31. ff. de R. Jura Saxonica an-
9. num vigeſimum primum completum pro legitima ætate agnoſcunt. Land-
recht lib. 1. art. 24. & artic. 42. Lehenrecht cap. 26. verſ. Doch müſſen. unde
Carpzovius in jurispr. forenſ. Saxon. part. 2. ad conſtit. 11. defin. 19. judicavit, in
terris Saxonicis maturius aliquando ſapere homines; quod examinavi
tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 3. cap. 7. n. 38. & attigit Sinoldus dict. diſpu-
tat. 7. theſ. 16. lit. b. pag. 413. & ſeq. Jus civile Romanorum poſuit annum
10. vigeſimum quintum pro perfecta ætate. *Inſtitut. de fiduc. tutela.* quod tunc compleatur virilis vigor *l. 1. §. 2. ff. de minor.* unde etiam dicitur ætas robuſta. *l. 15. §. 6. ff. de L. Jul. de adult.*

Obſervatio XXIX.

Ad verb. completos.

1. *An annus cœptus habeatur pro completo termino?*
2. *Diverſitas caſuum.*
3. *Annus 18. in Electoribus debet eſſe completus.*
4. *Reſponſio ad objectiones.*

1. IN computatione annorum non una, in omnibus negotiis, obſervatur norma. In nonnullis minor etiam dicitur, qui ultimum anni vigeſimi quinti diem non attigit. Qui verò eum ingreſſus, etſi cœptus ſit tantum, non exactus, minor non habetur. *l. 134. ff. de V. S. l. 5. ff. qui teſtam. fac. l. 1. ff. de*
2. *manum.* In materia reſtitutionis in integrum contrarium obtinet, quoniam tunc à momento in momentum tempus ſpectatur, adeoque hora ipſa, qua natus minor. *l. 3. §. 3. ff. de minoribus.* quod rigorem ſapere videtur, ſed ita
3. lex ſcripta. Ita etiam ductu conſtitutionis noſtræ, quæ expreſſè requirit decem & octo annos completos, dicendum eſt, non ſufficere annum ultimum cœptum eſſe, nec illum pro completo haberi, niſi etiam ultimus dies
4. ad complendum neceſſarius prætereierit. Hinc fruſtrà opponuntur leges Romanorum, quæ annum cœptum pro completo habendum diſponunt; eſt enim noſtra illis poſterior, & ſic correctior dici poteſt. *l. 28. ff. de L.* quoniam in contrariis voluntatibus, ubi plus una valere nequit, *noviſſima* valet. *l. 12. C. de pact. l. 12. §. fin. ff. de legat. 1.* vel, ut utriſque ſua conſtet authoritas, dici poteſt, antiquas illas pertinere ad regulam, noſtram autem ſuppeditare exceptionem. Imò ſi illas ſingulatim inſpicimus, non videntur omninò noſtræ contrariari, ſed nonnullæ ex iiſdem planè convenire. *l. ad rempublic. 8. ff. de muner. & honor.* docet, in honoribus capeſſendis, favoris cauſa conſtitutum eſſe, ut annus vigeſimus quintus inchoatus pro pleno & abſoluto habeatur. Annectit autem limitationem, hoc obtinere tantum in his honoribus, in quibus reipublicæ quid minorenni non committitur, in cœteris, ubi quid committitur, non obtinere. Conſideretur nunc Electoratus, & clarum evadet, ad quam claſſem ille referri debeat. Curam certè Reipubl. Electori committi nemo infitebitur. *A. B. cap. 3. §. 2 in fin. cap. 12. §. 1.*

Digitized by Google

§.1. *cap*.30. §. 1. & in ſpecie, quod attinet Palatinum, ac Saxonem, illis etiam curam redituum & proventuum Imperii, tempore interregni, commiſſam eſſe novimus *A. B. cap. 5.* §.1. *&* 2. *l. ſi ita fuerit. libertas.* 41. *in pr. ff. de manum, teſtam.* nobis patrocinatur in eo, quod verba teſtatoris urget, ut nos legislatoris. Verba autem teſtatoris illa erunt, Stichus, ſervus meus, anno duodecimo, poſtquam ego mortuus ero, liber eſto; hinc veriſimile dicitur, principio duodecimi anni eum liberum eſſe; nam mortuum hoc ſenſiſſe; & inter hos ſermones multum intereſſe, duodecimo anno, & poſt duodecim annos. Ut hic verba teſtatoris, ita in A. B. verba legislatoris perpendi debent, ſunt autem hæc ab illis diverſiſſima, non ſonant: decimo octavo anno Elector legitimæ ætatis eſſe cenſeatur, ſed completo anno decimo octavo, quod perinde eſt, ac ſi diceretur, poſt decimum octavum annum. De interpretatione, *l. qui filium.* 74. §.1. *ff. ad SCt. Trebellian.* & conciliatione cum *l.* 48. *ff. de condit. & demonſtr.* vide Hilligerum *in Don. enucl. lib.* 8. *cap.* 33. *lit. f.* & intuere *l.* 49. *in pr. ff. de legat.* 1.

Obſervatio XXX.

De ſenſu A. B. Moguntini judicium.

CUm Johannes Elector Brandenburgenſis è vivis excederet, erat filius Joachimus adoleſcens quaſi ſedecim annorum: Quia itaque ex aureæ Bullæ lege (*cap*.8.) ad Electoratum minus habilis videretur, recidiſſet adminiſtratio Electoratus & provinciarum, cognato Friderico, Franconiam tum obtinenti: Is verò autor fuit Joachimo, ut ab uno & altero ex Imperii Principibus, quid hâc in parte agi debeat, cognoſceret. Suaſit autem Elector Moguntinus, ut ipſe accepto homagio à ſubditis Joachimus dignitatem & titulum Electoralem adeat, & uſurpet: mentem enim aureæ Bullæ eam eſſe, ut primogenitus Electoris ſecularis in Electoratu ſuccedat, ætatem verò, quæ minor ſit annis octodecim, ei ſucceſſioni planè nihil derogare, niſi quod ab Electione Regis Romani abeſſe juberet eum, qui decimum octavum ætatis annum nondum attigiſſet: ita refert Cernitius *in deſcriptione decem è familia Burggraviorum Norimbergenſium Electorum Brandenburgenſium, pag.* 48. ubi de Joachimo I. quinto Electori Brandenburgenſi agit. Si hæc Moguntini explicatio conferatur cum A. B. verbis, ſatis conſtare poterit, quid nobis dicendum ſit.

Obſervatio XXXI.

1. ***Mortuo tutore Electorali, an præcisè alio opus, eo etiam caſu, quo Electori ad complendum 18. annum exiguum tempus reſtat.***
2. ***Exemplum in domo Electorali Palatina.***

QUid ſi moriatur tutor Electoralis eo tempore, quo pupillus nondum complevit annum ætatis ſuæ decimum octavum, ſed fortè adhuc tem- 1.

pus duorum menſium, vel minus, ad complendum terminum reſtet, tunc
2. ne locus dabitur novo adminiſtratori legitimo? Hæc quæſtio cœpit agitari, quando anno 1592. Friderico IV. Electoratus Palatini ſucceſſori poſt obitum J. C. adminiſtratoris adhuc 59. dies ad complendum annum decimum octavum deerant, & Richardus Palatinus tutelam ad ſe devolutam contendebat. Marquardus Freherus, cauſæ Friderici Patronus, duabus orationibus docere voluit, novum adminiſtratorem non eſſe ſuſcipiendum, cum tempus modicum, quale eſt duorum menſium, prætor non curet, confeſtim futurum pro facto, cingendum pro cincto, ac de proximo complendum pro completo habeat. Verum has rationes omnes uno halitu noſtra A.B. conſtitutio proſternit. At, inquis, fuit tamen Fridericus ad adminiſtrationem Electoratus ſui admiſſus; Ita eſt, ſed non fuit admiſſus ex lege, verum potius ex conniventia & diſpenſatione.

Obſervatio XXXII.

Error Knichenij.

KNichenii error ex præcipitantia, & confuſa lectione A. Bullæ, natus fuit, quando *de Saxon. non provoc. jure. verb. Elector. cap. 5. num.* 43. ſcripſit, Electorem pupillum ad gubernacula Electoratus admitti ante decimum octavum annum completum, cum A. Bulla id ei concedat, ubi annum decimum octavum attigerit. Textus duo proponit, unum quousque adminiſtratio Electoratus tutori competat, nempe, eousque donec Senior ex Electoris demortui filiis legitimam ætatem attigerit; alterum, quando hic attingat legitimam ætatem, ſcilicet, poſt octodecim annos completos.

Obſervatio XXXIII.

1. *Terminum legitimæ ætatis non poſſe per teſtamentum paternum abbreviari.*
2. *Reſpondetur Frehero.*

1. POrrò quæritur, *an legitimus hic terminus octodecim annorum poſſit per paternum teſtamentum abbreviari, vel etiam prolongari?* Abſurdum mihi videtur, quærere de vi teſtamenti paterni, eo in caſu, de quo pater nihil poteſt diſponere. Diximus autem ſupra, tutelæ teſtamentariæ hîc locum non eſſe. Lex publica dat tutorem, illique præſcribit terminum exercendi tutelam; ergò legis vim nec ſufflaminare, nec prorogare pater poteſt, qui
2. legi ſubjectus. Freherum de hac quæſtione ita perorantem, introducit Arumæus: quid magis certam habet præfinitionem ex lege, quàm tempus finiendæ tutelæ, aut curæ, tamen & illud à patris potiſſimum judicio pendere, non tantum leges ipſæ innuunt. §. *ad cert. Inſtitu. qui teſtam. tutor. dari poſſ.* §. *prætereà Inſtitut. quibus mod. tut. fin.* ſed & gentium ille Doctor probat, ad Galat. 4. *verſ.* 1. *&* 2. tantum patriæ providentiæ ſimul, & poteſtati (in

qua

qua nimirum DEI imago relucet) non ſolum politica ſapientia, ſed & ipſe Spiritus Sanctus tribuit. Hoc à Frehero fieri potuit, qui ex jure privato de teſtamentario tutore Electoris verba facere voluit, haud animadvertens, non licere juris privati decempeda agros à publica lege definitos metiri.

Obſervatio XXXIV.

1. *Poſſe tamen abbreviari perveniam ætatis.*
2. *Poſſe quoque prolongari.*

DE abbreviatione ita ſentio, ſi illa fiat à poteſtate, quæ legem tulit, ſive hoc agat per conceſſionem veniæ ætatis, ſive alia diſpenſatione, quæ publica utilitate nititur, omninò eſſe validam: Nec obſtare mihi ſentio verbum *perpetuo*; Illud enim poteſtatem legislatoris non reſtringit, ſed de ordinario jure intelligi debet, ac potius prolongationem termini excludit, quàm abbreviationem. Quamquam nec illi contradicturus ſum, qui juſtam ob cauſam, in utilitate Imperii fundatam, etiam prolongationi adminiſtrationis, Curatelæ ſub titulo, locum concedi poſſe affirmaverit. Scilicet ſalus Reipubl. ſuprema lex eſt.

Obſervatio XXXV.

Ad verb. cenſeri volumus.

An Carolus IV. terminum legitimæ ætatis in Electoribus Secularibus primum conſtituerit?

VIderi poſſet ex verbis, *cenſeri volumus*, colligi poſſe, Carolum IV. primum ætatis legitimæ tempus octodecim annorum in Electoribus ſecularibus introduxiſſe, ſed ego id factum mihi perſuaderi non patior.

Obſervatio XXXVI.

Ad verb. aſſignare.

Tutor Electoralis, finita tutela, quid debeat reſtituere?

TUtor Electoralis finita tutela Electorali debet citra moram aſſignare jus, vocem & poteſtatem Electoralem, & omnia ab his dependentia; vel, ſi accuratius loqui voluerimus, debet illi totaliter aſſignare bona, Principatus Electorales, & quæ cum illis unita, ſcilicet jus, vocem, officium & dignitatem, & alia quoque jura omnia ad Principatum Electoralem ſpectantia. *A. B. c.* 20.

Obſervatio XXXVII.

Ad verb. omnia.

Error Freheri.

TUtori, à tutela abeunti, lex injungit, ut omnia ab Electoratu dependentia, hoc eſt, totum Electoratum, reſignet in manus Electoris, qui factus eſt ætatis legitimæ, unde manifeſtum fit, malè in gratiam Richardi Palatini, Freherum diſtinxiſſe inter jus Electoris, & Principatus Electorales; quo de

Digitized by Google

vide Arum. ad A. B. *diſcurſ.* 4. *theſ.* 14. & me *dict. tom.* I. *juriſpr. publ. lib.* 3. *num.* 54. *& ſeqq.*

Obſervatio XXXVIII.

An tutor finita tutela etiam debeat reſtituere Electori majorenni bona ab Elect. ſeparata?

QUid autem ſentiendum de bonis aliis, ab Electoratu ſeparatis? Ego ea, eodem ætatis in termino Electori reſtituenda dixi, *d. tom.* 1. *jur. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 62. cujus opinionis etiam eſt Sinoldus *d. diſp.* 7. *theſ.* 16. *lit. b. p.*

Obſervatio XXXIX.

Senſus verborum, cum officio.

PRætereà, tutor quoque Electori, qui maturam ætatem conſecutus fu. aſſignare decet officium ſuum tutorium, quod potiſſimum intelligi deb. de officio eo, quod exercuit in reliquos hujus Electoris fratres minorenn. quorum ipſe, ſuæ ætatis factus, ſuſcipit tutelam, tanquam proximus agnat.

Obſervatio XL.

1. 2. 3. *Cui competat tutela Regis Bohemiæ minorennis?*

1. AN, quæ hactenus de tutela Electoris minorennis audivimus, etiam de Rege Bohemiæ intelligi debeant, controverſum *videtur.* Licet enim *in pr.* §. 2. hujus capitis, ejus quoque fiat mentio, nec in ſequentibus uſſibi excipiatur, ſed ſub generalitatè diſpoſitionis contineatur; attamen Status Regni Bohemiæ aſſerunt in literis, tàm ad Moguntinum, quàm ad cæteros Electores anno 1619. datis, §. Deſſen zu geſchweigen. *verb.* Wann ſich bey denen regierenden Königen in Böhmen einiger defect, oder Minder-Jährigkeit befunden/ daß der Uſus und adminiſtratio Jurium Electoralium nicht auff die Agnatos proximiores, & Seniores, ſondern allein auff die Stände und Proceres Regni Bohemiæ devolvirt, auch mit und neben dem König exercirt worden. (extant iſtæ literæ apud Lundorp. *actor. public. tom.* I. *lib.* 4. *cap.* 65. *pag.* 515.) ex privilegio Caroli IV. de quo vide Goldaſt. *part.* 1. Politiſcher Reichshändel/ *pag.* 29. Vi ejuſdem privilegii, vel juris, aſſerunt Ordines, anno 1519. in Electione Caroli V. cum Ludovicus, tunc Bohemiæ Rex, (& ſimul Hungariæ) minorennitate laboraret, legatos Regis & Regni, prælatos fuiſſe lega-
2. tis Sigiſmundi Poloniæ Regis, legitimi Ludovici tutoris & patrui. Verum ad hoc Exemplum reſpondetur: im Bericht vom Böhmiſchen Unweſen zu Beantwortung ob gedachter Schreiben. apud Lundorp. *d. tom.* I. *lib.* 4. *p.* 526. non Status, ſed ipſum Bohemiæ Regem Ludovicum ad Electionem tunc temporis vocatum, literas requiſitorias conductus, nec non credentiales ad Electores datas, à ſolo Rege ſcriptas. Quamquam verò, etiam præter illas,

as, aliud mandatum à Statibus iidem Legati habuerint, & admiſſi fuerint, ud tamen atteſtantibus protocollis, & diſputationibus, ante electionem ibitis, factum propter lites Regi & Statibus cum Sigismundo Poloniæ Re- e intercedentes: tandemque diſſenſionibus compoſitis, Baronem de Stern- erg, Principalem legatorum Regis Bohemiæ, ad Electionem fuiſſe admiſ- um, atque ita rem illam inter alios in caſu planè ſingulari actam, parum omenti afferre, Sinold. *d. diſputat. 7. theſ. 16. lit. e.* Ad hoc exemplum no- at Dieterich *ad tit. 7. A. B. verb. adminiſtrator exiſtat in fin. p. 53.* nondum con- tare, quo reſpectu Electores legatos Bohemicos tum admiſerint, ut adeò exinde nil certi pro aliquo præjudicio habeatur. Alii, vi privilegii admiſſos aſſerunt. Rumel. *d. part. 1. diſſert. 7. theſ. 3.* Strauch. *exercitat. exoter. 4. theſ. 2.* Nos, inquit Sinold. *d. l. pag. 421.* quid determinemus, vix habemus, imprimis, ſi exterus exteri Sigismundi reſpectus, indiſtincta generalitas A. B. *dict. tit. 7.* pro qua in cauſa hæreditariæ ſucceſſionis tàm ſollicitè pugnavimus, & omnium privilegiorum, dictæ Bullæ quocunque modo contrariantium, revocatio & abolitio *tit. 13. A. B.* accedat.

§. 3.

Obſervatio I.

Ad verb. ex hujusmodi Principatibus.

Electoratus Eccleſiaſtici an poſſint vacare?

ELectoratus Eccleſiaſtici non ita vacare poſſunt, ut ad Imperium revertantur, quemadmodum vacare poſſunt Electoratus ſeculares. Mortuo Electore Eccleſiaſtico, vacat ſedes, quam nova electione capitulum à vacantia liberat, ſed non vacat Electoratus, nec ad Imperium eo caſu revertitur, ut de eo Imperator providere debeat. Uno verbo, Capitulum non moritur, ut mori & extingui poteſt una vel altera Electorum ſecularium familia.

Obſervatio II.

Ad verb. Imperio.

1. *Quot modis vacare poſſit Electoratus ſecularis?*
2. *Electoratus an vacet Imperio, an Imperatori?*
3. *Feuda ad Imperatorem pertinent ratione Imperii?*

ELectoratus vacare poteſt tribus modis, quorum *unus* contingit, quando familia, cui Electoratus collatus fuerat, omninò extincta eſt, per caſus mortis. *Alter*, quando ob delictum commiſſum Elector privatur Electoratu. 1.
Denique, quando ab Electore refutatur Electoratus. Vacare autem in textu noſtro dicitur Imperio, cujus feudum fuit, non verò Imperatori. Quanquam in ſequentibus dicatur res ad Imperatorem, & Imperium legitimè devoluta: unde certo reſpectu etiam dici poterit, vacare Imperio & Imperatori. 2.

Digitized by Google

tori. Scilicet Imperio principaliter, ad cujus Dominium pertinet, Imperatori ſecundariò, ad quem rerum Imperii adminiſtratio, & cura, cum officio
3. pervenit. Nempè, ut Rupertus *in Conſtitut. de Vicar. Imper. German.* §. 4. apud Goldaſtum *tom. un. Conſtitut. Imper. pag.* 382.) ait, ad Imperatorem feuda pertinent ratione Imperii: Addo ego, non pertinent ad Imperium ratione Imperatoris: Unde etiam illa, quæ feudorum cauſa præſtanda ſunt, dicuntur præſtari Imperio. *A. B. cap.* 10. §. 2.

Obſervatio III.

Ad verb. vacare.

An Carolus IV. hìc bene uſus fuerit verbo vacare?

AN benè verbo vacare hìc uſus fuerit Carolus, perpendi *in annot. ad Capit. Caroli V. artic.* 24. *verb.* ledigſich heimfallen/ *pag.* 264.

Obſervatio IV.

Ad verb. qui pro tempore fuerit.

1. *Cura Electoratus reverſi ad Imperium pertinet ad Imperatorem.*
2. *An Electoratu ſeculari vacante, cœteri Electores poſſint eligere Imperatorem.*

1. AD Imperatorem vel Regem Romanorum, qui tempore, quo per mortem vacare incipit Electoratus, clavum Imperii tenet, cura ejus pertinet, tempore verò interregni, ad Vicarium, ſed reſtrictivè, *argum. cap.* 5. *A. B.* §. 1.
2. *&* 2. Hoc caſu eveniente, cum vacans Electoratus non poſſit alii conferri, quam ab Imperatore, vel Rege, ejus electio expectari debet, ad quam ſine vitio cœteri Electores properabunt, licet eorum Collegium adhuc ſit imperfectum; jus enim Collegii expediunt illi, qui ſuperſunt, *argum. l.* 7. §. 2. *ff. quod cujusque univerſ. nom.* & abſentis, vel mortui, nulla habetur ratio.

Obſervatio V.

Ad verb. providere debebit.

Quæ ſint partes Imperatoris in proviſione Electoratus ad Imperium reverſi?

PRoviſio illa Imperatoris conſtat debito, & poteſtate. Ad debitum refero, curam redintegrandi Collegium Electorale. vide *annot. ad Capitul. Caroli V. artic.* 24. *verb.* Fürſtenthumb. *num.* 30. *pag.* 270. à cujus perfectione quies, ſalusque Imperii profluit. vide *annot. ad artic.* 24. *verb.* Fürſtenthumb, *num.* 10. *& ſeq. pag.* 266. *& ſeq.* Iſta autem redintegratio fieri debet cum conſilio Electorum, ne illis invitis collega obtrudatur, *dict. artic. num.* 17. *& ſeqq. pag.* 268. Ad poteſtatem pertinet, quod in illa cura eſt ultimum, nempè, inveſtitura de Electoratu. Hanc opinionem meam refellere conatus fuit Stamler. *in tr. de reſervatis Imperatoris Romano-Germanici.* §. 47. *num.* 6. *& ſeqq. pag.* 233. *& ſeqq.* cui reſpondi *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.* 1. *cap.* 12, *pag.* 347. *& ſeqq.*

Obſervatio

Digitized by Google

Obſervatio VI.

Ad verb. de re.

Feudum reverſum, dicitur res ad Imperatorem & Imperium devoluta, magis tamen propriè, res ad Imperium & Imperatorem devoluta.

FEudum Imperii, ſive illud Electorale ſit, ſive aliud, quando apertum ſit, dici poteſt res ad Imperatorem & Imperium, vel magis propriè, ſecundum ordinem in capitulationibus jugiter obſervatum, res ad Imperium & Imperatorem devoluta.

Obſervatio VII.

Ad verb. devoluta.

Feudorum Imperio vacantium diverſitas.

FEuda, quæ Imperio vacant, non unius ſunt generis & qualitatis; & præterea etiam in hoc diſcrepant, quod eorum nonnulla iterum aliis conferri debent, alia non debent, ſed eorum proventus Imperio reſerventur. Prioris conditionis ſunt Electoratus; alterius, Principatus, &c. vide *tom. IV. jur. publ. in annot. ad lib. 3. cap. 7. num. 69. pag. 345.* De his, à Caroli V. uſque tempore, in Capitulationibus Imper. ita diſpoſitum; Wann auch Lehen dem Reich und Uns/ bey Zeiten Unſerer Regierung eröffnet/ und lediglich heimfallen werden/ ſo etwas merckliches ertragen/ als Fürſtenthumb/ Graffſchafften/ Herrſchafften/ Städt/ und dergleichen/ die ſollen und wollen Wir ferner niemand verleihen/ ſondern zu Unterhaltung deß Reichs/ Unſer und anderer nachkommender König und Keyſer behalten/ einziehen und incorporiren, biß ſo lang daſſelbe Reich wieder zu Weſen und Auffnehmen kommt/ꝛc. in Capitul. Ferdinandi II. *artic.* 28. ac Ferdinandi III. *artic.* 32. etiam datio expectantiarum in ejusmodi feuda prohibita, tandem verò in Capitulat. Ferdinandi IV. *artic.* 30. ac Leopoldi, *artic.* 30. hæc prohibitio ita limitata, ut feuda ejusmodi ab Imperatore aliis poſſint conferri, ſi id fiat conſenſu Electorum. Conſenſus quidem expreſsè ibi non fit mentio, ſed tantum ſcientiæ, credo tamen illam ſcientiam, ex mente eorum, qui iſtam Capitulationem Ferdinando præſcripſerunt, continere etiam conſenſum.

Obſervatio VIII.

1. ***Extraordinarius in feudis Imperii ſuccedendi modus ex inita confraternitate, Erbverbrüderung dicta.***
2. ***An confraternitas antiqua, inter familiam Saxonicam & Haſſiacam, in ſe etiam comprehendat ſucceſſionem in Electoratum Saxoniæ?***

EXtraordinarius in feuda Imperii ſuccedendi modus eſt, ex pacto & confraternitate; qui tamen aliter effectum non ſortitur, niſi ab Imperatore jam ante prohibitionem de alienatione factam fuerit confirmatus. Hodie tamẽ non obſtante prohibitione antiqua, Capitulatione Leopoldi Imperat. 1.

artic. 6.

artic. 6. atque ita conſenſu Imperatoris & Electorum, pacta illa generaliter confirmata ſunt. De Electoratibus autem ſupereſt quæſtio, an de illorum quoque ſucceſſione in pactis illis ſucceſſoriis diſponere liceat? & in ſpecie, *an in confraternitate illa antiqua, inter familiam Saxonicam, & Haſſiacam, de*
2. *Succeſſione in Electoratum Saxonicum quicquam fuerit diſpoſitum?* Quarum quæſtionum una jus, altera factum concernit. De illa, interveniente conſenſu Imperatoris & Electorum, non puto dubitandum eſſe. De altera quid ſentiam, expoſui *tom. II. juriſpr. publ. lib. 4. cap. 8. num. 167. & ſeqq.* & poſtquam à Sinoldinis me propterea vellicari perciperem, me contra eosdem defendi, *tom. IV. jur. publ. in addit. ad d. l. cap. & num. pag. 618.* ac *tom. V. jur. publ. in addit. ad d. num.* ac mecum conſentientem Carpzovium illis oppoſui. Sed his non contentus Dn. Dieterich *in not. ad A. B. cap. 7. ad verb. devoluta in f. pag. 55.* ſcribit, me immeritò litem moviſſe Dn. Cancellario Schütz. (Sinoldo.) Verum non ego illi litem movi, ſed ille mihi, ut clariſſimè patet ex collatione temporis, quo utriusque ſcripta prodierunt primum in lucem, (ſcilic. meum anno 1631. Illius autem 1640.) nec non ex contextu *diſput. 6. theſ. 29. lit. d.* ac *diſputat. 7. theſ. 17. lit. c.* unde meritò defenſionem mei ſuſcipere debui. Peto mihi communicari, vel unicum Jota ex antiquis documentis, vel ex aliqua confirmatione Imperatoria, quod meam opinionem evertere poſſit, & ocyſſimè herbam porrigam, gratiamque magnam habebo id mihi exhibenti.

Obſervatio IX.

An unus duos poſſit tenere Electoratus?

Cœterum, in conferendo Electoratu probè conſiderari debet perſona, cui conferri debeat, & inter cœtera, an è re Imperii ſit, vacantem Electoratum illi dari, qui jam dum alium Electoratum tenet? Tractavi hanc quæſtionem *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 2. cap. 8. pag. 349. & ſeqq.*

Obſervatio X.

An Imperator ſuis conſanguineis poſſit conferre Electoratum, ad Imperium reverſum?

Quæritur etiam, *an gratificationi* Imperatoris hîc locus detur, adeò, ut alicui ex conſanguineis ſuis præ aliis eum conferre poſſit? Hanc quæſtionem affirmativè reſolvit Arum. *dict. diſc. 4. ad A. B. theſ. 17.* & Rumelin. *part. 1. diſſert. 7. ad A. B. theſ. 14.* ego examini Collegii Electoralis committo, quod utilitatem Imperii affectioni præferet, & ſi cum utilitate non pugnet affectio, ſine dubio eam non improbabit.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio XI.

Regnum Bohemiæ, an conferatur ab Imperatore, vel à Statibus Regni?

Ad verb. Regni Bohemiæ.

REgium nomen Germanicorum Cæſarum beneficio Bohemis obtigit, & quidem ita, ut primum perſonalis duntaxat illa dignitas fuerit, à Cæſarum nutu dependens, donec eam perpetuam fecit Cæſar Philippus, Anno MCXCIX. conſtat verò ex Friderici II. Cæſaris tabulis, Anno MCCXII. exaratis, Regem à Bohemis electum ad Imperatorem accedere debere, ad Regalia debito modo recipienda. Sic à dicto Friderico Cæſare, anno 1226. Wenceslaum I. Ottocarum II. à Richardo, anno 1262. iterum à Rudolpho, anno 1276. Wenceslaum II. anno 1292. ab Adolpho, Joannem, ab Henrico VII. patre, anno 1310. Georgium, anno 1459. & Vladislaum, anno 1477. Ferdinand. I. à fratre Carolo V. anno 1541. Matthiam à Rudolpho II. fratre, anno 1608. Ferdinandum II. à Matthia Cæſare; alios ab aliis, Regalibus beneficiis inveſtitos eſſe, notum eſt. Conring. *de fin. Imper. lib. 2. cap. 29. pag.* 788.

Obſervatio XII.

Ad verb. Electione Regis.

1. *Regnum Bohemiæ eſt ſucceſſorium & certo caſu Electitium.*
2. *Exempla contra Bullam noſtram militantia.*

1. REgnum Bohemiæ dici poteſt ſucceſſorium & electitium, diverſis tamen reſpectibus. Succeſſorium eſt, quouſque Regia durat familia, ea autem extincta, & ſic vacante Regno, Regnicolæ jus habent ſibi eligendi Regem. Ita docet Carolus in hac Bulla ſua; hoc tamen Imperatoribus antecedentibus non ſemper placuiſſe conſtat, ex relatione Crantzii *lib. 7. Vandal. cap.* 46. refert ibi: Wenceslao III. Rege cæſo, perveniſſe Regnum jure feudi ad Romanum Imperium, & tunc ab Alberto Cæſare filium, veluti Romani Regni feudatarium, in Regem pervectum eſſe. Eandem rem deſcribens Gerardus de Roo, *hiſtor. Auſtr. lib. 1. cap. 5.* tradit, Bohemiæ proceres extincta in Wenceslao Regum familia virilis ſeminis, de novo creando Rege conſilia Pragæ iniiſſe, diffidentibusque in Rudolpho, Alberti Cæſaris filio, & Henrico Carinthio, Procerum ſtudiis, Wenceslai filias, Annam & Eliſabetham in Comitia veniſſe, ut ſui ratio haberetur oraſſe. Fuiſſe itaque Henricum, Annæ maritum, in Regem electum. Cæſarem verò electionem, non accedente Imperii authoritate factam, nullius momenti eſſe, docuiſſe. Quid de caſu vacantiæ 2.
ſenſerit Henricus VII. Imperator, apud Goldaſt. *part.* 2. der Reichs-Satzungen/ *pag.* 29. & ejusdem verbis cognoſcitur: Das Königreich Böhmen/ welches erbloß worden/achten Wirs dafür/ daß es an den Römiſchen Keyſer/ welcher ein Haupt aller Könige und Fürſten iſt/ wie es dann auch die Keyſerl. Rechte bezeugen/ gefallen ſeye; Und Wir haben es macht zugeben/ wem es Uns gefällig: & idem viſum fuiſſe Statibus Imperii, tunc Francofurdiæ præſentibus, reliqua, quæ dicto loco à Goldaſto referuntur, declarant.

Digitized by Google

Obſervatio XIII.

De jure eligendi Regem Bohemis competente.

SUnt, qui Bohemis jus eligendi Regem competere adſeverent, non modo quando familia Regia planè extincta eſt, ſed quolibet caſu mortuo Rege; quod noſtra ætate variis ſcriptis, pro & contra, ventilatum fuit. vide omninò Sinoldum *d. diſput. 7. theſ. 11. pag. 386. & ſeqq.* Eſt tamen deciſio Caroli IV. ita clara, ut ab ea nobis recedere non liceat: cum qua ejusdem Caroli (corrigi hinc debet error in prima editione juris publ. *tom. I. lib. 3. cap. 8. num. 31.* commiſſus: Hæc enim confirmatio eſt Caroli, cui privilegium Friderici II. inſertum, ante auream Bullam, anno 1348. data confirmatio privilegiorum, & libertatum Regni Bohemiæ, omninò convenit; quæ apud Goldaſt. *d. part. 2.* der Reichs-Satzungen/ *pag. 39.* legitur, & hoc ad punctum quod ſpectat, §. 5. ita loquitur. Allein was die Wahl eines Böhmiſchen Königs auffm Fall anlanget/nemlich/wann ſichs begebe/daß auß dem Geſchlecht und Stamme/ der Böhmiſchen Könige/kein Erbe/noch Erbin(dafür GOtt gnädig ſeyn wolle) gezeuget würde/ oder bey Leben bliebe/ oder wie ſich das ſonſten begeben möchte/ dadurch dann das Königreich ohn ein Haupt were/als haben Wir hierumb mit etlichen Unſer Hoheit auff dißmahl Beywohnenden/deß künfftigen Römiſchen Keyſers/Churfürſten/und anderer Hertzogen/mit gutem Bedacht/Rath gehalten/geſchloſſen/und wollen es mit dieſem Unſerm Brieff geordnet und publicirt haben/ daß eine ſolche Wahl den Prælaten, Fürſten/ Herren/Ritterſchafft/und der gantzen Gemein/gedachten Böhmiſchen Königreichs/zu verſehen eigentlich/ und auffm Fall/ wie obbemeldt/ und nicht anders/ in künfftigen ewigen Zeiten gebühren und zugehören ſolle. Welches Wir Ihnen/mehrgedachten Prælaten, Fürſten/Herren/Ritterſchafft/und der gantzen Gemeine deſſelben Königreichs/ in Unſers Röm. Königreichs Regierung/Krafft und Völligkeit/ mit Unſerm guten Wiſſen geben/verleihen/beſtätigen/ und Sie damit begnaden in der allerbeſten Maaß/Form und Weiſe/ als es immer ſeyn kan; und wollen auch daneben/ daß der jenige/ ſo dieſer geſtalt zum Böhmiſchen König erwehlet/zu Uns/ und Unſern künfftigen Römiſchen Königen und Keyſern tretten/und von Uns die Königlichen Dinge/wie gewöhnlich/ durch billigen Brauch empfahen ſolle.

Obſervatio XIV.

Bohemiæ Regnum, quale ſit hodiè?

REgnum Bohemiæ à modernis Regibus appellatum fuit, Ihr Erb-Königreich/ vide Prager Friedenſchluß. §. Was der Röm. Keyſerl. Majeſt. Erb-Königreich Böhmen/ und andere dero Oeſterreichiſche Erbländer betrifft/ ꝛc. ac in Inſtrumentis Pacis Oſnabrugenſi & Monaſterienſi de anno 1648. *artic. 4. §. de cætero,* Bohemia cum aliis Provinciis hæreditariis Imperatoris conjungi-

Digitized by Google

jungitur. Quod ita admittitur, ut tamen Imperii jus ſalvum maneat, cui Martis in Bohemos rigor nocere non debuit. Eos ſubjugatos, ac penè extirpatos dicit, Paulus Piaſecius Epiſcopus Polonienſis *in Chron. geſtorum in Europa ſingular. ad ann.* 1619. *pag.* 322. in antecedentibus & ſubſequentibus Auſtriacis, pro more ſuo, maledicens.

Obſervatio XV.

***Ad verb.* in nullo præjudicare.**

Carolus IV. reſtrinxit privilegium Friderici Imper.

CArolus IV. electionem populo Bohemiæ tantum, familia Regia omninò extincta, permittentem, credidiſſe, juris Cæſarei eſſe privilegium à Friderico conceſſum, cum Imperio eſſet detrimentoſum, nonnihil reſtringendum, docet Conring. *d. cap.* 29. *pag.* 792.

Obſervatio XVI.

***Ad verb.* in omni ſuo tenore.**

Amiſſio privilegiorum.

PRivilegia regulariter cenſentur eſſe perpetua, amitti tamen poſſunt variis ex cauſis, à quibus nec privilegia Bohemis conceſſa, exempta ſunt. Inter cauſas illas etiam refertur grave delictum, contra Principem concedentem (vel ejus ſucceſſorem) commiſſum *c. grave extra de exceſſ. prælat. c. ſi qui Epiſcopi. c. iſta nos. cauſ.* 25. *quæſt.* 2.

CAPUT VIII.

DE REGE BOHEMIÆ, ET REGNICOLARUM EJUS IMMUNITATE.

Obſervatio I.

Author reſpondet Fibigio.

DUo hoc capite verborum copioſo apparatu, & more juridico illorum temporum expediuntur. Unum eſt, ſubditos Regni Bohemiæ non poſſe conveniri, niſi in tribunali Regni, extra Regnum evocari non poſſe. Alterum, à ſententia, in judicio Regni lata, non poſſe extra Regnum appellari. Differre autem inter ſe hæc duo certum eſt, & immeritò accuſatus ſum à Fibigio *in elect. jur. publ. ſemidecad.* 12. *quæſt.* 3. *num.* 12. (quam quidem ego non vidi, ſed allegatam obſervavi à Stamlero *de reſerv. Imper.* §. 45. *num.* 3.) quod hæc duo confuderim, ac pro uno habuerim. Contrarium enim Cenſori

Digitized by Google

ſori notum fieri potuiſſet, ſi ſanis oculis inſpexiſſet. *tom. I. jur. publ. lib.3. cap.2. num. 68.* & *ejusdem libri cap.10. num. 37.* nec non *tom. II. lib. 5. cap. 15. num. 7. & 8.* Summaria & textus. Ego ex hoc ungue hujus leonis vires cognoſco; non ignarus tamen ſum, prohibita evocatione appellationem quoque prohibitam cenſeri poſſe, & ita hanc ſub illa aliquando contineri. vide privilegium Ferdinandi datum Electori Saxon. *d. lib. 3. cap. 10. num. 41.* §. Es wert auch Unſers Vorfahrens.

Obſervatio II.

Privilegia Bohemica unde?

PRimum Carolus firmatum tradit privilegiis Imperatorum Romanorum, & conſuetudine, inconvulsè in Regno Bohemiæ obſervata.

Obſervatio III.

Ad verb. Burgenſis.

1. *Burgus quid antiquis?*
2. *Quid nobis Germanis?*
3. *Unae vocabuli origo?*
4. *Borgo quid apud Italos?*
5. *Bourg quid apud Francogallos?*

1. QUid Romanis, ſequioris ævi, Burgus fuerit, ex Vegetio *de re milit. lib.4. cap.10.* innoteſcit, nempè, caſtellum parvulum. Deinde Burg aliquando ſignificavit domorum multitudinem, quæ muro non clauſa, Luitprandus Ticinenſis *lib.3. cap.12.* caſtella limitum, vel habitacula per limites conſtituta; ex Oroſii, Iſidori, Pauli Diaconi *lib. 12. hiſtor. miſcella*, & vulgi ſententia. Veteres vocârunt Burgos caſtra, quæ erant opportuna bello, & munita anno-
2. næ copia. Ragueau *en ſon indice des droits Royaux. verb. Bourgage. pag. 119.* Apud Germanos aliquandò Burg non ſolum arcem munitam, ſed & caſtellum, vel oppidum muris cinctum, portiſque clauſum deſignavit. vide Gründliche
3. Außführung der Reichs-Stadt Lindau/ *&c. pag. 610. ſub. lit. zz.* Quæ ſignificatio cum origine nominis, deducta à Berg/ optimè convenit; de *qua ſcripſi tom. 3. jur. publ. lib. 7. cap. 1. num. 21.* unde etiam eſt verbum Bergen/ quod ſignificat tegere & tueri; indeque antiquæ illæ armaturæ, Halsberg/ collare ferreum, quod collum tegit, Hautberg/ quod caput munit, Hauberge/ caſſis ferrea, Beinberg/ quod tibias, ocrea ferrea, Herberg/ diverſorium, quo ſe recipiunt milites; horreum ſcilicet militare: cujusmodi ſecundum vias publicas Romani habebant, certis intervallis conſtituta, ubi ſub noctem miles diverteret, & annonas acciperet. Wendelinus *in gloſſario Salico, vocum*
4. *Advaticarum verb. Berg. pag. 135.* In Italia adhuc hodiè *borgo* dicitur, *racolto di caſe fuori delle mure, delle terre*, ſuburbia; *e molte volte conſervano nome di borghi le ſtrade, che prima erano fuori, & poi ſono dentro à nuovo recinto di mura.* Adriano Politi *vel dittionario Toſcano, compendio del vocabulario della*
5. *cruſca verb. Borgo. pag. 82.* In Francia *Bourg vaut autant que ville, & aujourd'huy*

Digitized by Google

d'huy ſignifie une ville non cloſe de murs & foſſes, (In Francia Burg, & villa ejuſdem ſignificationis, ibique hodiè Burg appellatur villa non clauſa muris, nec foſſis) Ragueau *d. l. p.* 118. *Les villes, en vieil francois, & encor maintenant en alleman, s'appellent bourgs : d'ou vient que nous appellons forsburgs, ce qui eſt hors le bourg, & les villes ſignifioient anciennement les maiſons des champs, ainſi que le latin villæ; d'ou procede, que la pluspart des villages de Beauſſe retiennent encor la terminaiſon, de ville, à la ſuite de nom de leur ancien Seigneur; & de preſent les villageois appellent en pluſieurs contrées leurs villages villes.* (Antiqua lingua Franciæ villæ dicebantur, quod etiam adhuc in Germania in uſu eſt, Burgi, unde noſtrum Forsburg, hoc eſt, illæ domus, quæ extra burgum ſunt extructæ; villæ nomine olim veniebant domus campeſtres, ad exemplum latini nominis villæ. Hinc major pars pagorum Carnutenſium adhuc retinent terminationem villæ, junctum nomini antiqui Domini; ac hodie in pluribus locis pagani pagos ſuos nominant villas. Loyſeau *des ordres. chap.* 8. *n.* 7. *Forsbourgs, que nous avons adoucy du mot de fauxbourgs, ſont toutes les maiſons hors l'enceinte de ſa ville*; ſcribit Eſtienne Pasquier *liv.* 6. *des recherches de la France chap.* 4. *fol.* 303. *antiqua edit.* Hebræos pro Burgo uti vocabulo Burgan, Græcos appellare *ἀσύπυργον*, monet Claude Duret, *aux diſcours des changemens divers des Royaumes & provinces. chap.* 1. *pag.* 15.

Obſervatio IV.

Ad verb. Burgenſis civis.

1. **Burgmann.** 2. *Burgenſis.*

GErmanicæ verſiones verba Burgenſis civis, quæ in latino codice hoc in capite hîc, & *ſupra verſ.* adjicientes, ibi, civi Burgenſi; conjunguntur, ſeparatim explicant per Burgman, Bürger/ Burgmann verò, ut ex ſpeculo Saxon. probat Rittershuſ. *lib.* 1. *paratit. feudal.* 17. heiſſen die Ganerben/ ſo vor alters unter einem Burg-Herrn auff einer Burg gewohnet haben/ da ſie der Burg Bürger genennet worden. Non una autem vocabuli Burgenſis (de quo vide Knipſchild *de jur. & privileg. civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 29. *pag.* 565. *num.* 9. & Kyllinger *de Ganerb. Caſtror. diſc.* 3. *num.* 73. 120. 123.) eſt ſignificatio; aliquando ſumitur pro cive, (ut in privilegio Ottonis IV. Burgenſibus de Brunſvvich dato, quod retuli *tom. III. jur. publ. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 10.) aliquando pro iis, qui in ſuburbiis habitant; nonnunquam pro eo, qui feudum Burgenſe poſſidet. 1. 2.

Obſervatio V.

Ad verb. pertinentiarum.

1. *Ad Regnum Bohemiæ pertinet Sileſia.*
2. *Luſatia.*
3. *Saxonia Electori in feudum data.*
4. *Moravia.*

AD Regnum Bohemiæ pertinent illi adjunctæ, incorporatæ, inviſceratæ, adſcriptæ ac appropriatæ (ut Carolus IV. loquitur *in diplom. ſuo dato Pra-* 1.

 gæ,

ga, anno 1355.) provinciæ, & Principatus. 1. Sileſia; de qua vide Conring. *de fin. Imper. German. part.* 2. *d. cap.* 29. *pag.* 794. *& ſeqq. & me tom. I. jur. publ.*
2. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 77. 2. Luſatia; quæ eſt inferior, & ſuperior. Illa anno 1075. Cæſaris Henrici IV. dono, in præmium navatæ variis bellis operæ, Vratislao Bohemorum tum Regi, & Bohemis in perpetuum eſt tradita. Et cum ab aliis aliquandiu fuiſſet occupata, Ludovici IV. Cæſaris beneficio Joanni Regi eſt reddita. Superior, ſive hexapolis, Bohemici juris fuit usque ad annum ſeculi decimi ſexageſimum quintum, quando in dotem Miſeconi Polono ceſſit. Ab iis ad Brandenburgicos Marchiones devenit, & Johanne demum Rege, itidem Ludovici IV. Cæſaris auctoritate, ſeculo quarto de-
3. cimo rediit, in Bohemicum corpus. Conring. *d. cap.* 29. *pag.* 786. Hodiè Luſatiam Electoralis familia Saxonica feudi titulo à Bohemia tenet, quam Johannes Georgius Elector, ab Imperatore & Rege Bohemiæ Ferdinando, accepit loco 72. tonnarum auri, ſibi debitarum. vide *tom. IV. jur. publ. lib.* 5. *cap.* 15. *pag.* 934. Hanc translationem improbare & impugnare auſus fuit Aſterius, cui ſe oppoſuit, & reſpondit Sinold. *d. diſput.* 7. *lit. m. pag.* 475. *&*
4. *ſeqq.* 3. Moravia; Moravorum omne Regnum (hoc enim nomine olim clarum) jam à Carolo Magno leges accepiſſe, & Arnolphi Cæſaris juſſu, proſcripto ultimo Rege Zuentepolco, in partes diſcerptum à Polonis & Ungaris aliisque occupatum fuit. Quod hodieque nomine illo audit, non niſi illud eſt, quod Polonis tum occupatoribus ceſſit. Id verò ſeculo undecimo Uldricus & Brzetislaus Duces, faventibus Cæſaribus, ereptum Polonis, Bohemiæ vindicaverunt, atque ita Moravia illa Bohemorum quaſi provincia facta fuit. Conring. *d. cap.* 29. *pag.* 786. Vratislaum, anno 1086. Moguntiæ in conventu Imperiali Regem Bohemiæ primum, cunctis Principibus ſuffragantibus, creatum eſſe, narrat Dreſſer. *part.* 4. *iſagog. hiſtor. pag.* 19. Cæſarem ipſum eidem coronam auream impoſuiſſe, & locum, ſive ſeſſionem proximam ab Imperatore tribuiſſe, tum Egilberto Trevirenſi Archiepiſcopo inaugurandi negotium dediſſe. Hoc modo Regnum Moraviæ in Bohemiam tranſlatum, & ex Bohemico Ducatu Regnum, ex Moravico verò Regno Marchionatum factum. De Regionis ſtatu ſcripſi *d. tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 76.

Obſervatio VI.

Ad verb. ubicunq; conſiſtentium.

Verborum, ubicunque conſiſtentium, reſtrictio.

VErborum, *ubique conſiſtentium*, ſenſus eſt, ubicunque in Regno, & provinciis incorporatis conſiſtentium. Inde, in vigore ſuo permanet jus commune, quo diſpoſitum, ut delinquens, *l.* 3. *ff. de offic. præſid. Nov.* 69. *cap.* 1. vel contrahens. *l.* 19. §. 2. *&* 3. *ff. de judic.* in alterius territorio, ibidem ſortiatur forum, ſi præſens ſit; quæ diſpoſitio per privilegium non excluditur,

ditur, quantum vis ſub arctiſſima forma conceſſum & impetratum, Marquard Freher. *de teſtam. tutel. & cur Elect. cap.* 12. ubi addit: veniat Bohemus, & cum noſtris Germanis contractus ineat alicubi, Lipſiæ puta, vel Francofurti; vel tagaces, aut violentas manus alicui intentet, aut damnabile aliquid deſignet, & videat, quomodo fundatam ratione contractus, aut delicti, juriſdictionem eo loco elabatur, domumque revocans audiatur.

Obſervatio VII.

Ad verb. in quacunque cauſa &c.

1. 2. 3. 4. 5. 6. Privilegij Bohemorum limitatio.

GEneralis hæc cauſarum comprehenſio limitationem patitur. 1. in cauſis feudalibus, caſu, quo Bohemus feudum ab alio extra Regnum ſitò tenens, evocatur. Licet enim Imperator aliquem verbis quantum vis generalibus per privilegia eximat, ita ut in nulla omnino cauſa coràm quovis alio, quam judice domicilii, in jus trahi vel conveniri poſſit, tamen ejusmodi exemptione non obſtante, in cauſis feudalibus coràm paribus Curiæ judicium ſuſcipere cogitur, ut ex notiſſima Germaniæ conſuetudine, & uſu indubitatò conſtat; inquit Meichſner. *dec. Camer. tom. lib. 2. deciſ. 1. num.* 12. 2. Si teſtes ſunt examinandi. Greven *ad Gail. 1. concluſ. 98. conſid.* 1. Ruland. *de commiſſ. part. 1. lib. 6. cap. 3. in f.* de eodem caſu vide Goldaſt. *de Bohem. lib. 4. cap. 13. n. 29.* 3. Si controverſia ſit de re alibi ſita. Buxtorff. *ad A. B. concluſ. 94. lit. a.* 4. Si ob fractam pacem conveniantur. Goldaſt. *de Regn. Bohem. lib. 4. cap. 13. num.* 21. 5. In caſu protractæ vel denegatæ juſtitiæ. Norderman. *diſſert. de jur. Princ. concluſ.* 84. *lit. a.* Gail. 1. *obſervat.* 28. Gryphiander *de Weichbild. Saxon. c. 60. n. 19.* 6. In caſu nullitatis, ſi ea principaliter proponatur. Goldaſt. *d. cap. 13. num.* 20.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

Obſervatio VIII.

Ad verb. minimè teneatur.

Privilegij obſervantia.

VIgore hujus privilegii anno 1498. 6. April. cauſam quandam cum refuſione expenſarum, à Camera Imperiali ad Regem Bohemiæ remiſſam eſſe, refert Chriſt. Barth, *part. 1. ſentent. Camer. fol. 95.*

Obſervatio IX.

Ad verb. appellationes.

De Senatu appellationum in Bohemia.

PEculiaris eſt Senatus appellationum Regni Bohemiæ, qui cauſas ſecundæ inſtantiæ dirimit, ac litium finem imponit, Wehner. *tom. VII. ſymphorem. ſupplic. cap. 1. num.* 4. An alius, non ſubditus, in Bohemia litigans, appellare poſſit, tractat Goldaſt. *de Bohem. lib. 4. cap. 13. num. 9.*

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio X.

Rex Bohemia ubi conveniendus?

HOc privilegium datum eſt ſubditis Regni; Rex verò tanquam Status Imperii, in cauſis primæ inſtantiæ, ad judicium Cameræ pertinentibus, recte in eadem conveniri poteſt. Goldaſt. *d. l. num.* 10. & 14.

CAPUT IX.

DE AURI, ARGENTI ET ALIARUM SPECIERUM MINERIS.

Obſervatio

Rubrica eſt imperfecta.

EGo hanc rubricam ita ad perfectionem compono, de Electorum auri, argenti, & aliorum ſpecierum mineris, ac de illorum jure habendi Judæos, & percipiendi telonia.

§. 1.

Obſervatio I.

1. 2. 3. Varia jura de metalli fodinis.
4. An metalli fodinæ pertineant ad Imperatorem, &c.

1. DE metalli fodinis variæ fuerunt diſpoſitiones, tàm Romanorum, quàm ſequentium Imperatorum, aliarumque gentium. Olim apud Romanos, teſte Plinio *lib. 5. natur. hiſtor. cap.* 20. & *lib.* 33. *cap.* 4. Italia metallorum omnium fertilitate nullis terris cedere putabatur, ſed interdictum erat ve-
2. tere conſulto patrum, illa quærere, Italiæ parci jubentium. Deinde verò apud eosdem cœpit licere etiam privatis inquirere in metalla, & habere auri, argenti, ſulphuris, æris, ferri, &c. fodinas. *l.* 13. §. 5. *ff. de uſufructu. l.* 7. §. 14. *ff. ſolut. matrimon.* quod poſtea ſaltem licuit agere permittente Imperatore. *l. nullam.* C. *Theodoſ. de metall. & metallar.* cui quoque certus ex metallis debe-
3. batur canon. *l.* 1. & 2. C. *de met. & metall.* Perventum porrò eò, ut metalli fodinæ referrentur inter Regalia, ut nonnulli Dd. explicant *c. un. quæ ſint Re-*
4. *gal.* 2. F. 56. & ſub argentariis etiam aurifodinas venire docent. Unde quæſtio orta, an metallifodinæ cœperint eſſe Imperatoris, & ſic privatis poſſeſ-

poſſeſſoribus earum uſus fuerit ademptus? Pro Imperatore multa adduci poſſunt, & imprimis pro noſtris, Henrici IV. Romanorum Regis effatum (in privilegio, quod anno 1179. conceſſit Epiſc. Mindenſ. & legitur apud Piſtor. *inter Sex rerum German. veter. ſcriptor. pag.* 743. ac Goldaſt. *tom. III. conſtit. Imper. pag.* 362. cum omnis argenti fodina, ait ibi Imperator, ad jura pertineat Imperii, & inter regalia noſtra ſit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Epiſcopatu Mindenſi dicitur inventa, ad noſtram totaliter ſpectet diſtributionem: unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoſcimus, niſi hoc à noſtra libertate valeat ſpecialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis, & ſingulis, &c. ut nullus veſtrum ſe de prædicta argenti fodina intromittat, nec aliquid juris ſine noſtra licentia ſibi in ea uſurpet. De notoria Germaniæ conſuetudine, inquit Knichen *de Saxon. non provoc. jure. verb. Ducum Saxon. cap.* 5. *num.* 109. nemo quæcunque metalla quærere & fodere, ne in ſuo quidem poteſt, ſine conceſſione, & permiſſione Principis, ad quem territorium pertinet. Verum conſuetudinem hanc generalem non eſſe, monet Sixtinus *de regal. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 58. Sunt multi, qui jus civile Romanum hac in materia correctum aſſerant, quos recenſet Roſenthal *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 88. *ſub. lit. f.* ſed dantur etiam non exiguo numero alii, qui affirment adhuc hodiè argentarias, in fundo privato repertas, eſſe fundi Domini, & exinde decimam Principi eſſe præſtandam, hancq; eſſe illud regale, cujus mentionem facit. *d. c. un. quæ ſint. regal.* Sixtin. *d. c.* 16. *num.* 45. Bocer. *de inveſt. feudi cap.* 3. *num.* 103. *in fine.* Sinold. *d. part.* 1. *diſput.* 6. *theſ.* 19. *lit. h. pag.* 297. Knipſchild *de civitat. Imper. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 56. *pag.* 432. aliique, quos nominat Myler. *in additam. ad Rumelini part.* 3. *differt.* 3. *ad A. B. theſ.* 27. His acceſſit Dieterich *in not. ad A. B. cap.* 9. *verb. talia poſſideri. pag.* 60. addita ratione, ut lex prior dici queat correcta, neceſſariò requiri verba expreſſa, & ſpeciatim de correctione loquentia in lege poſteriori, neque ſufficere verba generalia. Everhard. *loco à correct. legum.* 79. *n.* 15. *& ſeq.* & quamvis aliàs ſimpliciter dictum non admittat diſtinctionem. *l.* 3. *in f. ff. de offic. præſid.* id tamen tum demum habere locum, ſi non verſemur in correctoriis juris communis. Don. 1. *comment.* 12. *in fin.* omninò autem conſcientiosè dixiſſe, M. de Afflictis *deciſ.* 321. *num.* 10. amantibus DEUM, non eſſe dicendum per *c. un. quæ ſint regal.* corrigi jus vetus, ſed in dubio contra fiſcum eſſe judicandum. Sunt qui diſtinguunt inter fodinas, & viliores, ut lapidum, calcis, miniarias, nitrarias, ſulphurarias, &c. privatis permiſſas; præſtantiores, auri, argenti, &c. ad Principes locorum jure regalium pertinere dicant. Carpzov. *in defin. for. part.* 2. *conſtit.* 53. *defin.* 1. Schultz. *in Syn. jur. feud. c.* 7. *n.* 177.

Obſervatio II.

Supremorum Principum reſervatum.

L'on a touſjours deferé cet honneur aux Princes, à cauſe de leur **Souveraineté,** *de leur laiſſer la libre diſpoſition de ce qui croiſt de plus rare, & de plus precieux dans leurs provinces, & c'eſt pourquoy les Roys de Perſe, ayans conquis l'Arabie, & l'Ethiopie, ſe reſerverent un particulier tribut ſur l'encens, l'ebene, & l'yvoire, qui eſtoient les plus excellentes, & les plus riches marchandiſes de leur Empire. Les R ys de Judée, firent de meſme ſur le baume, qui eſtoit reputé le plus excellent qui fuſt au monde. Auſſi le Romains, apres avoir conquis ce Royaume, le conſerverent avec tant de ſoing, & de curioſité, qu'il n'y avoit que le fiſque qui receut le revenu de la culture de ceſte riche plante: d'ou vient, que Pline, traictant de ſes proprietez, dit, que* Balſama nunc ſerit fiſcus. *Les Roys d'Egypte retenoient pour eux les plus belles Topazes, qui croiſſoient en l'Isle Ophiade. Et maintenant, l'Empereur des Tartares prend pour ſoy les plus belles Turquoiſes, qui ſe trouvent en ſes pays: comme les Roys de Bunaga, ou ſont plus belles roches de diamans, ſe reſervent tous ceux qui excedent le poids de cent quinze grains. Or comme les metaux ſont eſtimez entre les plus excellens chefs d'œuvres de la nature, & principalement l'or, que l'on peut dire la derniere operation de ce flambeau du monde; dont tous les Philoſophes ont admire la longue durée, la pureté, & la reſiſtance contre la violence du feu,* adeò ut non rubigo ulla, *dit Pline,* non ærugo, non aliud, ex ipſo conſumat bonitatem, minuatve pondus. *Auſſi voyons nous que de tout temps les Princes ſouverains ont retenu non ſeulement ſur les threſors d'or, mais auſſi ſur les mines d'or, des droits particuliers.* Semper illa prærogativa conceſſa fuit Principibus, propter jus ſuperioritatis, quod illis competit, ut liberè diſponerent de fructu excellentiori & rariori, proveniente in illorum provinciis. Hinc Reges P[illegible]ſiæ, poſtquam occupaverant Arabiam & Æthiopiam, ſibi reſervarunt particulare tributum impoſitum thuri, ebeno & ebori, tanquam mercibus excellentioribus illarum provinciarum. Reges Judeæ idem obſervarunt in venditione balſami, quod inter omnia pro excellentiſſimo habebatur. Romani quoque, occupato hoc Regno, ſummo ſtudio conſtituerunt, ut ad ſolum fiſcum proventus ex cultura balſami pervenirent, ut innuit Plinius, quando ait: *balſama nunc ſerit fiſcus.* Reges Ægypti ſibi reſervabant elegantiores topazios Inſulæ Ophiadis, ubi creſcebant. Hodiè Imperator Tartarorum ſibi attribuit inſigniores lapides precioſos, quos communi nomine dicimus Turcicos. Reges Biſnagæ, quorum in terris reperiuntur inſignes adamantes, ex illis ſibi reſervant omnes qui excedunt pondus centum & quindecim granorum. Porrò, cum metalla cenſeantur præcipua eſſe virtutis naturæ ſpecimina, & potiſſimum inter illa aurum, quod dici poteſt præcipuum ſolis opus, cujus durationem Philoſophi admirati ſunt, non minus quam ejusdem puritatem, & reſiſtentiam contra ignis violentiam, adeò, ut aſſirmante Plinio, non ærugo, non aliud, ex ipſo conſumat bonitatem, minuatve pondus, factum fuiſſe cognoſcimus, quod Principes ſummi ſemper ſibi reſervaverint

Digitized by Google

erint jura certa & particularia, non ſolum in theſauros auri, verum etiam n aurifodinas. Ita philoſophatur Bret *de la Souveraineté du Roy liv. 3. chap. 6. pag. 385.*

Obſervatio III.

1. *Aurifera flumina.*
2. *Aurum ex montibus, & fodinis.*
3. *Renati Franciſci diſcurſus.*

AUrum colligitur ex nonnullis fluminibus, ut in Lydia ex Pactolo, (qui 1. proinde alio nomine dicitur Chryſorrous, quod aureas trahat arenulas. Plin. *lib. 5. natur. hiſtor. cap. 29.*) in India ex Gange, in Thracia ex Hebro, in Italia ex Pado, ex Tago in Hiſpania : Balthaſar de Vias, *in Sylvis Regiis Sylva 6. pag. 212.* in Gallia ex Aurigera in Principatu Fuxenſi : Thuan. *hiſtor. lib. 129.* Fauyn *au theatre d'honneur. liv. 2. chap. 1. pag. 444.* in Germania ex Rheno. In nonnullis montibus Galliciæ, fulgure terra præſciſſa, quæ ibi 2. aſſidua res eſt, detectum aurum, veluti Deorum munus colligitur. ex Trogo Bret. *d. c. pag. 391.* cœperunt etiam homines æmulari naturam, ac induſtrioſa opera ſua metalla viliora conari convertere in aurum; quo de vide *tom. III. jur. publ. lib. 8. cap. 4. num. 28.* Ex fodinis quoque eruitur aurum, majori utilitate, an damno, dubitare licet. *L'or* (inquit *Rene Francois en* 3. *l'eſſay des merveilles de Nature. chap. 28. pag. 229.*) *eſtoit caché aupres de l'enfer, par un juſte deſſeing de nature, pour eſpouventer la curioſité de l'homme; mais on ne laiſſe pas pourtant d'enfoncer les entrailles de la pauvre terre, & fouiller juſques aux fauxbourgs d'Enfer, & courir, & butiner le domaine des Diables, d'ou l'or porte une infection, qui eſt la contagion des coeurs, qui infecte & empeſte les ames du monde les plus innocentes, les mettant en appetit de faire parade de ſuperfluité, & ſentir bien ſa bonne maiſon. Las! que le monde ſeroit heureux ſi l'uſage de l'or ſe pouvoit detraquer, & mettre en interdiction, n'eſtant qu'une choſe dreſſée pour la ruine des hommes, & pourtant qui eſt au delà de tous les outrages qu'on luy ſcauroit dire.* (Aurum ex juſto naturæ propoſito locatum fuerat prope infernum, ut loco ipſo curioſitas hominum terrore afficeretur: verum hoc non impedit, quo minus inteſtinis infelicis terræ vim inferamus, perſcrutemur ſuburbia inferni, invadamusque, ac deprædemur diabolorum patrimonium, unde aurum venenum ſecum fert, quod corda hominum inficit, & contagio ſuo furit etiam in animas, maximè innocentes, easdem impellens ad pompæ apparatus luculentiores, divitiarum domus & familiæ ſuæ indices. Bone DEUS, quam felix foret orbis, ſi auro poſſet carere, & illius uſum proſcribere; nihil enim eſt aliud, quam res in ruinam hominum parata, & propterea digna, quæ omnium maledictis pulſetur.) Plinius, de ſuo tempore teſtis, ait: Imus in viſcera terræ, & in ſede manium opes quærimus, tanquam parum benigna fertilisq; quaqua calcatur: illa nos premunt,

illa nos ad inferos agunt, quæ occultavit natura: rumpimus telluris alvum, & in viſcera ejus ſævientes, aurum ad vitium extrahimus. Quam innocens, quam beata, imò delicata eſſet vita, ſi nihil aliud quam ſupra terras concupiſceret, breviter, niſi quod ſecum eſt! Balthaſar de Vias *d. tr. pag.* 236.

Obſervatio IV.

De variis per orbem aurifodinis.

AUrifodinæ in Imperio Germaniæ raræ ſunt, ſunt tamen in Bohemia, & fuerunt in ditione montana Marchionum Brandenburgenſium, circa locum, cui nomen Goldkronach/ ex qua reditus ſingulis ſeptimanis fuerunt 1500. aurei. Gallia olim, teſtibus Strabone *lib.* 3. *&* 4. Plinio *lib.* 33. *c.* 3. Theod. Siculo *lib.* 6. *de antiq. geſtor.* dicitur fuiſſe auri feraciſſima, nunc autem, ſeneſcente mundo, & ferè effœto parere aurum deſiiſſe, docet Balthaſ. de Vias *d. tr. p.* 212. cujus cauſam non ſterilitati naturæ, ſed avaritiæ extremæ, *qui a oſté a la terre tout le loiſir qu'elle deſire pour parfaire ceſte ſubſtance ſi elaborée. Car la Nature n'en a jamais eſté ſterile, pourveu qu'on luy en donne le temps.* (quæ ſurripuit tempus & otium, quod natura deſiderat ad elaborandum hanc ſubſtantiam perfectam; Natura quippe nunquam fuit ſterilis, modo non deſtituatur tempore) adſcripſit Bret *au plaidoye* 33. *fol.* 183. *&* 184. Thuanus non deeſſe Galliæ aurum docet *hiſtor. lib.* 129. & meminit fodinæ ad Martini fanum in agro Lugdunenſi, ſuo tempore aurum magna copia ferentis; addit verò laboris improbi, & plerumque periculoſi, aſſiduitatem, parſimoniam & victus tenuitatem, quæ in operariis requiritur, terræ Francicæ abundantia ſubminiſtrare minimè poteſt, in qua homines lautius vivere aſſueti, quantum ad opus tanti ſumptus opus eſt, ſibi parcere nequeunt. In Imperio Turcico duæ fodinæ auri laudantur, quarum una eſt in Macedonia, ad radicem montis, qui dicitur Sanctus: altera in Bulgaria, in confinio Macedoniæ. Baudier *en l'hiſtoire generale du Serrail, & de la cour du Grand Seigneur, Empereur des Turcs liv.* 1. *chap.* 1. *pag.* 13. In India occidentali, quæ Hiſpanis paret, aurifodinæ immenſi fructus ſunt, qui Peruanum Regnum auro abundare fecerunt, & nunc Hiſpaniæ ſubminiſtrant. Cum Franciſcus Pizarra Peruanum Regnum, nomine Regis Hiſpaniarum, ſubegiſſet, tanta auri & argenti abundantia extitiſſe dicitur, ut vini cadus trecentis aureis Hiſpanis, pallium Hiſpanicum mille, equus ſex mille, æſtimaretur. Id quidem propter immenſas opes ejus regionis: quæ incredibiles videri poſſent, niſi & ex Indorum hiſtoria, & ex publicis rationibus extarent argumenta, quibus conſtat, amplius decies millies ſeſtertium ab Rege Atabaiippa expreſſum, præter opes decuplo majores, quas privati, quas Duces, quas milites, quas ipſi Quæſtores diripuerunt, ut Auguſtinus Zarata, logiſtes Hiſpani Regis, ex publicis rationibus expreſſit Bodinus *de Republ. lib.* 6. *cap.* 2. *pag.* 1019.

Hiſpa-

Digitized by Google

Hiſpaniarum Reges poſt acquiſitionem hujus Indiæ partis, immenſum millionum auri numerum, inde lucratos fuiſſe, nemo eſt qui neſciat. Ante triginta ferè annos, ſumma æqualle dicitur mille quingentos, & triginta ſex milliones; Autor diſcurſus quem inſcripſit *le coup d'Eſtat. pag.* 27. De ſuo tempore, ex rationibus publicis Seviliæ, annotavit Camus, *en ſon divertiſſement hiſtorique. pag.* 113. mille & ſexcentos milliones auri.

Obſervatio V.

Gratiani, Valentiniani & Theodoſii conſtitutio, de auro non transferendo ad Barbaros.

AB Imperatoribus Romanis, Gratiano, Valentiniano & Theodoſio, *l.* 2. C. *de commerciis & mercator.* interdictum fuit aurum transferre ad Barbaros, & mandatum, ſi apud illos inveniretur, ſubtili ingenio auferendum eſſe: Conſtitutio hæc longiſſimos ante annos obſervari deſiit, poſtquam auri apud Barbaros copia major eſſe cœpit quam apud noſtratès, & commerciorum ratio non admiſit amplius ſolam permutationem mercium fieri, ſed etiam requiſivit pecuniam. Parum autem intereſſe viſum, ſive illa aurea, vel argentea. Quod de ſubtili ingenio in *d. l.* 2. dicitur, non puto illud pro fraude accipiendum, ſed pro induſtria licita, quæ in contractibus toleratur. *l.* 16. §. 4. *ff. de minor. l.* 22. §. 3. *ff. locati conducti.* Aurum cœteris autem metallis prælatum, non ob colorem flavum, quia clarior in argento viſitur, & longius fulget, ſed propter perfectionem, quia ſolum inter metalla in igne nihil deperdit, durante materia etiam in incendiis rogisque: quinimò, quo ſæpius arſit, proficit ad bonitatem. Prætereà, quia uſu minimum ejus atteritur, cum aliis metallis lineæ producantur, & manus ſordeſcant decidua materia. Nullum prætereà aliud latius dilatatur, aut numeroſius dividitur. Accedit ſubſtantiæ incorruptibilitas: ſolum enim nullam contrahit rubiginem, nec ſqualorem, adeò ut contra ſalis, aceti ſuccos, rerum domitores, conſtans perduret. Id autem contingit tantum in auro puriſſimo. Una tantum res eſt, quæ veneni modo ipſum corrumpere videtur, hoc eſt argentum vivum: nam, quamprimum illud tetigerit, permeat intus, frangit, & tandem in pulverem convertit, nulla auri ſpecie apparente: ſed in igne reſurgit pulchrius, quam prius. Hæc igitur indicia ſunt nobilitatis ſubſtantiæ, ut meritò precioſiſſimum habeatur. Ejus autem vena, unde excoquitur, varia eſt: nam vel in fluminum arenis reperitur, quod genus perfectius eſt, curſu ipſo & tritu perpolitum; in montibus enim abradi ejus micas tenuiſſimas una cum lapillis, creditur: aut exhalationes ſubterraneæ in ipſo curſu aquarum purgatæ, lapillisque hærentes in aurum convertuntur. Aliud genus effoditur puteis, aliquando ſumma tellure inventum. Tertia ratio eſt, ex cavatis montibus, cuniculis per magna ſpatia actis, ad lucernarum lumina. Cæſalpinus *de metall. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 175. *& ſeq.*

Digitized by Google

Obſervatio VI.

1. *Aurum & argentum puriſſimum andetur?*
2. Löttig Gold.
3. *Auri bonitas intrinſeca eſt 24. caratorum.*
4. *Ducatorum bonitas.*

1. AUrum & argentum prorſus ſimplex, & ab omni ſorde & mixtura purum inveniri negant multi. Plin. *lib. 3. hiſt. cap. 3.* Budeus *de aſſe lib. 3.* Molin. *de uſur. contract. quæſt. 99.* Tileman Frieſe in Münz-Spiegel. *pag. 1. cap. 6.* (ubi ait: Sonſt iſt das Gold in ſeiner ſubſtantz gleich/ es ſey auß Arabia/ auß der Inſul Ophir/ auß Africa/ auß Ungern/ oder andern Orten/ allein daß es nicht gleich lauter gradirt iſt/ das eine hat mehr Kupffer bey ſich/ als das ander/ das eine mehr Silber/ denn das ander/ darnach es rein geläutert/ und geſeigert iſt. Jedoch kan kein Gold lauter geſeigert werden/ es bleibt immer etwas von Kupffer und Silber darunter/ auff das aller genaueſte ein Viertheil eines Carats/ das iſt der ſechs und neunzigſte Theil einer Marck. aliique relati à Budelio *de monet. lib. 1. cap. 21. num. 25.* ipſe tamen tale dari affirmat eodem in
2. capite, & *cap. 10. num. 28. & ſeqq.* In privilegiis Imperii, & conſtitutionibus Imperii dicitur Löttig Gold/ quod intelligi debet de eo auro, quod hodie pro puro habetur. Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 8. num. 71.* das keinen Zuſatz hat,
3. Budel. *dict. lib. 1. cap. 23. n. 16.* licet puriſſimum non ſit. Auri bonitatem, ſeu prædioſitatem, intrinſecam, quam ligam dicunt, diſtribuunt in gradus 24. quos ceratia, vulgariter caracta dicunt. Quod viginti quatuor caractorum eſt, illud dicitur, quod ab omni immundicie, omnique metallo, quo cum vel naturaliter, vel artificialiter miſceri poteſt, ut argento, ære, plumbo, ſtanno, ferro & reliquis, excoctum & repurgatum exiſtit, quove præſtantius, ſublimius, ac ſubtilius nullum haberi, vel excogitari poteſt. Hac ſignificatione ceratium non ad pondus veteris ceratii, aut etiam Siliquæ referendum, ſed ad auri puritatem. Budel. *d. l. Sauot au diſcours ſur les medailles. part. 2. chap. 3. pag. 66.* Hæc autem auri puritas in monetis non obſervatur. *In*
4. Ducatis ſumma puritas eſſe debet 23. caratorum, & 8. granorum. Keyſer Ferdinandi Münz-Ordnung/ de anno 1559. §. Ferner dieweil etliche Ständ. *pag. 538. in Cod. Receſſ. Imper.*

Obſervatio VII.

Ad verb. argenti.

Argentifodinæ variæ.

ARgentum ferunt flumina, monteſque (quod vel hominum diligentia, vel vis ignea detegit. Diodorus Siculus Pyrenen montem vocatum ſcribit, ab incendio ſylvarum, quod ſubſecuti ſunt argentei rivuli. Balthaſar de Vias *d. l. pag. 211.*) & loca alia. In Germania fodinæ argenti plures exiſtunt, diverſæ in Carinthia, in Tirolo. De Comitatu Tirolenſi ſcribitur, quod

Digitized by Google

quod argentifodinis, apud oppidum Schwartz/ adeò dives, ut non modo Ducatui valdè opulento, ſed etiam Regno comparari poſſe videatur. Nam, uti Cuſpinianus in Auſtria ſcribit, pendet ſuo Principi quotannis ordinariè tercentum millium aureorum nummorum. Nec tantum argenti, ſed & auri, metallorumque omnis generis optimorum theſauri permagni, è montium illius Comitatus ſcriniis hauriuntur. Speidel. *in ſpeculo jurid. polit. hiſtor. tit. 5. num.155. pag.1153.* In Miſnia, & locis adjacentibus, in Comitatu Mansfeldenſi, ad Goslariam im Remersberge. Sprenger. *in juriſpr. publ. pag.422.* & Hercyniam; item in diœceſi Trevirenſi, Kyriander *de Aug. Treviror. part.15. pag. 164.*

Obſervatio VIII.

1. *Argentifodinarum Schnebergenſium proventus.*
2. *Maxima argenti copia ex America in Europam advecta.*

IN Germania, ab anno 1471. die Dorotheæ ad annum 1550. ex venis Schnebergenſibus diſtributæ ſunt iis, qui venas coluerunt impenſis ſuis, 123355. tonnæ auri. Et loco dicimarum, ſolutæ Principibus amplius 20559. tonnæ auri: tantundem iiſdem ſolutum eſt de ſignatione argenti, vom Schlegel. Ex Georgii fodina Schnebergiana, ut Agricola ait: foſſores tam multum argenti quarta anni parte eruerunt, ut in ſingulas centeſimas vigeſimas octavas partes diſtribuerentur panes argentei, ſilberne Kuchen/ qui valerent 1100. aureos Rhenanos. Tantum argenti nuſquam ulla vena fudit, quantum D. Georgii Schnebergæ. Hæc eſt fodina illa, quam fama de Alberti, Ducis Saxoniæ, menſa argentea nobilitavit. Hic enim Princeps illectus magnitudine argenti, in eam foſſam deſcendit cum Conſiliariis, & ſuper argenti maſſa cibum ſumpſit. Cumque nihil unquam præclarius, & ſplendidius vidiſſet, in hæc verba erupit; Imperator noſter Fridericus potens quidem eſt, & opulentus, non tamen credo eum jam tanti pretii menſam habere. Capto Johanne Friderico Electore Saxoniæ, ſubductis rationibus inventum eſt, Schnebergenſes proventus metallicos ſingulis annis fuiſſe florenorum 100000. quandoque etiam 60000. vel 50000. vel minimum 40000. Dreſſer. *Iſagog. hiſtor. part. 5. pag. 545. & ſeq.* cui junge illa, quæ annotavi *tom. I. jur. publ. lib.3. cap. 2. num. 11.* Ex America in Europam tranſlata quantitas argenti, tanta eſt, ut ex inito millionum, qui claſſibus ſunt advecti, certo computo, & facta comparatione cum diſtantia, quæ eſt inter Hiſpaniam & Americam, repertum ſit, ab uno ad aliud extremum fabricari potuiſſe pontem ex palis argenteis, longis palmos novem. Et prætereà, quod ſi tota illa argenti vis uno aliquo in loco poſſet iterum uniri, montem ex illa, Potoſio, ex cujus viſceribus maximè effoſſæ ſunt illæ opes, majorem poſſe excitari. Ex Alphonſo Dovaglia. Chiflet. *Lampad. hiſtor. 11. ad Vindic. Hiſpan. pag. 73.*

Obſervatio

Obſervatio IX.

1. *Argentum puſtulatum, & paſtillatum.*
2. *De precioſitate argenti.*

1. JUlianus Taboetius *in paradoxis Regum. part. 3. pag. 167.* Argentum dividit in puſtulatum, & paſtillatum: Puſtulatum dicit, puriſſimum & excoctiſſimum; Paſtillatum, in paſtillos minutatim redactum, quale eſt illud, quod venale exponitur, ſine nota & charactere, & appendi ſolet, non numerari.
2. Liga argenti, ſeu ejus pretioſitas, in duodecim gradus diſtribuitur, quos denarios appellant (denarius hic accipitur, non pro aliqua monetæ ſpecie, ut aliàs, ſed pro duodecima parte metalli argentei meraciſſimi.) Denarius iſte iterum dividitur in 24. grana, ſeu momenta. Si marca una, octo habens uncias in pondere, eſt duodecim denariorum, illud argentum eſt puriſſimum, meraciſſimumque, ab omni extranea materia planè, & prorſus repurgatum; ſimplex & merum duodecim denariorum argento impoſſibile eſt præſtantius puriusque in mundo eſſe poſſe: hoc eſt principium artis, ut tradit Budel, *de monet. & re numm.* cui conſentanea ſcribit Savot, *en ſon diſcours de medailles. part. 2. chap. 6. pag. 65. & ſeqq.*

Obſervatio X.

Ad verb. fodinas.

De varietate fodinarum.

FOdinæ variæ ſunt; auraria, ex qua aurum; argentaria, ex qua argentum; calcaria, ex qua calx; ſulphuraria, ex qua ſulphur. *l. 8. §. 10. ff. de pœn. l. 52. §. 8. ff. de furt.* cotaria, ex qua cotes, *l. 15. ff. de public. & vectigal.* Sixtinus *d. lib. 2. de regal. cap. 16. num. 22.*

Obſervatio XI.

1. *Metalli fodinæ ſunt, vel in locis publicis, vel in privatis.*
2. *Ad quem, & quali cum fructu, illa pertineant.*
3. *De uſu Galliæ.*
4. Salpeter graben/ *cui competat in Germania.*

1. MEtalla effodiuntur, vel in locis publicis, vel in privatis. Si hoc fiat in locis publicis, fodinæ illæ pertinent ad Regalia, Sixtin. *d. cap. num. 32.* & illum, ad quem ea ab Imperatore tranſlata. Si fiat in privatis, de jure civili Romano pertinent ad Dominum fundi, qui illa fodina uti poteſt ipſe, vel alii ejus uſum permittere. *l. 1. l. 3. Cod. de metallariis. lib. 11. l. 13. §. 1. ff. commun. prædior.* Caſu, quo ipſe utitur, debet præſtare canonem metallarium; ſi verò alius, debet ille & fiſco, & Domino repræſentare decimas. *d. l. 3. de metall.*
2. Conſtituit quidem Afflictus *ad c. un. quæ ſint regal. num. 11.* differentiam inter auri, argentique fodinas, & alias; quaſi illæ tam in privato, quam publico

publico loco inventæ, ſimpliciter ſint Principis; cœteræ in privato repertæ, ſint Domini agri: ſed, advertente Sextino. *d. cap. num.* 37. contrariatur iſta ſententia. *d. l.* 13. *§.* 5. *ff. de uſufr. & l.* 7. *§.* 14. *ff. ſol. matrim.* Ut maximè verò de jure civili Romanorum, hoc verum ſit de Domino, non tamen eſt per omnia reliqua, *arg. d. l.* 7. *§,* 13. *&* 14. *ff. ſol. matrimon. l.* 31. *ff. de jure dot.* nec etiam quod ipſum Dominum attinet, ubique obſervatur. *La couſtume d'Aniou artic.* 61. *veut, que la fortune d'or, trouvee en mine, appartienne au Roy; & la fortune d'argent, trouvée en mine, appartienne au Vicomte, ou Baron; qui eſt obſervée pour ce regard, pour ce qu'elle a eſté omologuee en la Cour, du conſentement du Procureur general.* (Conſuetudo Andegavenſis *art.* 61. diſponit, aurum, inventum in metallifodina, Regi cedere: argentum verò Vicecomiti, vel Baroni: Atque hæc ita obſervatur, quoniam approbata eſt in Curia Parlamenti, conſentiente Procuratore Regis generali.) Bret. *d. lib.* 3. *de la ſouver. du Roy. chap.* 6. *pag.* 392. Eodem in Regno, *il ſe void, dans les ordonnances de Charles IX. de l'ann.* 1563. *& de* 1567. *que de mines d'or, d'argent, & cuivre, de fer, d'acier, de plomb, de vif argent, de vitriol, d'alun, de couperoſe, de ſalpeſtre, & de ſel nitre, on doit payer au Roy la dixieſme; mais par une declaration poſterieure, que l'on fit à Sainct Germain, en Novembre,* 1583. *ce droit fut reſtreint ſur l'or, & ſur l'argent.* (In conſtitutionibus Caroli IX. anni 1563. ac 1567. legitur, ex fodinis auri, argenti, cupri, ferri, chalybis, plumbi, argenti vivi, chalcanthi, aluminis, chalcitis, ſalispetræ, & ſalis nitri, decimam ſolvi debere Regi: verum, per declarationem poſteriorem, factam in ſancto Germano anno 1583. jus decimæ fuit limitatum, & reſtrictum ad aurum tantum, & argentum.) Cœterum Conſtitutionibus Regiis Galliæ *il eſt permis indifferement, de chercher, querir & ouvrir les mines, en tous lieux, en recompenſant neantmoins les proprietaires, au dire de gens à ce cognoiſſans. En quoy nous ſuivons,* (verba ſunt du Bret. *d. lib. & cap. pag.* 389.) *l'opinion de la gloſe, ſur la loy, cuncti, & ſur la loy, quosdam. Cod. de metallar.* qui dit, *que cela ſe peut faire,* invito Domino, propter utilitatem publicam (permiſſum eſt indiſcriminatim quærere, & effodere venas metallicas, in omni loco: ita tamen, ut Domino fundi detur remuneratio, ſecundum arbitrium peritorum ejus negotii. In quo ſequimur opinionem gloſſæ, *ad l. cuncti. & l. quosdam Cod. de metallar.* quæ dicit, id fieri poſſe invito Domino, propter utilitatem publicam) Aurum enim in ſua natura quærere, juſtitia eſt, *diſoit Caſſiodore, pourveu que, comme j'ay dit, le particulier ſoit indemnisé.* 4. In Germania à Principibus conceditur certis perſonis inveſtigatio, & effoſſio ſalis nitrati, in ædibus privatorum, ita ut emolumenti nihil inde perveniat ad Dominum ædium, ſed tantummodò aliquid ad Principem, & reliquum ad effoſſorem. Ex conſtitutione Johannis Georgii, Electoris Brandenburgenſis de anno 1583. quæ legitur apud Scheplitz. *part.* 4.

3. (margin, beside line "nec etiam quod ipſum Dominum attinet")

conſtit. Marchiæ Brandenburg. tit. 5. §. 12. pag. 423. diſcimus: Dem Churfürſten/ als Lands-Herrn/ ſtehe von Recht/ und Obrigkeit wegen/ ohne Mittel zu/ in allen ſeinen Landen/ ſo wohl auff Herꝛſchafften/ Lehen/ und andern Gütern/ als in ſeinen ſelbſt eigenthümlichen Gütern und Aemptern/ das Salpeter graben/ und Vorſieden/ als ein Regal/ gleich allerhand Metalliſchen Bergwercken. Darauff wird befohlen ins gemein/ allen deß Lands Unterthanen und Beampten/ daß ſie jedes Orts verordneten Salpeter-Sieder/ auff ſein Anregen unweigerlich/ auch ohne begehr einiges Abtrags/ oder Genieß/ nachgeben und verſtatten/ Salpeter zu graben/ allenthalben/ es ſey in Heydn/ Wäldern/ Feldern/ Gärten/ Häuſern (doch der Graſen/ Herren/ und Adeliche Reitterſitz und Höfe außgenommen/) Kammern/ Scheunen/ Ställen/ oder wo ſonſt Salpeter-Erde vermuthet wird.

Obſervatio XII.

Ad verb. Stanni.

De Stanno.

STannum eſt metallum ex impurioribus, & humidioribus album, cum argento oriens, cujus ſplendorem æmulatus, longè tamen mollius & vilius. Martinius *in Lexico Philologico. verb. Stannum.*

Obſervatio XIII.

Ad verb. Cupri.

De Cupro.

UNter allen Metallen iſt das Kupffer/ oder/ wie es die Alchimiſten nennen/ Venus, dem Silber-oder Lunæ das nechſte/ und ob wohl das Kupffer auch vom Queckſilber/ oder Mercurio, ſeine Geburt hat/ wie dann der Mercurius vulgi eine Wurtzel/ oder Mutter aller Metallen iſt: So iſt doch ſein Schöpffniß etwas gröber/ und unvollkommener/ durch grobe Spiritus ex venis adjacentium Mineralium, als deß Schwefels/ Vitriols/ und anderer angewandten Mineralien, Bergſtein/ und Bergerden/ daß es ſolche Vollkommenheit nicht hat/ wie Gold und Silber/ deßgleichen nicht beſtändig iſt/ im Waſſer oder Erden: Derowegen es auch in keinem groſſen Preiſe/ ſondern umb deß willen/ daß die Menge deſſen zu bekommen/ und in vielen Orten auß der Erden und Bergen erwunnen/ und zu Tag gebracht wird. Seine Proportio iſt gegen dem Silber auch nicht zu allen Zeiten gleichmäſſig/ ſondern darnach die Kupffer Bergwerck im Schwang gehen; Hie vor der Zeit/ hat ein Pfund Silber 220. Pfund Kupffers gegolten, ex Tilemann Friſen Müntzſpiegel. *lib. 1. cap. 10.* Speidelius *in ſpeculo juris polit. hiſtor. ſub. lit. K. num. 105. pag. 749.*

Obſervatio XIV.

Ad verb. Ferri.

De Ferro.

FErrum viliſſimum omnium metallorum cenſetur, quamvis vitæ humanæ ſit maximè neceſſarium, quia robuſtiſſimum eſt. Ignobilitas tamen ſignificatur, primum, ob infuſionis impotentiam, ſignificat enim multum contine-

continere exhalationis ſiccæ, atque admodum craſſæ, & terreſtris. Deinde, ex colore livido materiæ impuritas ſignificatur: facilimè quoque contrahit ſuam rubiginem, & in pulverem tandem vertitur. Cæſalpinus *de metallis lib. 3. cap. 6. pag. 182.*

Obſervatio XV.

Ad verb. Plumbi.

De Plumbo.

PLumbum reperitur duplex, naturale, quod ſua ſponte naſcitur in terra, nec aliud quicquam gignit: hoc ſolet eſſe nigrum. Aliud eſt, quod naſcitur cum argento, & miſtim conflatur, quod album plumbum dicitur; & eſt primus liquor in fornacibus ex argento defluens, & ſtannum appellatur, argentum verò remanet in fundo. Taboetius *d. tr. part. 3. pag. 169.*

Obſervatio XVI.

Ad verb. cujuscunque generis metalli.

Varia metallorum genera.

ISidorus *lib. 16. cap. 16.* ſeptem ponit metallorum genera; nempè, aurum, argentum, electrum, æs, ſtannum, plumbum & ferrum: ſed multa omittit, quæ tam in jure civili Romanorum, quam ab aliis inter metalla referuntur. Taboetius *d. tr. de paradoxis Regum part. 3. pag. 164.* duodena metallorum genera recenſet, octo perfecta, aurum, argentum, æs, electrum, cuprum, ſtannum, plumbum, ferrum: quatuor imperfecta, argentum vivum, marmor album, ſal ſubterraneum, & minium; quorum cuilibet ſua tribuitur fodina & officina.

Obſervatio XVII.

Ad verb. etiam Salis.

1. *De Sale.*
2. *De ſalinis, an ad regalia referantur.*
3. *An idem fiat in Bohemia.*

SAl varium eſt & diverſis conficitur modis, de quibus dixi *in Notit. Regni Franc. lib. 1. c. 6. lit. bb. & cc. p. 147. ac. ſeq.* ac videri poteſt Sebizius *de aliment. facult. lib. 2. cap. 11. pag. 527. & ſeqq.* Salis tria genera facit Dioſcorides, foſſile, marinum, & lacuſtre: Cæſalpin. *de metallicis. lib. 1. cap. 16. pag. 40.* Textus noſter ſaltem agit de eo, quod effoditur è terra, (quod inter metalla refertur) & inde foſſile dicitur. In *c. un. de regal. 2. F. 56.* generaliter reditus Salinarum recenſentur inter Regalia: Et ab interpretibus ipſæ Salinæ in loco publico inventæ. Sixtin. *de Regal. cap. 19. num. 12.* qua reſtrictione. *num. 14.* conciliare ſtudet diverſas Doctorum opiniones, quorum alii ſimpliciter negant ſalinas eſſe inter regalia numerandas, alii ſimpliciter contrarium affirmant. Nec obſtare ait: *num. 15. Caroli IV. A. B. hoc cap. 9.* Nam privilegium hîc Regi Bohemiæ & aliis Electoribus datum, eò ſpectare, quod illi Principes, ut fodinas, ſic & ſalinas in ſuis etiam privatis prædiis

repertas, ab omni onere immunes habere poſſint, & nihil fiſco ſalis nomine præſtare teneantur; quemadmodum & eò illud privilegium pertinere dici poſſet, quod Salinæ, ut regale, eorum Principum ſint, etiamſi inveniantur in iis locis, quæ Imperii revera ſunt reſpectu directi Domini, & quæ ab Imperio jure feudi tenent, tanquam Vaſalli, eaque ratione, quod Cæſar in Salinis habet, quoad ipſam proprietatem & utilitatem, in locis etiam publicis, ex conceſſione Cæſarea ipſi Principes habere cenſeantur in locis publicis, quæ ab Imperio habent. Placuiſſe enim Carolo IV. ut omne jus, quod in Salinis Imperatori debetur, in eos per Privilegium transferretur in omnibus terris, ditionibus & locis, quæ ab iis poſſiderentur, ſive privata
3. ſive publica eſſent. Reperio in dem Vertrag de anno 1574. zwiſchen Königl. Majeſtät/ und den Ständen in Böhmen/ die Bergwerck und Metall belangend/ Maximilianum Imperat. ſibi expreſsè reſervaſſe ſalinas, tàm in ſuis, quàm aliorum fundis, hiſce verbis; Was die Saltz-Bergwerck/ es ſey an Saltzſtein/ oder Saltzbrunnen/ anlanget/ die wollen Wir Uns und Unſern nachkommenden Königen zu Böhmen/ als ein hohes privilegirtes Königliches Regal, in alle Weg/ es ſey auff Unſern eigenen/ oder der Ständ Grunden/ zu Unſern ſelbſt Gebrauch/ Verleihung und Genieß/ frey vorbehalten und außgezogen haben. Ita legitur *in metall. corpore juris. Deuceri. pag.* 257.

Obſervatio XVIII.

De Salinis Germaniæ Hallenſibus, in Saxonia.

SAlinarum in Germania ampliſſimus eſt numerus, ſed non ubique eadem Salis bonitas. De origine Salinarum Saxonicarum ex profeſſo ſcripſit Unzerus, & ex eodem Sprengerus *in jurisprudentia publica. pag.* 407. mutuatus eſt hanc Salinarum Hallenſium deſcriptionem: Urbs Halla quatuor potiſſimum fontibus ſalſis, non procul à Sala fluvio diſſitis, *conſpicua eſt*, quorum unus, maximèque præcipuus; Der Teutſche Born/ alter, Gut-Jahr/ tertius, der Meterß/ & quartus der Hacke-Born/ vernaculà linguâ vocatur. Hi autem fontes, quamvis longo ſpatii, ac locorum intervallo, invicem disjuncti minimè ſint, ſalſugo tamen in uno copioſior, abundantiorque eſt, quàm in altero; ſiquidem quartarium Muriæ Primarii hujus fontis, à Teutone appellationem ſortiti, debito modo coctæ, continet in ſe uncias duodecim Salis: ſecundi verò, id eſt, deß Gut-Jahrs/ uncias undecim, cum ſemiſſe drachmæ: Tertii undecim uncias: Quarti tandem uncias decem, cum ſesquidrachma Salis habet. Ex his igitur quatuor fontibus (quorum primus triginta quinque, ſecundus verò quinquaginta, tertius quadraginta quinque; & quartus triginta octo ulnarum altitudinem exæquat) aquæ ſalſæ, tàm interdiu, quàm noctu, labore improbo extrahuntur. Et primò quidem (den Teutſchen Born) ſola machinâ tractoriâ, cui

cui continuè in orbem retorquendæ, & cum quatuor ei annexis urnis, ſalſuginem ex profunditate putei exhauriendi, octo homines, robore multum aliis præſtantes, & alternas vices ſubeuntes, deſtinati ſunt. Ex tribus verò reliquis, Muria peculiari quadam Rota, ſatis magna, cui quidem circumverſandæ, nudisque pedibus in gyrum impellendæ, ſemper bini ac bini invicem ſuccenturiantur, educitur, inque lintrem, ſeu labrum quoddam ligneum, 24. circiter urnarum capax, effunditur. Effuſa, exceptaque poſteà cadis, ſeu antliis (quarum ſingulæ octo ſitulas, ſitula autem quælibet octo cantharos, Cantharus autem binos ſextarios continet, à bajulis (qui Bornknechte / vulgò dicuntur) ad officinas, ſeu caſas, (die Kothe) quarum 105. ibi numero, diverſæ magnitudinis & capacitatis, exſtructæ ſunt, adportatur, ibique in dolium culcare terris infoſſum (das Saal-Faß) funditur, ex quo rurſum ab Halurgis, ſeu Salis excoctoribus, hauſtoriis minoribus tractum, in cortines, ſeu ſartagines quadrangulas, ex laminis ferreis compactas, ac fabrefactas, octo circiter pedes longas, latas verò ſeptem, & ſemipedem altas, quarum tamen ſingulæ, ſingulis caſis, ſeu tuguriis inſunt, definita ac præſcripta menſura (36. ſcilicet ſitularum) infunditur, ſubjectisque flammis largioribus coquitur. Quò autem Muria illa eò celerius coagulatur, circiter ſeſquicyathus Romanus ſanguinis Bubuli in Cortinas, aquis jam repletas, effunditur, qui diſſolutus, ſtatim in omnes earundemque partes diſtribuitur. Cum jam aquis effervescentibus, ſordes ac fœculenticæ ſpumis commixtæ putent, deſpumantur, qui primus coquendi, ac deſpumandi labor, ſemihoram circiter exigit; deinceps verò, poſt horæ quadrantem, Muria incipit in ſalem denſari, quæ aſſiduè jamjam concreſcens, batillis ligneis verſanda. Inde, ubi per horam integram deferbuit, tunc ſubſtracto nonnihil igne majore, adpoſitisque ad latera Caldarii duobus aſſeribus, ad prohibendum ventorum & auræ frigidioris ingreſſum, ſeu adpulſum, ſeſquiſextarius cereviſiæ Hallenſis, cujus virtute in grumas maſſa ſalis abit, adfunditur. Quæ maſſa deinde, ſemihoræ intervallo in corbes vimineas κωνοειδεῖς, quorum bini ſingulis cortinis ſunt impoſiti, pala ingeritur tantiſper, donec impleantur, adeò ut ſal ipſum, duarum ſpithmarum altitudine ſuper Corbes emineat, iisque ſuperſtet. Corbes hi poſteà in locum paulò editiorem caſæ reponuntur, ut aquoſitas reſidua exſtillet, maſſaque ſalis aëre calido magis exſiccetur. Et quidem antequam hi Corbes à cortinis removentur, ſæpius ex ima parte illorum Styriæ Salis pulcherrimæ ex deſtillatione Salis adcreſcunt, tignis ſeu trabibus eos ſuſtinentibus, quæ muneris loco interdum honoratioribus offeruntur. Inter coquendum ſalem autem hæc cautio adhibenda, ne quid pingue, aut adipoſum, ſalſugini in cortinis accedat, aut admiſceatur, id enim omninò concreationem maſſæ ſalinæ impediret. Prætereà hoc quoque adjiciendum, duas, quas vocant ſalis maſſas,

(ein Werck/ oder zwey Stück) quatuor horarum ſpatio in ſingulis caſis ex 36. aquæ ſalſæ ſitulis, quarum una ad decem ſextarios Romanos capit, ſicque intra 24. horas 12. ſalis maſſas,(ſechs Werck) & ſpatio integræ ſeptimanæ 72. maſſas, ſeu metas confici. Metæ autem hæ ſalinæ poſteà per aurigas exteros, quotidie in urbem advolantes, in diverſa Germaniæ loca, ubi indigentia Salis quàm maximè laboratur, inde bigis, ac quadrigis, interdum etiam ſejugis avehuntur, præcipuè tamen in Bohemiam, Moraviam, Sileſiam, Franconiam, Turingiam, Miſniam, ac tractum Rhenenſem, magna copia illic importantur, ibidemque venum exponuntur. Obiter & hoc notandum, in Caldariis illis, quibus Sal excoquitur, Muria fontium in fundo maſſam quandam ſubſidere, ibique in lapidem quaſi indureſcere, firmiterque adeò adhæreſcere, ut poſteà ſale exempto illam malleis contuſam, ſeu percuſſam, fruſtulatim eximi neceſſe ſit, quæ fruſtula tamen ita exempta ad varios uſus adſervantur. Tandem hîc quoque minimè reticendum duximus laudabilem Hallæ Sax. conſuetudinem, quod ſcilicet ſingulis annis, die nimirum illo Sabbathi, qui immediatè præcedit ſolenne Feſtum Paſchatis, fontem ſalſarum aquarum primarium (den Teutſchen Born) exundare patiuntur, Halurgis, ſeu Coctoribus ſalis interim ab operis ſuis planè feriantibus, fitque cuilibet poteſtas, toto eo die, à ſummo mane uſque ad veſperam, de ſalſugine illa hauriendi, quantum libuerit, unde pauperes, ruſticique multi è vicinis pagis, & agris, magno agmine tunc accurrentes, ſuas lagenas, doliola, vaſaque alia, ejusmodi Muria implent, impletà domum reportant, & longo tempore ad uſum ſanitatis jumentorum ſuorum illam reſervant, &c. Hactenus Unzerus.

Obſervatio XIX.

De Sale Enchuſano.

IN inferiori Germania Enchuſa propter Salis copiam clara *eſt. Hoc oppidum* autem factitii Salis gloriam affectat, numeroſis admodum longo ſecundum aggerem tractu exſtructis extra mœnia tectis ſalariis, in quibus ſtrues Salinarum aggeſtas videre eſt, ſudantibus noctes dieſque operis. Oppidani homines gnavi & induſtrii, ex Armoricis civitatibus ſalem, ſed aſperum & pullum, corbitis devectum, cortinis amplis excoquunt, affuſa marina, quæ nonnihil inertem, mitemque guſtui ſalis ſaporem corrigendo exhibet, ac candorem, menſis, cibiſque gratum, arte conciliat, quamvis ex atro fumo, quem ceſpitum bituminoſa materia evomit, tecta tota fuliginem denſam, & atrocem imbiberint. Noſtra enim regio, tametſi opportuna habeat cataractarum clauſtra, quibus ſalſæ maris undæ commodè admitti queant, ut fieri ſolet in Italia, Galliiſque, deſtituitur tamen acribus illis æſtivi Solis fervoribus, quorum perneceſſarius ad durandos latices uſus

requi-

Digitized by Google

requiritur, ut in coagula concreſcant cruſtæ glebæque ſalis, aut in minutos grumos ſiccentur. Ab his diverſum conficiendi ſalis morem apud Hermunduros (qui Cattos, unde nobis origo, pepulerunt) receptum tradit Tacitus, quo ardenti arborum ſtrui aqua infuſa denſabatur, & igne concreſcebat, pugna quadam elementorum ignis, & aquæ. Quin & majores noſtros accepi in peculio ſuo, hoc eſt, genitalibus terris, ſalis natales coluiſſe diligentius, antequam corbitis aperto Oceano Armorici & Hiſpaniæ frequentari cœperant, tum namque è glebis uſtis, & in cineres verſis, opimo quæſtu ſalem conficiebant; non ſalo, non ſalinis (quarum inventum Anco Martio tribuitur) uſi, & in adjacentes regiones uberrimo compendio eum devehebant, qui aqua affuſa ſplendidus nitebat, Sält ſout populatium idiomate dictus, quòd è glebis ſalſilagine imbutis arte extractus eſſet; ad quem quæſtum ita plerique paſſim calluerant, ut agrorum ſumen omne (quippe in ſumma eorum vilitate) exhauſerint; unde multi natum augurantur, quod ſolum, infinitis in locis, redditum ſit depreſſius, humiliusque. Adde, quòd è bituminoſis ceſpitibus ſubterraneis (quos alibi Darias vocari, admonui) incefactis, ſalſaque perfuſis, ætas avorum elicuiſſe cognoſcitur, quæ nunc urs exolevit, & in deſuetudinem abiit, ob affluentem ſalis copiam, quam Galliæ, Hiſpaniæque ſubminiſtrant. Hadrianus Junius *in deſcript. Bataviæ. cap.* 17. *pag.* 278.

Obſervatio XX.

1. *Carolus IV. non tantum diſponit de metallis inventis, ſed etiam de inveniendis.* *Ad verb.* inventas.
2. *An hac diſpoſitione Carolina opus fuerit?*

AUrea Bulla diſponit non modo de mineris illo tempore inventis, & extantibus in Electorum ditionibus, verum etiam quæ futuro tempore invenire contigerit. 1. Quod ſi ſpecialiter ſingulorum Electorum ditiones examinamus, fatendum eſt, vix ullam omnibus ejusmodi fodinis, & mineris metalli, claram fuiſſe, & ne hodie quidem eſſe; ſcilicet, verum eſt, quod ex Ulpiano refertur. *l.* 8. §. 4. *ff. de pœn.* metalla multa numero ſunt, & quædam quidem provinciæ habent, quædam non habent. Credibile autem omninò ſit, illas fodinas, quæ Electorum in ditionibus ante tempora Caroli IV. fuerunt, non primum A. B. illis collata, ſed ab antecedentibus Imperatoribus conceſſa fuiſſe, non minus quam aliis. Carolus Magnus, Ludovico Comiti Glichenſi facultatem, aurum & argentum, aliaque metalla fodiendi, conceſſiſſe dicitur. Goldaſt. *tom. I. Conſtit. Imper. pag.* 17. Fridericus II. Ludovico Bavariæ Duci, & Palatino Rheni, omne genus metalli in terris patrimonii & feudi fodere indulſit. Goldaſt. *d. tom. pag.* 298. Idem us Electorem Saxoniæ ex ſingulari privilegio ante Caroli conſtitutionem generalem habuiſſe, ex Sim. Piſtoris *conſil.* 4. *num.* 7. *Poſito poſt Conſilia Modeſt. Piſtor. vol.* 2. tradit Sixtin. *d. cap.* 16. *n.* 80. Unde videri poſſet, Carolina 2.

lina

lina confirmatione non admodum opus fuiſſe, tam quoad jam extantia, quam quoad futura: nam & harum in anterioribus privilegiis, vel generaliter, vel ſpecialiter mentionem factam fuiſſe, certum eſt. Adde, ſine dubio à multis retro annis Electores de regalibus fuiſſe inveſtitos, & propterea etiam de mineris *argum. d. c. un. quæ ſint Regal.* 2. F. 56. quod longè ante Carolum IV. confectum.

Obſervatio XXI.

Cur Carolus in Bulla ſua non omnia Regalia Electoribus competentia expreſſerit, & confirmaverit?

QUæri autem non ſine ratione poteſt, cur Carolus hîc, & in ſequ. c. non omnia Regalia jura Electorum, ſed tantum nonnulla recenſere, & confirmare voluerit? Ego conjiciendi licentiam hîc aliis relinquo liberam, ipſe non habeo, quod curioſitati meæ ſatisfaciat.

Obſervatio XXII.

Explicatio* c. un. quæ ſint Regal. *quid per argentarias intelligat?

QUoniam de Regaliis, & eorum recenſitione, quæ fit *d. c. un. quæ ſint Regal.* mentionem injecimus, operæ pretium erit inveſtigare, quid nomine argentariarum intelligi debeat? Eguinarius Baro, *in explic. d. c.* per argentarias, intelligit munus argentariorum, vel potius argentariæ faciendæ, quod publicam cauſam munus argentariorum habere dicatur. *l. Argentarius.* 10. §. 1. *ff. de edendo.* Hotoman. *in Comment. feud. ad dict. cap. num.* 16. ab eadem opinione non alienus, intelligit poteſtatem argentariæ permittendæ; nam cum argentariorum officium publicum ſit. *d. l.* 10. & fidem publicam habeant. *l. ſi ventri* 24. *ff. de reb. author. judic. poſſid.* ſolius Principis jus eſſe, ejus artis exercendæ poteſtatem facere. Pro qua opinione facit, quod in Gallia nemo poteſt propria autoritate, citra Regis permiſſum, menſariam & argentariam exercere. Papon. *lib.* 5. *arreſt. tit.* 1. *num.* 8. vide *Notit. Regni Franc. lib.* 2. *cap.* 7. *lit. eee. pag.* 499. Hanc interpretationem atro carbone notans Sixtin. *d. cap.* 16. *num.* 3. *&* 4. communem amplectitur, quæ argentarias interpretatur de Fodinis metallorum. Ego neutram carere dubio, deprehendo. Ante omnia autem mihi reddi poſtulo rationem, cur, ſi de metalli fodinis hîc agatur, ſub argentaria etiam auraria debeat, vel poſſit venire, & cur non potius auraria, tanquam metalli ſummi, debuerit mentio, & ſub illa minora, argenti & reliquorum, complexio fieri: Si modo, in privilegiis, & conceſſionibus, ſub auro intelligatur argentum, vel ſub argento aurum, quod vix admittent illi, qui conceſſionem determinatam ultra id quod exprimitur extendi non patiuntur. Jaſon. *conſil.* 173. *num.* 3. Surdus *conſil.* 381. *num.* 7. & conceſſiones ſtrictiſſimi juris eſſe docent, ut tantum exiſtimetur conceſſum, quantum expreſſum: poſt Sichard. & Knichen, Adam. Keller.

lib. 2.

lib. 2. de offic. jurid. pol. cap. 15. fol. 448. per ſe autem notum, aliud eſſe argentum, aliud aurum, indeque ſeparari in rubrica tituli *de auro, argento, mundo, &c. legatis*, & in legibus hoc titulo comprehenſis, ac expreſsè *in l. un. C. de argenti precio, &c.* & conceſſo per privilegium jure cudendi monetam argenteam, non inde conceſſam etiam eſſe jus cudendi auream. Porrò, ſi argentaria pro fodina argenti intelligenda, debuiſſet in textu conjungi cum theſauris, vel cum Salinarum reditu, tanquam re cum illis non admodum diſſimili, non verò cum palatiis, quæ enim argentifodinæ cum palatiis eſt convenientia? Niſi jam ante in hoc capitulo monetæ facta fuiſſet mentio, audacter dicerem, argentariam eſſe officinam, vel domum, ubi argentum cuditur, vel præparatur, (nam & hæc ejus eſt ſignificatio, Calepino teſte) & inde palatiis in civitatibus connecti. Si quis hodie argentariam appellaret domum, in qua authoritate publica argentaria exercetur, banco publico, Italicè dicto (qualis eſt Norimbergæ, Hamburgi, alibi) non aberraret à vero. Verum cum certi hîc nihil proferri poſſit, communem ſequar errorem, ne ſolus fortaſſis errem. Tertium eſt, quod hîc moveo, cum magna ſit differentia inter jus habendi argentariam, vel fodinam auri, aut argenti, & inter jus percipiendi canonem ex iſtis fodinis, perquàm impropriè à Doctoribus, quorum ſupra memini, regale argentariæ *in d. c. un. quæ ſint. regal.* accipi pro jure exigendi decimam ex fodinæ fructibus. Etenim, ſi hæc mens eſſe debeat conſtitutionis præſentis, dicendum fuiſſet, argentariæ reditus, ut factum in piſcationum, & ſalinarum reditibus. Certè, textus A. B. hanc explicationem planè non admittit, qui diſponit de fodinis, atque mineris ipſis, non de decimis earum, qui Electoribus competere teſtatur jus tenendi, & poſſidendi univerſas auri & argenti, & minerarum fodinas, in dominiis ac pertinentiis ſuis; ergò illas mineras non poterit poſſidere aut tenere alius, niſi hoc ei ab illis concedatur. In conceſſione verò fieri poterit, ut Elector ſibi reſervet decimam, quæ de jure veteri Domino fundi præſtanda fuit. *l. 3. C. de metall. lib.* 11.

Obſervatio XXIII.

Al verb. in Regno.

Regnum Bohemiæ mineris abundat.

Mineris abundat Regnum Bohemiæ, quarum Catalogum, tàm quæ fuerunt, quam quod adhuc ſunt, hîc annecto ex Deuceri *metallicor. corpore juris in proœm.* Schlaggenwald/ Schönfeld/ Stadt Iglau/ Kuttenberg/ Eyl/ Rudolfs-Stadt/ Joachimsthal/ Tabor Crumau/ Pribrom/ Bergreichenſtein/ Elnbogen/ Preßnitz/ Bleyſtadt/ Maria Kupfferberg/ Weinberg/ Niclasberg/ Braupen/ Lauterbach/ Krembling/ Aberthain/ Blatten/ Sebaſtiansberg/ Sonnenberg/ S. Georgenthal/ S. Michelsberg/ Illiſchau/ Bawolau/ Wilhelmsthal/ Böhmiſche Neuſtadt/ Knien/ S. Catharinæ Stadt/ Reichenbach/ Schellenberg oder Grab/ Schön Lind/ Schön Ficht/ Cladra/ Stopurg/ Schützendorff/

zendorff/ Arnsdorff/ Gehren/ Groſſenhor/ Fronberg/ Grafenſtein/ Kratz/ Gottsgab/ Henzſt/ Khaff/ Muckenberg/ Friebaß/ Beneger/ Heinrichsgrühn/ Sauerſack/ Schuſterbeicht/ Kranckſeiffen/ Nieß/ Loſin/ Freyung/ Neudorff/ Greßlitz/ Gechnitz/ Dreyhacken/ Platz/ S. Catharinberg/ Cloſtergrab/ Zinwald/ Enzelsberg/ Hellgrund/ Stechowitz/ Obelecke/ Neudeck/ Ziraenſchacht/ Hirſenſand/ Ratiboritz/ Jlaſowa/ Wezeſitz/ Goſchin/ Wilherditz/ Schönbach/ Plan/ Multersdorff/ Pablowitz/ Bramhoff/ Anſchwitz/ Reichenau/ Pilgram/ Bohre/ Firwitz/ Prockhobsberg/ Schmeltz/ Heiligberg/ Beywerau/ Droſau/ Kunzenſtock/ Pilſen/ Nelitzau/ Rottenberg/ Kem/ Kauerſin/ Zuberſtein/ Laffen/ Lichtenſtadt/ Hackenteuffel/ Hoheelb/ Schwartzthal/ Marſchendorff/ Neufried/ Stupney/ Laßdorff/ Schlachawitz/ Scherlowitz.

Obſervatio XXIV.

Ad verb. ac pertinentiis.

Fodinæ metallicæ etiam ad alios Imperij Status pervenerunt.

FOdinæ metallicæ, non ſolum quæ ſunt in Electoratu, ſed etiam in aliis terris extra eum, ad Electoris, non quà talis, ſed qua Princeps, dominium pertinent. Ac hodiè eò ventum, ut vel ex peculiari conceſſione, vel ex im̃emoriali præſcriptione, conſimile jus competat cœteris quoquè Principibus, Buxtorff. *concluſ.* 89. Sixtin. *d. cap.* 16. *num.* 81. ut ita hàc in re Electorum conditio pinguior amplius non ſit, quàm aliorum. Imò etiam olim nonnullos privilegio Electoribus hâc in materia pares fuiſſe, ex Friderici II. Imperat. de dato ad portam Naonis in Carinthia, anno incarnationis Domini 1232. 10. Maji. cognoſcimus: quo (ut legitur apud Laurentium Peccenſtein, *in theatro Saxonico part.* 1. *cap.* 18. *pag.* 272.) Henrico ſeniori, & juniori, de Plauen, & omnibus eorum hæredibus, conceſſit facultatem, & poteſtatem, quærere & fodere aurum & argentum, aliaque omnia metalla. Et ſi quæ, tempore iſtius conceſſionis, vel impoſterum, aurifodinæ, vel argenti, ac cujuſcunque æris, commoda, vel utilitates in *territorio diſtri*ctus dominationis ipſorum ſupervenirent, hæc illis & hæredibus cederent, cum proventu omnimodò Imperatori, nec alicui ulli, aliquid inde tenerentur debere. Ludovicus Imperator, anno 1328. Romæ 18. Febr. concedit Friderico Burggravio, Secretario ſuo, & hæredibus legitimis deſcendentibus, in feudum, omnes mineras auri, argenti, cupri, & ferri, nec non cujuslibet alterius materiei & generis metalli, quod in terris ejus (Burggravii) ubicunque, aurifodinis, argentifodinis, vel modis aliis ſubterraneis, aquaticis, petroſis, vel cavernoſis locis, quacunque arte, ſtudio vel labore contigerit reperiri: Ita, ut omnem mineram hujusmodi, liberè & ſolutè, abſque omni præſtatione, ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis (Imperatoribus) ſeu quibuslibet officiariis, aut advocatis facienda, feudi titulo poſſideant. Idem iisdem verbis confirmavit Carolus IV. Imper. Anno Domini 1355. Romæ. Idem

Regale

Regale etiam civitatibus Imperialibus competere tradit Knipſchild *lib. 2. de jur. & privileg. civitat. Imper. cap. 16. num. 55. pag.* 432. allegans Bruning. *de var. univerſ. ſpeciebus. concluſ. 26.* & Dapp. *diſſertat. de civit. Germ. part. 1. cap. 7. num.* 11. quod ego accipio de habilitate, nempè, quod iisdem modis, & mediis, ac reliqui Imperii Status, hoc jus conſequi, & tenere poſſint; non verò quod omnes actu ſuo habeant jure, quemadmodum etiam nec Principes omnes illud actu habent.

Obſervatio XXV.

Ad verb. omnibus juribus.

Explicatio verborum, conſueverunt poſſideri.

Electores antedictas fodinas tenere, & poſſidere poſſunt, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, quibus poſſunt, ſeu conſueverunt poſſideri; quod ita interpretor, ut plenum jus in illis habeant, quod antea habuit Imperator. Sixtinus *d. lib. 1. de regal. lib. 1. cap. 6. num.* 8. allegans Gœden. *conſil. 3. num. 9.* tradit, privilegium fodinarum, Electoribus conceſſum, ita explicari debere, ſive illæ reperiantur in Electorum terris publicis, ad Imperium pertinentibus, ſive in ſubditorum agris privatis, ſint liberæ à decimis Imperatori perſolvendis.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad verb. Judæos.

De facultate recipiendi Judæos.

QUi facultatem Judæos recipiendi habent, illam obtinuerunt vel regalium jure, quæ ab Imperio & Imperatore tenent, vel ex privilegio ſpeciali. Reformation gute Policey zu Augſpurg/ *anno* 1548. auffgericht. *titul.* Von Juden und ihrem Wucher. *in Cod. Receſſ. Imper. pag.* 373. Policey-Ordnung zu Franckfurt auffgericht/ *tit.* 20. §. 1. *pag.* 685. vel, quæ privilegio vi ſua æqualis eſt, præſcriptione. Unde colligo, Electores jus habendi Judæos exercuiſſe longè ante conſtitutionem A. B. idemque competiiſſe plerisque Imperii Statibus, nonnullorumque jus poſtea ſpeciali privilegio confirmatum: atque conſimilem licentiam per privilegia etiam aliis collatam fuiſſe, qui Statuum in claſſe locum non invenerunt. Melius tamen Chriſtiani magiſtratus conſcientiæ conſulunt, qui Judæos non recipiunt, ob rationes à me allatas. *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 2. num. 19. & ſeqq.* Nec me ab illis dimovent conditiones, ſub quibus alii eos recipiendos & tolerandos ſuadent. Præcipuam enim ex illis, quæ obicem ponit blaſphemiis in Chriſtum & Chriſtianos, verus Judæus, ſalva religione ſua obſervare nequit; Incompatibilia omninò ſunt, Judæum eſſe, & reverenter de Chriſto loqui, aut ſentire.

Digitized by Google

Obſervatio II.

1. *Olim Imperator civitatibus injunxit recipere Judæos.*
2. *Judæi in Germania fuerunt ante nativitatem Chriſti.*

1. OLim Imperatores civitatibus Imperii aliquando obtruſiſſe Judæos, ex eo conſtat, quod poſtea nonnullæ earum obtinuerunt privilegia in contrarium, qualia vide *tom. III. jur. publ. lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 24. *cap.* 50. *num.* 6. *tom. IV. in addit. ad lib.* 7. *cap.* 56. *pag.* 372. & apud Knipſchild. *de jure & privi-*
2. *leg. civit. Imper. lib.* 3. *cap.* 54. *num.* 39. *pag.* 1004. Cœterum, Judæos in Germania ante paſſionem, imò & ante Chriſti nativitatem fuiſſe, tradunt Lehemann. *lib.* 5. *Chron. Spirenſ. cap.* 37. *pag.* 472. Author diſcurs von den Reichs-Vogteyen/ in fundamentis diſcurſus *ſub lit. SSS. pag.* 92. Aliquando in Gallia exceſſivus eorum fuit numerus, adeò ut in exercitu Regis Franciæ, quem tempore Adolphi Imper. duxit in Flandriam, numerati ſint triginta millia Judæorum. Cuſpinianus *de Cæſar. in vita Adolphi pag.* 357.

Obſervatio III.

1. *Judæi, quo ſenſu dicantur ſervi Cameræ Imperialis?*
2. Keyſerliche fiſcaliniſche Knechte.
3. Cammer-Sclaven.

1. JUdæi dicuntur ſervi Cameræ Imperialis, & Germanicè, der Röm. Keyſerl. Majeſt. Cammer-Knecht; quod Stam. *de ſervitut. perſ. lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. *n.* 9. latinè exprimens, Judæos Cæſareæ Majeſtatis Cubicularios nominat, & explicat ita dici, non quaſi honorabile Cubiculariorum munus in aula Imperatoris ſuſtineant, ſed quia Imperatori, & Statibus Imperii, Judæos, tanquam publicos uſurarios, & ſervos, in bellica expeditione, aliisque neceſſitatibus, pecuniam ubivis colligere, & Cameræ Imperatoris, & Statuum Imperii inferri oporteat; allegat Kitzel. *in diſcurſ. de regali habendor. Judæor. in reſp. ad* 6. *dubit. rationem.* Mihi videtur hîc non ſatis aptè Cubiculum pro Camera poni, & malo Judæos ſervos Cameræ Imperatorum, recepto mo-
2. re, id eſt, ærarii, der Renth-Cammer/ nominare. Hoc ſenſu dicuntur ſervi ſpeciales Cameræ, à Sigiſmundo *in conſtit. de offic. vicar. gener.* §. 7. apud Goldaſt. *tom. II. conſtitut. Imper. pag.* 85. homines fiſcalini. Author diſcurſus von den Reichs-Vogtheyen. *inter fundam. diſcurſ. lit. SSS. pag.* 92. Keyſerl. fiſcaliniſche Knechte. Lehemann. *lib.* 7. *Chron. Spir. cap.* 41. *pag.* 798. *e.* Cammer-Sclaven. Weſembec. *in Cynoſura liturgica concluſ.* 7. *num.* 4. *pag.* 111.
3. Ratio autem hujus nominis vera eſt, Dieweil die Juden mit Leib und Gut in die Keyſerl. Cammer gehören/ ut loquitur diſertè Carolus IV. Imper. in privil. dato Johanni & Alberto Burggraviis, quod exhibui *tom. IV. jur. publ. lib.* 5. *cap.* 7. *pag.* 845. *num.* 138. Huc pertinet *d. author. diſcurſ.* Von den Reichs-Vogtheyen. *d. pag.* 92. doctrina: Wie man von alters in den Reichs-Städten

Digitized by Google

..ejenigen Aecker/ Wieſen/ Holtzwachs/ Wäld/ neue und alte Behauſungen/ Güld und Zins/ davon die Bürger und Einwohner der Keyſerl. Cammer/ Steuer/ Zins/ Beht/und dergleichen bezahlt/nicht nur beedhafftige/und dienſthafftige/ſondern gar Cammer-Güter genannt; (Lehemann. *Chronic.Spir.lib.4. ..l.* 331.) alſo ſeynd auch die Juden/ als homines fiſcalini, und ærarii publici ſpongiæ quaſi, Keiſerl. Cammer-Knechte titulirt worden/ deren der Keiſer ſelbſt/ und auff ſeine Abfahrt auß Teutſchland/ der Biſchoff von Meyntz/ als Cantzler/ gepflogen. Schwabenſpiegel. *lib.* 1. *cap.* 24. §. 3. Duces etiam Bavariæ Judæos olim Cameræ ſuæ ſervos vocaſſe, ex Hundii *Salub. fol.* 215. refert Speidel. *in ſpecul. jurid. polit. hiſtor. ſub. lit. I. num.* 75. *pag.* 666.

Obſervatio IV.

1. *An Judæi adhuc hodiè ſint ſervi Cameræ Imperialis?*
2. *Quid adhuc debeant Imperatori conferre?*

1. AN per conceſſionem habendi Judæos, Electoribus, ac Principibus Imperii factam, Judæi deſierint eſſe ſervi Imperatoris, ita ut Imperatori in eosdem nihil remanſerit juris; quærit Dn. Dieterich *in not. ad A. B. tit.* 9. *verb. nec non Judæos habere. pag.* 61. & reſponſionis loco ſubnectit; Limnæus *in additam. ad Capit. Caroli V. artic.* 23. *pag.* 258. negat, ſed Imperatori conceſſum ait; exigente neceſſitate Judæos per totum Imperium extra ordinem collectare; pro exemplo adducens Wenceslaum, & Maximilianum; ſed, pace Limnæi, non video, quomodo hæc ſententia hodie ſubſiſtat. Notum eſt enim, Judæos hodiè ſervos eſſe ejus fiſci, ſub quo habitant; & collectas in Imperio non niſi ex conſenſu Statuum dependere, quemadmodum denarius communis anno 1495. à Maximiliano I. Judæis non niſi ex Statuum conſenſu impoſitus legitur; qui modus etiam obſervatus eſt anno 1542. & 1544. Ego quæſtionem in duo reſolvo membra, quorum primum pono, 2. an Judæi, qui in Statuum territoria admiſſi, deſierint eſſe ſervi Imperatoris? alterum, an Imperatoribus in eosdem aliud juris remanſerit, aut omninò nullum? Ad primum reſpondeo, Judæos etiam poſt Caroli IV. tempora generaliter vocatos eſſe ſervos Cameræ Imperialis, & adhuc eodem nomine appellari. Probatur hæc aſſertio conſtitutione Wenceslai, de anno 1394. apud Goldaſt. *part.* 2. der Reichs-Satzungen. *pag.* 69. privilegio Caroli V. de anno 1530. *tom. IV. jur. publ. in additam ad lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 50. *pag.* 304. confirmationibus plerorumque ſubſequentium Imperatorum privilegiorum Judæis conceſſorum, & ex compoſitione tumultuum Francofurdi excitatorum anno 1616. à Commiſſariis Cæſareis facta, Diario Hiſtorico, deß Franckfurtiſchen gefährligen Auffſtands und ſchwürigen Unweſens/ adjecta *pag.* 347. verbis. Dieweil die Röm. Keyſerl. Majeſt. die vertriebene Judenſchafft/ derſelben Cammer-Gut/ wieder zu reſtituiren/ ernſtlich mandirt. Ad alterum

quæſtionis membrum ſciendum eſt, diſpoſitione Aureæ Bullæ Electoribus non noviter conceſſum, ſed confirmatum fuiſſe, jus habendi Judæos; quid autem prætereà juris in eos exercere poſſint, & an Imperio omne jus quod habuit in Judæos, Electoribus aſſignaverit, nihilque ſibi reſervaverit, ex eadem non patet. Præſumptio autem omninò pro Imperatore militat, illum hoc jus ſuum omne in alios privativè non voluiſſe transferre. Corroboratur hoc exemplis Wenceslai, qui anno 1424. Bernhardo Marchioni Badenſi in mandatis dedit, von der Judiſchheit im gantzen Römiſchen Reich den dritten Pfennig zu fordern. *dict. Diarium. pag.* 78. ubi etiam exemplum Maximiliani, de anno 1498. à Judæis contributionem requirentis, adducitur. Sigismundi Imper. qui anno 1429. (*referente d. authore* deß *diſcours* von Reichs Vogtheyen/ *inter fundamenta. ſub lit. sss. pag.* 93.) dem Edlen/Erkingern von Saimsheim/ Herrn zu Schwartzenberg/ Obriſten Jägermeiſtern deß Stiffts Würtzburg/ ſeinem Rath/ die Freyheit und Macht gegeben/ alle und jegliche Judiſchheit in dem Reich/ in Teutſchen und Welſchen Landen wohnhafft/ zu beſenden/ und mit dero von Keiſerl. Majeſt. wegen/ und an Jhro ſtatt/ umb ein jährlich oder monatlich/ wöchlich und täglich Güld zu überkom̃en/ für alles das deme dieſelbige Judiſchheit Jhrer Majeſtät und dem Reich/ in dero Königliche Cammer jährlich pflichtig und ſchuldig zu geben iſt/ und was Jhro darzu in andern Sachen von derſelben Judiſchheit gefallen ſol/ und mag/ es ſey von Fälle/ Bruch/ Buſſe/ oder andern wegen/ ꝛc. einzufordern/ einzubringen/ einzunehmen; Und dieweil ſolch vorgenannt überkom̃en nicht geſchehen/ alle und jegliche Jhrer Majeſt. als einen Römiſchen König/ von aller und jeder Judiſchheit in Teutſchen und Welſchen Landen gebühren/ es ſey von deß dritten Pfennings/ deß Zehenden/ der halben Juden-Steur/ und deß gülden Opffer-Pfennings wegen/ an Jhrer Majeſt. ſtatt/ und von Jhro wegen/ auch einzufordern/ einzubringen/ und einzunehmen; auch Judenmeiſter/ die man in der Judenheit Rabbi nennet/ zu ſetzen/ der Macht habe die Juden zu ſtraffen/ *als das von Alters* Recht/ Gewohnheit und Herkom̃en iſt/ und denſelben auch zu entſetzen. Als auch umb ſelbige Zeit/ oder bald hernach/ die Städt/ Coſtentz/ Lindau/ Ravenſpurg/ Uberlingen/ Buchhorn/ und Merſpurg/ die Judiſchheit bey ihnen geſeſſen/ wegen eines Mords/ den ſie an einem Knaben begangen/ mit Leib und Gut behafftet: hat allerhöchſternannter König Sigismund dafür gehalten/ das ſolche Straff/ Fäll und Buß/ Jhrer Majeſtät zugehören/ darumben/ das dieſelbe Juden dero Cammer-Knechte ſeyn; und darauff den Edlen Jacob Truckſaſſen von Walpurg/ Landvogt/ ꝛc. und obgedachten Erkingern von Saimsheim/ befohlen/ den Sachen/ an Jhrer Keyſerl. Majeſt. ſtatt/ nachzugehen; zumahl auch ehebemeldten Städten gebotten/ das ſie ehegenannte Jhrer Majeſtät Diener/ an ſolchen ihrer Befugniſſen und Geſchäfft nicht hindern/ noch irren/ ſondern ihnen darzu beholffen ſeyn ſollen. In confirmatione Privilegiorum Judaico-

rum

Digitized by Google

um à Maximiliano II. anno 1566. facta, Imperator dicitur der Juden rechter einiger Herr/ und Beſchirmer auff Erden; Item/ Oberſter Herr und Richter/ dem gemeine Judiſchheit ohne Mittel zugehörig; Item/ gemeiner Judiſchheit im Reich obriſte Obrigkeit. vide *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 3. cap. 2. pag.* 308. *&* 310. Jus ſcilicet Imperatoris in Judæos conſiſtit in ſupremo Imperio, in univerſali protectione, in exactione contributionum, quarum nonnullæ extraordinariæ, aliæ ordinariæ: de quibus notandum venit, das die Judenſchafft ſchuldig und verpflicht/ einem jeden angehenden Römiſchen Keyſer/ als ihren einigen Ober-und Schutz-Herrn/ zu Ihrer Keyſerl. und Königlichen Crönung/ auch folgends Jährlich/ und ein jedes Jahr beſonders/ zu den heiligen Weinachten/ von jedem Haupt der Juden/ Judinnen/ jung und alt/ niemand darvon außgenommen/ einen Goldgulden Cronſteuer/ und reſpectivè Opffer-Pfennig zu geben. ut ex Cameralium Spirenſium ſcripto quodam retuli. *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib. 3. cap. 2. num.* 48. de quo etiam videri poteſt Weſenbec. *cynoſur. liturg. dict. concluſ.* 7. *num.* 4. *pag.* 111. Quod contributiones Imperii attinet, Maximiliani ſupra allegata confirmatio Privileg. Judaicor. (*tom. IV. jur. publ. pag.* 309.) indicat, das die Juden/ und Judinnen/ deß mehrentheils in allen den Reichs Anlagen/ und Hülffen/ mit Leib/ Haab und Gut/ und ein viel höhers/ als die Chriſten beſetzt/ und angeſchlagen worden. Conſultatum quoque aliquando fuiſſe de Judæis imponenda certa contributione, ad ſuſtentationem Cameræ Imperialis Spirenſis, retuli *d. tom. IV. in addit. ad lib.* 9. *cap.* 2. *n.* 13. *p.* 436. Quod Dn. Dieterich generaliter affirmat, Judæos hodie ſervos eſſe ejus fiſci, ſub quo habitant, illi probandum relinquo. Hoc fateor, nonnullas civitates Imperiales aſſerere, hoc ſibi privilegio Imperatorum datum fuiſſe; inter quas eſt Wormatia, ut notavi *d. tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 7. *cap.* 56. *pag.* 370. *& ſeqq.* Spira. Leheman. *lib.* 7. *Chron. Spirenſ. cap.* 42. *pag.* 789. Franckfurdia, *dicto Diario. pag.* 73. *& ſeq.* aliis Statibus ſimile jus, quod vel ſpeciale privilegium requirit, (vide *annotat. ad Capitul. Caroli V. artic.* 23. *verb.* andere Gefäll. *num.* 22. *pag.* 258.) vel præſcriptionem, conceſſum fuiſſe non novi. Statuum conſenſum ad contributionem Judæis imponendam non infiteor, ſed factum id fuiſſe in contributionibus Imperii perpendendum eſt, inde verò inferri non poteſt, Imperatori in aliis negotiis citra conſenſum Statuum Judæos collectare hodiè, aut conſuetum aurum coronarium, die Cronſteuer/ und das Opffergeld/ ab illis exigere haud poſſe.

Obſervatio V.

Ad verb. telonia.

De origine nominis telonij.

DE origine nominis telonii, an Græca, vel Germanica, aut Latina ſit, dixi *in annotam. ad Capit. Caroli V. artic.* 18. *verb.* beſchwert/ rc. Zoll. *pag.* 238.

Obſerva-

Digitized by Google

Ad verb. in præterito ſtatuta, & indicta.

Obſervatio VI.

1. *De Licentia inſtituendi nova telonia.* 2. *De imminutione teloniorum.*

1. Electores non poſſunt nova telonia inſtituere, illa tamen, quæ ante A. B. inſtituta fuerunt, poſſunt percipere. A quo autem inſtituta? an, ſi ab ipſis? an, ſi ab Imperatore illis conceſſa? Ut hodierni mores ſunt, Imperator ſine conſenſu Electorum non poteſt concedere licentiam inſtituendi nova telonia, vel vetera augendi. *Capit. Caroli V. d. artic.* 18. & ego *in annot. pag.* 239. *& ſeq. capit. Ferdin. I. artic.* 17. *Rudolphi, artic.* 17. *Matthiæ, artic.* 19. *Ferdin. II. artic.* 17. *Ferdin. III. art.* 20. *Ferdin. IV. artic.* 19. *Leopoldi, artic.* 21.

2. Quemadmodum verò Electorum telonia ante inſtituta, à Carolo noſtro confirmantur, ſic cœterorum indebita & inconſueta telonia prohibentur, infra *c.* 17. §. 2. Rumelinus *part.* 1. *diſſert.* 8. *ad A. B. theſ.* 20. docet, imminutionem quoque vectigalium abſque conſenſu Imperatoris & Electorum fieri non poſſe; cum novum etiam vectigal ſit, quod minus eſt, quam erat vetus; allegans Azon. *in ſumm. ad tit. C. nova vectigal. inſtitui non poſſe*, & Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 31. Ego hanc quæſtionem pro Domitiana habeo: & cum hic ceſſet ratio prohibitionis, quæ in Capitulationibus ponitur, ceſſabit quoque prohibitio, poteritque jus ſuum, quicunque voluerit, in totum remittere, vel pro parte, quoniam contra utilitatem publicam in neutro peccabit. At quotusquisque eſt, vel erit, qui hoc agere velit.

CAPUT X.
DE MONETIS.
Obſervatio

Rubrica eſt imperfecta.

HÆc Rubrica imperfectione laborat; ego eam ita concipio: de Electorum jure cudendi monetam auream, & argenteam, nec non de acquiſitione bonorum.

§. 1.

Obſervatio I.

Ad verb. cuiſſe.

1. *Jus cudendi monetam pertinet ad jura majeſtatis.*
2. *Dicitur etiam regale.*

Jus

JUs cudendi monetas refertur ad jura majeſtatis, & reſpectivè ad Regalia. 1.
Imperator illud habet vi majeſtatis *l. 2. C. de falſa moneta.* cœteri, qui ſub eodem ſunt, illud habent tanquam regale. R. A. zu Nürnberg/ *de anno* 1524. §. Dergleichen hat. *pag.* 160. *in C. Receß. Imper.* R. A. zu Augſpurg. *de anno* 1551. §. So haben Wir Uns auch. *pag.* 384. *Capitulat. Ferdinan. III. artic.* 37. *Ferdinan. IV. artic.* 35. Majeſtate enim non ſunt præditi, itaque nec jura Majeſtatis habere poſſunt; poſſunt tamen habere jura à Majeſtate ſibi collata.
Aliquando tamen etiam jura Majeſtatis regalia dicuntur, & in ſpecie jus cudendi monetam nominatur, ein Keyſerlich Regal. in R. A. zu Speyer/ *de anno* 1570. §. Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit. *pag.* 619. hoc ubi fit, eo debet accipi ſenſu, quod Imperatori id competat, tanquam Regia majeſtate prædito, ſeu Regi: in reliquis vero intelligi debet de jure, quod à Rege ad illos pervenit, ſive conceſſione expreſſa, ſive tacita, qualis eſt illa, quæ per præſcriptionem acquiritur. His enim modis, & mediis, jus cudendi monetas paratur. 2.

Obſervatio II.

Imperator concedit jus cudendi monetam cum conſenſu Electorum.

IMperatorem jus cudendi monetam conferre extra dubium eſt, ſed an pro arbitrio ſuo, & aliis quam Statibus conferre poſſit hodie, dijudicandum venit; Quæſtio decidi debet ex capitulationibus, quas Electores Imperii hactenus electis Imperatoribus præſcripſerunt, & ad quarum obſervantiam hi ſe juratò obſtrinxerunt. Capitulatio Rudolphi II. prima eſt, quæ *artic.* 29. expreſsè diſpoſuit, Das hinfüro der Keyſer ohne Vorwiſſen der ſechs Churfürſten niemand/ weß Stands oder Weſens der ſey/ mit Müntz-Freyheit begaben/ oder begnadigen ſolle; Idem poſtea repetitum, in Capitul. Matthiæ, *artic.* 34. Ferdinandi II. *art.* 33. Ferdinandi III. *art.* 37. Ferdinandi IV. *art.* 35. Leopoldi, *art.* 34. vide me *in annot. ad Capit. Matth. d. art.* 34. *verb.* Niemand, *pag.* 569. *& ſeqq.*

Obſervatio III.

1. *Jus cudendi monetam quandoque etiam civitatibus mediatis collatum.*
2. *Id hodie prohibitum.*
3. *Sunt nonnulli inter Status Imperii, quibus jus monetas cudendi non competit.*

OLim etiam aliis, quam Statibus Imperii, atque ſic mediatis Imperii civitatibus, jus cudendi monetam conceſſum fuiſſe, conſtat ex relatione ab Arniſæo exhibita *lib. 2. de jur. majeſtatis. cap. 7. num. 6.* & à me ex eodem *in annot. ad d. Capitul. Matthiæ. artic.* 34. *verb.* So dem Reich *immediatè* nicht unterworffen. *pag.* 572. & maximè ex Capitulationum modò nominatarum claris verbis, bey denen Städten/ ſo dem Reich immediatè nicht/ ſondern den Reichs-Ständen unterworffen. Hodiè verò id amplius fieri non debet, 1.
ut 2.

ut docent Capitul. verba, hinführo ferner nicht ertheilen; Quemadmodum etiam hoc regale Statibus Imperii minoribus ſine conſenſu Electorum conferri non debet, ſecundum diſpoſitionem prædictarum Capitulationum.

3. Hinc notandum, dari adhuc in Imperio Status, qui jus cudendi monetam non habeant; quales etiam repertos fuiſſe tempore Caroli V. & Ferdinandi I. conſtat ex illorum Müntz-Ordnungen/ apud Goldaſt. *part.* 2. der Reichs-Satzungen. *§.* 16. *pag.* 256. *& in* C. *Receſſ. Imper. pag.* 545. §. Were es auch Sach.

Obſervatio IV.

Poteſtas Imperatoris concedendi jus fabricandæ monetæ, olim fuit liberior, quam hodiè.

OLim liberiorem poteſtatem concedendi hujusmodi privilegia habuiſſe Imperatores, extra dubium verſatur: Certe Carolus V. & Ferdinandus I. in modo dictis Capitul. & allegatis in §. §. id ſatis indicant, dum conſenſus Electorum nullam mentionem faciunt. Sed poſtea pactis, & capitulationibus eorum poteſtas reſtricta, in his, & aliis conceſſionibus. vide *Capitulat. Ferdinandi IV. art.* 19.

Obſervatio V.

Ad verb. licuiſſe.

Error Bretij.

AN Regi Bohemiæ jus cudendi monetam privilegio aliquo Imperiali datum fuerit, ex verbis Caroli non patet, ſed potius hoc ad licentiam, poſſeſſione pacifica continuatam, id eſt, ad præſcriptionem, referre voluit, & ſic non dedit ipſe Bohemiæ Regi hoc jus, in A. B. ut quidem putavit Bret *de la ſouver. du Roy. liv.* 2. *chap.* 20. *pag.* 248.

Obſervatio VI.

Ad verb. monetas.

De primo authore monetæ.

DE primo authore monetæ dixi *tom. I. jurisprud. publ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 59. *& ſeq.*

Obſervatio VII.

Ad verb. auri.

1. *Imperatores olim auri uſum ſibi reſervarunt.*
2. *Privilegium cudendi monetam, more Gallico, non includit monetam auream.*

1. PRæcipuæ materiæ, ex quibus fabricantur monetæ, ſunt aurum, & argentum. Jus cudendi monetam auream olim raro, & parcè ab Imperatore aliis conceſſum; cum enim aurum ſummum gradum inter metalla obtineat, illius uſum maximè ſibi reſervare ſtuduerant: Fuit Imper. Romanis fortuna aurea, quæ in Cubiculis eorum poni ſolebant, ut ſignum Imperii, quam Antoninus Pius ad Marcum Antonium moriturus transferri, in ſignum tranſlati

Digitized by Google

ıti Imperii juſſit. Tholoſ. *de Republ. lib. 12. cap. 13. num. 13.* Soli Imperatori cebat ſpargere aurum. *Nov. 105. cap. 2. §. 1.* & ab antiquo illi ſoli licuit uti urea Bulla, *Capitul. Ferdin. III. art. 45.* Perſarum Imperator, etſi argen-ꝛum nummum conficeret, aureum non poterat, nec Barbarorum alius uiſpiam, temporibus Juſtiniani. Procopius *lib. 3. de bello Gothico.* In Gallia 2. ıabetur pro regula, privilegium cudendi monetam, non dare facultatem udendi monetam auream. Franc. Grimaudet *des monnoys. chap. 2. num. 9. p. 8.* ꞉odem in Regno unicum habetur exemplum conceſſæ à Rege facultatis cu-lendæ monetæ aureæ. vide *Notit. Regni Franciæ, lib. 2. cap. 7. lit. yyy. pag. 517.*

Obſervatio VIII.

Ad verb. omni loco.

Rex Bohemiæ ubi habeat fabricam monetarum.

REx Bohemiæ variis in locis Regni ſui cudit monetam, pro libitu, ubi ei viſum id commodè fieri poſſe, quo de ita legitur in dem Vertrag *de an-no* 1534. zwiſchen Ferdinando, und den Ständen in Böhmen/ *tit.* 8. So das Silber-oder Gold-Bergwerck alſo ſtattlich getroffen/ das von nöthen were/ dar-ey die Müntz auffzurichten/ und man könte die Müntz genugſam mit Silber erlegen/ bey ſolchem Bergwerck wollen Wir Unſere Müntz auffrichten und verordnen: Würde aber das Bergwerck nicht alſo ſtattlich gehen/ das man aſelbſt eine ſonderliche Müntz nicht halten köute/ ſo ſollen Wir in Unſerer Müntz/ die Wir auff dem Prager Schloß haben werden/ ſolches Silber auff Müntz deß Böhmiſchen Korns laſſen vermüntzen. apud Deucer. *in metallic. orpore juris. pag. 244.*

Obſervatio IX.

Ad verb. cudi facere.

Cui competit jus cudendi monetam, ipſe illud exercere poteſt, non autem locare aliis, vel vendere, &c.

ILlud generaliter in Imperio conſtitutum, ut cui competit jus cudendi monetam, illud ipſe ſuo nomine faciat exerceri, nec verò id poſſit vendere, vel locare, &c. R. A. 1551. §. So haben Wir Uns. *pag.* 384. & R. A. zu Speyer/ *de anno* 1570. §. Alsdann auch. *pag.* 619. §. Alsdann die Müntz-Gerechtigkeit kein Mercantz/ ſondern Unſer Keyſerlich Regal/ ſo die Müntz-Stände auß Unſerm ſondern Vertrauen/ nicht zu ihren ſelbſt geſuchten Vortheil/ ſondern wie Wir ſelbſt/ dem Heiligen Reich zu Ehren und Wolfahrt brauchen ſollen/ dem-nach ja billig/ wer ſolch Regal untreulich mißbraucht/ daß er ſich deſſen ſelbſt da-durch unwürdig machet/ und entſetzet: Derhalben wollen Wir nochmahlen al-len und jeden/ ſo Müntz-Gerechtigkeiten haben/ hiermit ernſtlich gebotten haben/ ihre Müntzen durch keine Weg andern verkauffen/ zu verleihen/ oder verlegen zu laſſen/ viel weniger mit dem Müntzmeiſter/ Wochentlich/ Monatlich/ oder durch einig ander Mittel/ den Gewinn zu theilen/ oder daher eigen Nutz zu gewarten/ ꝛc. Optima lex, ſed malè obſervata. Olim jus cudendi monetam venditum fuiſſe exem-

exemplis docemur. Epiſcopus Baſileenſis anno 1149. à Conrado III. jus monetæ in urbe Baſilea cudendi accepit, illud autem anno 1373. Epiſcopus Joannes urbi vendidit. Urſtis. *Chron. Baſil. lib.* 2. *cap.* 15. *fol.* 114. *& lib.* 4. *cap.* 3. *fol.* 185.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad verb. quascunq; terras.

Ratio textus obſcura.

EGo hujus §. ſenſum non ſatis percipio: Emunt Electores vel bona allodialia, vel feudalia. Bona non feudalia, quæ in commercio ſunt, illis ex jure communi permiſſum eſt emere; nec enim hîc deterioris conditionis eſſe debent, quam privati, quibus regulariter ex jure gentium, & civili, emptio rerum permiſſa eſt. Fruſtra ergò hæc licentia à Carolo vocatur gratia; cui enim bono ſpecialis gratia, vel privilegium, ubi jure Communi utimur? *arg. leg. un.* C. *de theſauro. lib.* 10.

Obſervatio II.

Ad verb. in feudũ.

De emptione bonorum feudalium.

BOna feudalia non poſſunt vendi à vaſallo, vel emi ab alio, niſi cum conſenſu Domini feudi. 2. *Feud. titul.* 52. *&* 55. Unde, ſi Electori vendatur feudum cum conſenſu Domini, jure communi res peragitur, nec ulla ſpeciali gratia Imperatoris hîc opus erit. Arumæus *diſcurſ.* 5. *theſ.* 10. *poſt Buxtorff. in diſſ. ad A. B. theſ.* 93. opinatur, hac diſpoſitione A. B. derogatum fuiſſe conſuetudinibus feudalibus; ego illis in hoc derogatum arbitror, quod conſenſum alienandi feuda Imperii generaliter conceſſerit, quem ſpecialiter alienantes ex juris feudalis præſcripto deberent impetrare. An verò hæc mutatio ad alia, quam Imperii feuda, extendi poſſit, in ambiguo verſatur. Aurea Bulla, quæ primum generaliter loquitur, poſteà videtur *ſaltem* voluiſſe diſponere de feudis Imperii, quando tantum mentionem facit jurium ex illis Imperio debitorum. Videtur etiam durum omnibus feudorum dominis jus competens, (conſenſum quod attinet) ſine eorum conſenſu ablatum ſtatuere; Dominus favori ſuo renunciare poteſt, in ſuum non alienum præjudicium. Porrò, ſi & hoc factum, quæ ſuberit ratio, dicere cum Arumæo, hac diſpoſitione non fuiſſe derogatum juri agnatorum, reſpectu feudi paterni, quod exprimit *C. un. de alien. feudi paterni.* 2. *Feud.* 39.

Obſervatio III.

Rumelini conjectura.

RUmelinus *part.* 1. *diſſert. ad A. B.* 5. *theſ.* 32. de robore opinionis Arumæi ſubdubitans, urget, quod aureæ Bullæ textus, non tantum de feudis Imperiali-

Digitized by Google

ꝛerialibus, ſed indiſtinctè & generaliter de feudis, quin etiam de allodiali-
ꝛus loquatur, ac inſuper expreſsè, Electores talia bona comparantes, ad-
ꝛringat ad explenda & reddenda ſacro Imperio priſtina, & conſueta jura,
ꝛuale eſt procul dubio & illud, ne ſine conſenſu Imperatoris ullum diſtra-
ꝛatur feudum Imperiale. *2. Feud. theſ. 55.* addit porrò, forſitan aliquid poſſe
ꝛferri ex *conſtitut. Ludovici IV. de anno* 1338. apud Goldaſt. *tom. II. Conſtit. Imper.*
ꝛol. 86. & 87. Prohibentur Leda, Magiſter Generalis, & univerſi Fratres
ꝛrdinis Hieroſolymitani, ne terras, poſſeſſiones, ac jurisdictiones ab Im-
ꝛeratoribus, & Regibus ſibi conceſſas, extra poteſtatem ſuam aliqualiter
ꝛermittant: Proinde nec iii Principes Electores tales terras ac poſſeſſiones
ꝛransferre poterant. Fortaſſis igitur huic conſtitutioni per hanc A. B. diſ-
poſitionem eatenus derogatum eſt, quatenus Principibus Electoribus à
quibuscunque perſonis, proindeque etiam à Magiſtro, & Fratribus præ-
dicti Ordinis quascunque terras & poſſeſſiones comparare permittitur.
ꝛæc Rumelin, qui benè facit, quod hæc conjecturas nominat, certi nihil
ꝛffirmans, cujusvis melius ſentientis judicio candido relinquens. Certè,
ꝛes quæ extra commercium poſitæ, ſive ex lege generali, ſive ſpeciali inter-
ꝛictione tales ſint, ad A. B. diſpoſitionem non pertinent. Author Bullæ
ꝛoſtræ, in conſtitutione de anno 1355. Von Recht und Gerechtigkeit deß
Königreichs Böhmen. apud Goldaſtum *part.* 1. der Reichs-Satzungen.
ꝛag. 151. §. 4. prohibet omnem alienationem, bonorum Regno Bohemiæ
ꝛcquiſitorum; quam prohibitionem anno 1356. per auream Bullam re-
ꝛocaſſe mihi perſuaderi haud patior.

Obſervatio IV.

Reges Bohemiæ multa ſibi compararunt bona, hinc inde in Imperio ſita.

EXempla ejusmodi acquiſitionum à Regibus Bohemiæ factarum affatim
proſtant. Carolus IV. ante conditam Bullam ſibi acquiſivit (*ut ex d.
ꝛonſtit. de jure & privilegiis Regni Bohem.* §. 3. apud Goldaſt. *part.* 150. cogno-
ꝛimus) ſuo ære, die Städte/ Sultzbach/ Roſenberg/ Neydſtein/ Hertenſtein/
ꝛonſtein/ Hilpolſtein/ Liechteneckë/ Dürrendorff/ Franckenberg/ Auerbach/
ꝛerſprick/ Lauffe/ Felden/ Plech/ Eſchenbach/ Pegnitz/ Huſſeck und Werden-
ſtein/ welche zur Zeit Rudolphs/ Pfaltzgrafen bey Rhein/ und Hertzogen in
Bayern geweſt/ und auf Ruprechten den ältern/ und Ruprechten den Jüngern/
ꝛuch Pfaltzgrafen bey Rhein/ und Hertzogen in Bayern/ durch vorgemeldten
ꝛhres Vettern tödlichen Abgang/ als die nechſte Bluts-Freunde/ ordentlicher
Weiſe/ nach den Stammen/ eigentlich gefallen; Deßgleichen auch die Sitze
ꝛnd Märckte/ als Hirſau/ Neuenſtadt/ Saurnſtein und Liechtenſtein/ welche der
ꝛorgenannten Ruprechten/ Pfaltzgrafen bey Rhein/ vätterliche Erbſchafft ge-
ꝛeſen; Deßgleichen die Schlöſſer/ als Bleyenſtein/ Reichenſtein/ Reicheneck/
ꝛaußeck/ Stralenfels/ Spiß und Ruprechtſtein/ welche von der glückſeligen

Böhmiſchen Crone/ ordentlich unter ſein Lehen gehören; ſo wohl auch das Städtlein Bernau/ ſo von dem Kloſter Waldt-Sachſen umb Geld erkaufft. Quæ poſteà ex his, & quibus in feudum data fuerint, vide *rom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 3. cap. 8. num. 51. pag. 360. & ſeq.*

Obſervatio V.

Cur hoc ab illis factum?

CUr Carolus ſtudioſus fuerit hoc modo amplificandi Regni Bohemiæ ipſe exprimit in prædicta conſtitutione. §. 2. ibi: Damit die Böhmiſche Könige/ auß Ihren Landen zu der Wahl eines Römiſchen Königs/ neben andern Churfürſten zu ſeiner Zeit einen deſto beſſern Zutritt haben/ und mit beſſerer Gelegenheit durch kommen können/ dann dem Königreich Böhmen/ als einem vortrefflichen Gliede deß Keyſerthumbs/ eine ſolche Breite deß Lands wohl anſtehet/ ꝛc.

Obſervatio VI.

Ad verb. emantur in feudũ.

Res tranſit cum ſua qualitate.

BOna quæ emptione, &c. acquirimus, in nos tranſeunt cum libertate & qualitate ſua, nempè ſi libera & propria, talia etiam apud nos erunt, niſi lex contractus aliud ſtatuat; ac feudalia, ut feudalia; hoc eſt juris & æqui. Hujus autem limites exceſſit privilegium Friderici II. Imper. anno 1221. Ordini Teutonico conceſſum, *verſ.* de abundantiori quoque gratia, eidem domui, & fratribus ſuis concedimus, & perpetuò confirmamus, ut quicunque aliquid de bonis Imperii nomine feudi tenet, & poſſidet, licenter, & liberè, tanquam proprium, conferre valeat eidem domui Hoſpitalis. vide *tom. IV. juriſpr. publ. in addit. ad lib. 6. cap. 2. pag. 22.* Quando autem res feudalis conſenſu Domini allodialis fieri poſſit, docet Gail. *2. obſerv. 158.*

Obſervatio VII.

Ad verb. Imperio ſint adſtricti.

Res tranſit cum ſuo onere.

BOna, quæ Electores ſibi acquirunt ab aliis, ad eos transferuntur cum onere, & ſine damno Imperii; ideoque priſtina ac conſueta jura, quæ illis ante tranſlationem in Electorem factam inhæſerunt, ab Electoribus quoque Imperio exhiberi debent.

Obſervatio VIII.

Ad verb. gratiam.

Extenſio privilegij Regis Bohemiæ ad cœteros Electores.

QUæ hoc capite in gratiam Regis Bohemiæ conſtituta, ea ad finem ejuſdem omnimodè extenduntur etiam ad cœteros Electores omnes, atque illorum ſucceſſores, ac hæredes legitimos in Electoratu.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio IX.

1. *Antiquiſſima, à Carolo Magno, & ſubſequentibus Imperatoribus, Eccleſiaſticis data privilegia monetam cudendi.*
2. *Ratio illarum conceſſionum.*

Cæterum jus cudendi monetam non ſolis hodie competit Electoribus, 1.
verum etiam multis Statibus Imperii aliis: Imò etiam ad nonnullos hoc
jus longo tempore ante Bullam auream perveniſſe, exemplis docemur. Ca-
rolum Magnum Andegario, primo Campidonenſium Abbati, ad Princi-
pis dignitatem evecto, poteſtatem monetæ cudendæ dediſſe, annotavit Bru-
ſchius *in Chronolog. Monaſter. Germ. ſub rubrica Campidona. fol. 29. in pr.* &
Mager. *de advoc. arm. cap.* 11. *num.* 68. *fol.* 520. quod tamen anno demum 877.
à Ludovico Bojoariæ Rege, Landfrydo, octavo Abbati, datum memorat
Cæſar. *Chron. Auguſt. part.* 2. *cap.* 2. *pag.* 22. Giſelæ, Abbatiſſæ tertiæ in mo-
naſterio virginum, quod Turegi fuit, Carolus Craſſus idem jus conceſſit.
Bruſchius *d. Chron. ſub rubric. domin. Monaſter.* Cruſ. *annal. Suev. part.* 2. *lib.* 2.
cap. 7. *fol.* 45. Monaſterium S. Leodegarii, apud Lucernates vetuſtiſſimum,
& Monaſterium S. Galli, itidem jus monetandi obtinuerunt; Non tamen
jus iſtud fuit liberum, atque plenum, ſed ad pantigos (Pfenning) tantum re-
ſtrictum. Stumpf. *lib.* 6. *cap.* 14. *fol.* 426. *inf.* Talium conceſſionum cau-
ſam Vadianus *de colleg. & Monaſter. lib.* 1. *fol.* 40. hanc profert, quod earum 2.
rerum, quæ ſingularem fidem & ſinceritatem requirunt, cura, tutò illis de-
legari viſum fuerit, quibus ſumma ipſa pietatis & integritatis, omnium con-
ſenſu, & opinione, credita fuiſſet. Civitas Spirenſis tempore Dagoberti
jus monetandi habuit: Idemque ab eodem accepit Monaſterium Weiſſen-
burg. Leheman. *Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 12. *p.* 220. Epiſcopus Baſileenſis
Ortliebius, anno demum 1149. à Conrado Tertio, Imperatore jus mone-
tæ in Baſilea cudendæ; Epiſcopus Auguſtanus, Marquardus de Randegg,
dictus Neidlinger/ argenti ſignandi copiam à Carolo IV. accepit. Münſter.
Coſmogr. lib. 3. *cap.* 343. *fol.* 887. Cæſar. *Chron. Auguſt. part.* 2. *c.* 6. *fol.* 111. alii
Epiſcopi ab aliis Imperatoribus, citius, aut tardius, regale iſtud impetravere.
Author diſcurſ. Von den Reichs-Vogtheyen/ *inter fundamenta diſcurſus ſub lit. ccc. pag.* 74. *& ſeq.*

Obſervatio X.

1. *De moneta aurea, quam Ducatum dicimus.*
2. *Dimidius Ducatus à quo cuſus.*
3. *De bonitate Ducati.*
4. *De floreno aureo,* Goldgülden.

MOnetarum Germaniæ materia præcipua eſt aurum, vel argentum. Au- 1.
reæ monetæ ſpecies ſunt 1. Ducat. De nominis origine diverſas anno-
tavi traditiones, *tom. II. jur. publ. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 32. *& tom. IV. in addit. ad*

dict.

2. *dict. lib. cap. & num.* Paucos ante annos nonnulli Principes fecerunt cudi monetam auream valoris dimidii Ducatus, quos ego vidi, erant cuſi nomine Celſiſſimi Ducis Saxoniæ Vinarienſis Wilhelmi, alii, nomine Celſiſſimi
3. Ducis Würtenbergenſis Everhardi. De poteſtate cudendorum Ducatuum, atque de eorum bonitate ac valore tenendum eſt *ex* R. A. zu Regenſpurg. *de anno* 1576. §. Und auß ſondern. *pag.* 666. Das Ducaten zu müntzen / nur den jenigen Ständen / ſo hohes Gold in ihren Landen und Gefällen haben / gebühre / doch dergeſtalt / daß 67. ſchön außbereite Stück / ein Cöllniſche Marck wiegen / und lauter fein. 23. Karat / 8. Grän halten / und von niemand höher / dann umb 104. Creutzer genommen / oder außgegeben werden
4. ſollen. Hoc ita juris, à quo praxis hodierna multum receſſit. 2. Goldgülden / qui aliquando ſimpliciter ita nominantur, & aliquando cum additamento, Rheiniſche Goldgulden. De his *dict.* §. Und auß ſondern / conſtituitur, daß man die Rheiniſche Goldgulden / (deren 72. Stück / ſchön außbereit / eine Cöllniſche Marck wiegen / und an fein halten 18. Karat / 6. Grän / das iſt 12. Loth und 6. Grän) nicht höher dann umb 75. Kreutzer einnehmen und außgeben. Idem conſtitutum in Keyſers Ferdinandi Müntz-Ordnung zu Augſpurg añо 1559. auffgericht. §. Ferner, *in* C. *Receſſ. Imperij. pag.* 538. ubi tamen, §. Hierauff. de valore illorum aureorum notabiliter diſponitur, daß ſie zwar nicht höher als umb fünf und siebentzig Kreutzer einzunehmen / und außzugeben / aber näher und geringer zu nehmen / und außzugeben / männiglich bevorſtehe.

Obſervatio XI.

1. Thaler / *unde dictus?*	5. Batzen.
2. *Aliquando cudi prohibitus.*	6. Heller.
3. *De Taleri bonitate, & æſtimatione.*	7. Ein Pfund Heller.
4. Güldenthaler.	8. *Hiſpanorũ uſus numerandi per maravedis.*

1. MOnetæ argenteæ ſpecies multæ olim fuerunt, & hodiè ſunt, ac *cudun*tur in Germania. 1. Thaler / vel Reichsthaler. Nomen cœpit à valle Joachimica, ubi à Comitibus de Schlick primum cuſi, (unde adhuc hodiè, qui ex hac ſpecie ſuperſunt, Schlickenthaler nominantur) ad quorum imitationem, cum poſtea à Saxoniæ Ducibus, aliiſque Principibus quoque cuderentur, nomen Thaler / ſeu Vallenſis, quoque illis datum fuit. Freher. *lib.* 2. *de re monet. cap.* 3. *pag.* 48. Ad hanc ſpeciem refero etiam, halbe Tha-
2. ler / und Viertheils-Thaler. Tempus fuit, quo hæc ſpecies in Imperio cudi prohibita, ſed utilitas publica eam iterum admiſit. R. A. zu Augſpurg. *de an-*
3. *no* 1566. §. Und als ſich. & §. Demnach haben. *pag.* 574. ubi etiam conſtituitur, daß ein gantzer Thaler / deren ein Stück 68. Kreutzer gelten / ſollen auff die Cöllniſche Marck gehen 8. Stück / und fein halten 14. Loth / und 4. Grän. Am halben Thaler / deren ein Stück 34. Kreutzer gelten / ſollen auff die Cöllniſche Marck

Digitized by Google

Marck gehen 16. Stück/ und fein halten 14. Loth/ 4. Grän. Am Viertheil Tha-
ler/ deren ein Stück 17. Kreutzer gelten/ ſollen auff die Marck Cöllniſche gehen
32. Stück/ und fein halten 14. Loth/ 4. Grän. Sed & horum quoque valor
hodiè auctus. 2. Güldenthaler/ qui etiam dicitur ein Reichs guldener/ in 4.
Keyſers Ferdinandi Müntz-Ordnung zu Augſpurg anno 1559. auffgericht.
§. Zum erſten ein Stück/ *in Cod. Receſſ. Imper. pag. 533.* & eſt valoris 60. Kreu-
tzer/ und ſollen deren auff die Cöllniſche Marck zehendhalb Stück/ und fein hal-
ten 14. Loth/ 16. Grän. 3. Has ſequuntur minores ſpecies aliæ, quarum varia
nomina, variusque valor. Inter illas reperiuntur Batzen/ vel Bätzlein/ no- 5.
men habent à Batz/ vel Betz/ aut Betzle/ hoc eſt, urſo, vel urſo minore,
quem conſimili monetæ Bernates imprimi curaverant. Inter minutiſſimas 6.
refero, Pfenning und Heller: quæ ultima ſpecies nomen traxiſſe dicitur à
Civitate Imperiali Halla Suevorum, ubi copioſè olim cuſa. Beſoldus *theſ.
pract. verb.* Heller; vel halber Pfenning/ id eſt, ſemis. Goldaſtus *rer. Alemann.
tom. I. part. 2. pag. 394.* Atque hujus monetæ in contractibus tàm frequens 7.
uſus in ſuperiori Germania fuit, ut precium determinatum fuerit, per Pfund
Heller. qui numerandi modus hodiè obſoletus, mihi in memoriam revocat
illum, qui apud Hiſpanos adhuc in uſu, quo in minoribus & majoribus
computationibus utuntur nomine Maravediſiorum (vel, ut Azevedo lo-
quitur, Morapetinorum) quorum 375. efficiunt unum Ducatum. Eorum
autem decies centena millia vulgò appellant Cuento. Cuentus autem ma- 8.
ravediſiorum continet 2673. Ducatos, 8. reales & 26. maravedis. d'Avity
*en la deſcription de l'Europe. tom. I. tilt. Eſtats du Roy. d'Eſpagne. diſcours general.
pag. 32.*

Obſervatio XII.

Error Caroli Bretij.

Je trouve fort eſtrange, (ſcribit Char. le Bret *de la ſouveraineté du Roy, livre 2. chap. 10. pag. 247.) que l'Empereur, & ſes predeceſſeurs, ayent endure jusques à preſent, que les Ducs, les Comtes, & les grandes citez d'Alemagne, & d'Italie, qui dependent de l'Empire, facent, ſans ſa permiſſion, graver leurs noms, & leurs images ſur la monnoye qu'ils fabriquent, en leurs pays.* (Admiror Imperatorem, ejusque anteceſſores huc usque toleraſſe, quod Duces, Comites, ac præcipuæ civitates Germaniæ, & Italiæ dependentes ab Imperio, ſine ipſius conceſſione nomina ſua & imagines monetis ſuis imprimi fecerint.) Quod Principes & civitates Germaniæ attinet, fallitur Bretius, & ignoravit, illos ex permiſſione Imperatoris nomen, & inſignia ſua monetis imprimi curare. Hoc autem docet *dict. conſtitut. Ferdinandi* zu Augſpurg/ *anno 1559. in* C. *Receſſ. Imper. pag. 534.* §. Wie aber vorgeſtellet/ etc. ibi: Und ſol auff der einen Seiten Unſer und deß Reichs Keyſerlicher Adler/ mit zweyen Köpffen/ und deß Reichs-

Digitized by Google

Apffel in deß Adlers-Bruſt/und in demſelben allwegen die Ziffer/wie viel Kreutzer daſſelbige Stück gelte/ geſetzt werden: Darnach ſich ein jeder habe zu richten/ (und der gemeine einfältige Mann dardurch nicht betrogen werde/) mit der Umbſchrifft/ Ferdinandus Imperator Auguſtus. P. F. Decreto. Auff der andern Seiten deß Müntz-Herrn oder Stands Wapen/ mit ſampt ſeiner gewöhnlichen Umbſchrifft/ und der Jahrzahl/ wo die am füglichſten zu ſtellen. Licet verò hæc conſtitutio reſtrictivè loquatur, de ſpeciebus ibi expreſſis, ratio tamen etiam in cœteris militare deberet: ſed uſus videtur diſtinctionem poſuiſſe inter Principes, & Civitates. Illi, ut plurimùm, imò ferè ſemper, in monetis ſuis Imperatoris nomen, & Imperialia inſignia omittunt: Hæ autem frequentius ea exprimunt. Sunt fortaſſis inter Principes, qui putent, titulo DEI gratia, quo utuntur, non convenire monetis ſuis alium, quam ſuum, imprimere characterem. Sunt fortaſſis ex illis, cum jus monetandi præſcriptione ſibi acquiſiverint, opinentur, fruſtra Imperatoris nomen his apponi, quæ ſua ſibi pararunt induſtria. Cæterum de ſignis, notis, imaginibus, &c. monetis impreſſis, videri poteſt Höpping. *tract. de jure inſignium. cap.* 10. §. 4. *num.* 87. *& ſeqq. pag.* 707. *& ſeqq.*

CAPUT XI.

DE IMMUNITATE PRINCIPUM ELECTORUM.

Obſervatio.

De rubrica hujus capitis.

RUbrica, ad exemplum *cap.* 8. ita formanda erit, de Electorum, & eorundem ſubditorum immunitate. Electorum nomine hîc veniunt omnes, ſolo excepto Bohemiæ rege, de quo, quod hanc materiam attinet, diſpoſitum fuit ſupra *dict. cap.* 8. unde, ſi Carolus voluiſſet obſervare modum, quo uſus fuit *cap.* 9. *ac* 10. hoc capite ſingulari non fuiſſet opus. Convenit ſanè in realibus per omnia cum illius capitis diſpoſitione, nempè, Electorum ſubditos æque, ut Regnicolas Bohemiæ, non poſſe evocari ad extranea judicia, ac ab Electorum ſententiis, & præceptis, æquè ac Regis Bohemiæ, non licere appellare.

§. 1. Obſervatio

Digitized by Google

§. 1.

Obſervatio I.

Ad verb. Comites.

Cur hic Comitum fiat mentio?

SUpra capite octavo mentio facta fuit Principum, hîc illi omittuntur, & exprimuntur Comites. Ratio eſſe poteſt, quod Bohemus ſub ſe habeat Principes, cæteri autem Electores tales non habeant. Si quæras, cur *dicto cap.* 8. Comites omiſſi, cum tamen & Bohemus tales habeat ſub ſuo Imperio; dico ſub nomine Principis generali comprehenſos.

Obſervatio II.

Ad verb. feudales,

Feudales Vaſalli, & Caſtrenſes.

FEudalium Vaſallorum & Caſtrenſium in *d. cap.* 8. non fit mentio.

Obſervatio III.

Ad verb. Colonienſis.

Electorum Eccleſiaſticorum ordo.

ORdo hîc in enumerandis Electoribus Eccleſiaſticis alius eſt, quam communis, ut ſupra *ad cap.* 1. §. 11. *obſerv.* 2. etiam monui. Imò verò, nec hîc quoque hoc in capite uniformis eſt. Modo legitur Colonienſis, Moguntinus, Trevirenſis; paulò poſt, Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis; ac tandem Trevirenſis, Moguntinenſis, Colonienſis. Inde tamen colligi non debet, inter illos alternationi locum dari.

Obſervatio IV.

Ad verb. temporibus obſervatum.

Carolus non dat, ſed confirmat jus Electorum.

CArolus non dedit Electoribus, eorumque ſubditis, hanc immunitatem, ſed eam, jam antea illis competentem, confirmavit, vel innovavit, quibus verbis ſupra *d. cap.* 8. uſus fuit.

Obſervatio V.

Ad verb. pro quacunque cauſa.

Caſus excepti ab hoc Electorum jure.

DAri cauſas exceptas ab hac generalitate, docui ſupra *ad d. cap.* 8. *obſerv.* 7. Rumelin. *part.* 2. *diſſert.* 1. *ad A. B. theſ.* 10. excipit caſum, quando ſubditus Electoris in alterius Principis territorio delinquit, vel contrahit, ibique adhuc reperitur. Verum hic caſus non pertinet ad evocationem, evocari enim non poteſt præſens, conveniri autem poteſt. Itaque ſi in loco delicti, vel contractus non ſit præſens, fruſtra ad eundem evocabitur. Dieterich *in not. ad A. B. tit.* 11. *verb. irrita decernimus. pag.* 63. excipit cauſas fiſcales, quæ

 enume-

Digitized by Google

enumerantur *in Ordin. Cameræ. part.* 2. *tit.* 20. & videri vult Magenhorſtium *ad d. text.* Adi, ſi placet, Rumelinum *d. diſſert.* 1. *theſ.* 13. *& ſeqq.*

Obſervatio VI.

Ad verb. criminal:

An conſtitutio pacis publicæ deroget aureæ Bullæ?

QUamvis A. B. generaliter etiam cauſas criminales nominet, tamen conſtitutio pacis publicæ de anno 1521. tollit omnia privilegia, *ſub rubr.* Auffhebung aller Freyheiten/ ſo wider dieſen Land-Frieden ſeyn/ *in Cod. Rec. Imper. pag.* 103.) ita Dn. Dieterich *d. pag.* 63. Hoc ſi admittimus, dicendum eſt, aureæ Bullæ hoc in paſſu derogatum fuiſſe, per conſtitutionem poſteriorem; ſed malo credere, Caroli mentem non fuiſſe, Bulla ſua crimen, in Imperii ſecuritatem commiſſum, comprehendere, licet verbis uſus fuerit nimium generalibus. Privilegium enim, quantumvis generale, nunquam includit caſum publicæ utilitati contrarium. Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 531. Omniaque delicta, præſertim graviora, Carolum regulæ ſuæ includere voluiſſe, non admittit Bullæ noſtræ *cap.* 17. §. 1. *in f.* quidquid verò ſit, negare haud licet, poſt hæc omnia per ſpecialem conceſſionem factum, ut ſubditi Ducis Burgundiæ, in caſu fractæ pacis non debeant alibi, quam coram Domino ſuo conveniri. videatur der Burgundiſche Vertrag/ *tom.* II. *jur. publ. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 50. *& tom.* V. *in addit. ad d. num.* 50. §. 20. Gail. 1. *de pac. publ. cap.* 11. *num.* 6. Mynſing. 2. *obſerv.* 58. *num.* 3. quod ab aliis improbatur. *d. tom.* II. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 49. *additionator ad Rumelin. d. part.* 2. *diſſ.* 1. *ad theſ.* 14.

Obſervatio VII.

Ad verb. minimè tenentur.

An ſubditi Electorum ad extraneum judicium vocati, poſſint ibi comparere, ſi velint?

ELectorum ſubditi ad extraneum judicium vocati, non tenentur ibi comparere, vel reſpondere; ſed quid ſi ſponte ſua venire, & reſpondere velint? Videbatur hoc illis licere, per verba textus, *& cap.* 8. *non teneri* arguunt: quod expreſsè legitur in privilegio à Carolo IV. poſt latam A. B. anno 1376. Archiepiſcopo Trevirenſi conceſſo, *à me ex Kyriandro annal. Trevir. part.* 15. *pag.* 159. *& ſeqq. adducto tom.* I. *jur. publ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 21. Accedit, quod *d. cap.* 8. in rubrica nominetur immunitas regnicolarum, id eſt ſubditorum, ad quos etiam extenditur, *hoc cap. noſtro.* §. *ult.* Poteſt autem quilibet favori pro ſe introducto renunciare. *l. ſi quis in conſcribendo* 51. *C. de Epiſc. & Cler. l. pen. C. de pact.* Pro negativa facit, quod hoc privilegium Electoribus ſit conceſſum, ut patet *ex rubr. cap. noſtri.* quod citatio ad judicia extranea ſit prohibita. *d. c.* 8. *& hoc. cap. noſtro.* Itaque cum hoc privilegium potius in favorem Electorum, quam ſubditorum eorundem datum eſſe cognoſcatur, ſubditi Dominorum jus intervertere haud poterunt: &, ſi apud evocantes compareant, à Dominis poterunt avocari.

§. 2. *Obſer-*

Digitized by Google

§. 2.

Obſervatio I.

1. *Electores Eccleſiaſtici aliquid de jure ſuo remiſerunt.*
2. *An verò poſtea ab Imperatore petierint renovationem, ac redintegrationem juris ſui?*

Ad verb. à proceſſibus.

SUbditis Electorum Eccleſiaſticorum non licet appellare à ſententiis, & præceptis Dominorum ſuorum. Hæc eſt juris conſtitutio: ex benignitate tamen prædictorum Electorum factum, ut ab illis potuerit appellari *tom. I. jur. publ. d. lib. 3. cap. 2. num.* 70. & in ſpecie à Moguntino, *d. lib. 3. cap.* 4. *num.* 7. à Trevirenſi, *d. l. cap.* 5. *num.* 19. à Colonienſi, *d. l. cap.* 6. *num.* 5. *& ſeq.* quod tamen reſpectu hujus Electoris, tempore Comitiorum anno 1653. Ratisbonæ immutatum, & ad diſpoſitionem A. B. reditum fuiſſe, percepi; idemque cœteros quod attinet, facilè etiam fieri poterit, quandocunque hoc ipſis placuerit. Privilegio enim ſuo nec tacitè, nec expreſsè unquam renuntiarunt, ut allegatis in locis videre licet, & apud additionatorem *ad part. 2. diſſert. 2. A. B. Rumelini theſ.* 2. Objicit Stamlerus *de reſerv. Imper. Roman. Germ.* §. 43. *num.* 9. Electoribus neceſſarium viſum peculiari privilegio illud jus ſibi renovari, & confirmari; idque de Moguntino, Colonienſi, & Palatino Heidelbergenſi, Electoribus, teſtari Illuſtr. Dn. Schütz *in prælect. jur. publ. lib. 2. tit. 5. pag.* 8. & Gothofrid. von Jena *in diſput. de Regal. theſ.* 31. additque, R. A. *de anno* 1654. §. Und ſtehet dieſem nächſt/ ꝛc. ubi, unà cum reliquis Statibus Imperii, Electoribus, ut proſequenda majori, intra quam ab eorum judiciis non appellanda ſumma, Imperatoriam indulgentiam implorare queant: id verò fruſtra non fuiſſe, ſi promiſcuè omnibus Electoribus jus illud antiquum de non appellando ſalvum adhuc, & in viridi fuiſſet obſervantia. An unquam renovatio & confirmatio juris de omninò non, vel intra certam ſummam appellando, Electoribus neceſſaria viſa fuerit, probatione indiget: non enim omnis confirmatio privilegiorum neceſſaria eſt, ſed alia ſuperflua, quæ non nocet, alia utilis, vel neceſſaria. Klock. *de contribut. cap.* 20. *num.* 100. *& ſeqq.* ego *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 11. num.* 44. Si tenor petitionis & confirmatio Imperatoris, in forma, qua utraque facta, inſpicitur, apparebit, quid dicendum ſit. Mihi, cum Stamlerus tempus, quo confirmatio facta ſit, non exprimat, conſtat ex confirmatione facta, anno 1562. 23. Nov. (*quam retuli jur. publ. lib. 3. c. 4. num.* 20.) Trevirenſem ab Imperatore Ferdinando petiiſſe, ſibi confirmari das Churfürſtliche Privilegium, ſo der güldenen Bull einverleibt/ und/ wo von nöthen/ von neuem zu geben. Unde apparet, petentem dubitaſſe, an nova conceſſio eſſet neceſſaria. Causa dubitationis eſſe potuit, Doctorum traditum,

1.

2.

 quid

quod privilegium non utendo amittatur: & eandem omninò fuiſſe, ex verbis Imperatoris, in confirmatione expreſſis, colligitur; ibi: Welche ſich deſſelben eine Zeithero nicht gebraucht haben möchten/ als Röm. Keyſer gnädig confirmirt, bekräfftiget und beſtättiget/ auch/ wo von nöthen/ von neuem gegeben. Idem habetur in confirmatione Maximiliani II. privilegii Colonienſis Electoris (*dict. lib.3. cap.6. num. 6.*) ibi: oben angeregt/ der güldenen Bullen einverleibt Churfürſtliches Privilegium, unan geſehen Seiner Liebden Vorfahren ſich deſſelben eine Zeitlang nicht gebraucht haben möchten/ wiederumb confirmirt, beſtättiget/ und wo von nöthen/ von neuen gegeben. Si quis ergò Electorum ab Imperatore velit petere, ut ſumma, à qua hactenus à ſe appellari paſſus fuit, extendatur, (ut petiiſſe aliquando Palatinum, conſtat ex Wehnero *tom. VI. Symphor. ſupplic. cap.1. num. 5.* & à me traditis. *d. lib. 3. jur. publ. cap. 11. num. 85.*) id facere quidem poterit, ſed an neceſſariò id facere debeat, dubitare licet, poſtquam quilibet Imperatorum capitulatione ſua promittit confirmationem A.B. ea autem confirmata (*cap. 2. §. 5.*) omnia Electorum privilegia (inter quæ etiam eſt jus generale de non appellando *hoc cap. noſtro 11.*) ſimul confirmentur: adeò ut dicendum videatur, etiamſi aliquis ex iisdem per non uſum amiſiſſet privilegium, illa confirmatione eundem ad idem reſtitui. Superflua cautela non nocet, non tamen eſt neceſſaria.

Ad verb. juſtitia denegata.

Obſervatio II.

Ab Electorum judiciis appellare licet in caſu denegatæ juſtitiæ.

CEſſat hæc prohibitio appellationis, quando in judicio Electoris querulanti juſtitia fuit denegata: Fit autem hæc denegatio, vel ſimpliciter, vel per protractionem juſtitiæ: Unde in ordinatione Cameræ iſtæ denegationes ita exprimuntur, das einem zu recht nicht verholffen/ oder ihm das kündlich verſaget/ oder mit gefähr verzogen were. *part. 2. tit. 1. tit. 26.* De utrisque videri poſſunt Gail. 1. *obſ.* 28. Mynſing. 5. *obſerv.* 82. Svvamman. 1. *proc. Camer. cap.* 19. & 20. ac *proceſ.* 23. & alii, quorum catalogum exhibet Myler. *in addit. ad Rumel. part.2. diſſert. 2. ad A. B. theſ.* 13. ac Hilliger. *part. 2. don. enucl, lib. 26. c. 1. lit. L.*

Ad verb. ad Imperialem.

Obſervatio III.

Licet ne etiam ſententiam, in judiciis Electorum latam, nullitatis arguere?

AUrea Bulla ſolum caſum denegatæ juſtitiæ excipit; verum juris ratio nos impellit, ut ſtatuamus, etiam licere in Camera Imperiali, ſententiam ab Electore latam, nullitatis arguere: quod remedium aliud, & diverſum eſt ab appellatione. Gail. *obſervat.* 35. & alii multi à Mylero *ad dict. diſſert. 2. theſ.* 15. conſignati.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio IV.

Ad verb. ad Imperialem.

Coram quo liceat conqueri de juſtitia denegata?

IN caſu denegatæ juſtitiæ duo præterea exprimit Bulla noſtra; nempè, ad quem tunc liceat appellare, & ad quem non liceat. Licere ſcilicet ſtatuit appellare ad Imperialem duntaxat curiam, & tribunal, ſeu judicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore præſidentis audientiam. Non autem licere appellare ad quemvis alium judicem, ſive ordinarium, ſive etiam delegatum.

§. 3.

Obſervatio I.

Ad verb. Virtute præſentis legis,

An opus fuerit hac extenſione Carolina?

VIrtute hujus legis ſuæ privilegia Eccleſiaſticorum Electorum, de quibus modo dictum, plenè ad tres Electores Seculares, Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, ac Marchionem Brandenburgenſem, extendi vult Carolus; ſed hac extenſione, præſertim quoad exercendum judicium in ſuos, non fuiſſe opus, inde patet, quod idem jus Electoribus ſecularibus competere, Carolus ante conſtitutam A. B. nempè anno 1353. agnoverit, apud Goldaſtum *part.2.* der Reichsſatzungen. *pag.* 42. Cum enim illo tempore, in judicio Comes Palatinus Elector affirmaret, daß ein jeglicher Churfürſt die Freyheit hätte/ daß niemand keinen ſeinen Mann laden ſolt für kein Gericht/ noch beklagen/ dann vor dem Churfürſten/ deß Mann er were. Sententia veritas affirmationis confirmata fuit; cujus etiam meminit, die information gegen die Donawerthiſche Relation. *part.* 1. *pag.* 124.

Obſervatio II.

Cur hic Bohemiæ Regis nulla fiat mentio?

CUr Regis Bohemiæ inter ſeculares Electores hîc nulla fiat mentio, ratio eſt, quoniam de his juribus, eidem competentibus, ſupra peculiari capite (ſcilicet 8.) actum fuit.

Obſervatio III.

Ad verb. Comitem Palatinum

De Electoris Palatini jure, remiſſivè.

DE Electore Palatino, præſentem materiam quod attinet, vide me *d. tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 85. *& ſeqq.*

Obſervatio IV.

Ad verb. Ducem Saxoniæ.

De jure Electoris Saxoniæ.

De

Digitized by Google

DE Electore Saxoniæ vide *dict. lib. 3. cap.* 10. *num.* 37. *& ſeqq.* Notari autem hîc maximè debet, Electori Saxoniæ duplex eſſe jus in hac materia, evocationis, & appellationis: unum ſingulare, ut Electori, alterum commune cum tota familia Saxonica. Quod primum, uſu & conſuetudine introductum, ac poſtea ab Imperatoribus confirmatum, ut ex confirmatione Ferdinandi, quam *d. cap.* 10. *num.* 41. adduxi, clarum fit. Hujus privilegii particularia, ſecundum nonnullorum opinionem, ſunt, 1. *quod* non admittat nullitatis querelam. Hoc docet Knichen *in commentar. de Saxon. non provocandi jure ad verb. jus. cap.* 2. *num.* 45. Carpzovius *de privileg. Elector. & Ducum Saxon. cap.* 6. *theſ.* 68. *& ſeq. num.* 54. *& ſeq. & diſp. feudal.* 6. *quæſt.* 2. Quam opinionem amplecti haud tutum arbitror. Rationes videri poſſunt apud Rumel. *d. part.* 2. *diſſert.* 2. *ad A. B. theſ.* 15. & Mylerum *in addit. ad d. theſin.* Sinold. *d. part.* 1. *diſp.* 7. *theſ.* 26. *lit. l.* ac Dieterich *in not. ad A. B. tit.* 11. *verb. non fuerit juſtitia denegata. pag.* 65. 2. Quod non liceat Cameræ recipere appellationem, quæ fit à ſententia Ducum Saxoniæ: Eſſe autem diverſa privilegia de non appellando, & de appellatione non recipienda; recepta enim ſemel cauſa, eam non ſemper remitti, etiamſi à privilegiato appellatum ſit; præſertim ſi appellatus non excipiat, contra privilegium Domini ſui territorialis appellatum fuiſſe. vide Zinzerling. *de appellat. concluſ.* 70. à me allegatum *d. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 42. & Myler. *in addit. ad d. part.* 2. *diſſert.* 2. *Rumelini theſ.* 3. *lit. c.* Verum, etiam admiſſo hoc diſcrimine, non eſt, quod peculiare hoc Saxonum jus dici queat, cum etiam non liceat recipere appellationes ab Electorum ſententiis interpoſitas. *hoc cap. noſtro.* §. 2. Hoc unicum præcipuum videtur, quod tota familia Saxonica hoc privilegio utatur, cæterorum autem ſecularium Electorum familiæ non æquè; unde, quod de hæredibus & ſucceſſoribus Electorum *in §. noſtro* dicitur, illud ad ſucceſſorem & hæredem cujuslibet in Electoratu, non etiam ad omnes hæredes cæteros, non in hoc, ſed aliis bonis Electori ſuccedentes, *referri debet*, ut deduxi *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 68.

Ad verb. Marchionem Brandenburgẽſem.

Obſervatio V.

De jure Electoris Brandenburgenſis.

DE jure Electoris Brandenburgenſis dixi *dict. lib.* 3. *jur. public. cap.* 11. *num.* 12. *&* 13.

Ad verb. ſubditos.

Obſervatio VI.

An illa Electorum privilegia pertineant etiam ad provincias poſtea acquiſitas?

CArpzovius *de lege Regia German. cap.* 9. *ſect.* 4. docet, hæc Electorum privilegia non eſſe reſtringenda ad primi acquirentis provincias: pertinere enim etiam ad poſtea acquiſitas. Ego hoc ita tempero, ut verum ſit, quous-

Digitized by Google

quouſque eas provincias noviter acquiſitas tenet Elector ipſe; non quando perveniunt ad hæredem Electoris alium, quam ſucceſſorem in Electoratu. Quo ipſo tamen caſu, diſpoſitio de ſucceſſione in bona acquiſita, Electoratui non concorporata, inſpicienda, & obſervanda erit; fieri enim cum reſervato poteſt, vel citra illud.

Obſervatio VII.

De privilegiis Electoris Bavariæ.

ILlud hic ſilentio non prætereundum, hactenus explicata jura, aucto Electorum numero, etiam hodiè Electori Duci Bavariæ competere, ſive hæc in ſpecie à Ferdinando II. à quo primum ad hanc dignitatem evectus, illi collata dicamus, ſive generaliter: omnia enim jura Electoratus Palatini tunc nactus fuit. *Inſtrumentum Pacis Oſnabrug. artic.* 4. *verſ. & primò. & Monaſter. §. & primò quidem.*

Obſervatio VIII.

Etiam reliquorum Statuum ſubditi non debent ad aliud, quam ordinarium judicium, vocari.

POſt tempora conditæ A.B. privilegium de non evocandis ſubditis extenſum generaliter fuit ad omnes Imperii Status; Ita enim in ordinatione Cameræ de anno 1555. *part.* 2. *tit.* 1. diſpoſitum, das alle deß Heil. Reichs Verwandten/ und Unterthanen bey ihren ordentlichen innländiſchen Rechten und Gerichten (auſſerhalb der Fäll/ und die nach laut der Ordnung an das Cammergericht ohn Mittel gehören) gelaſſen/alſo daß ein jeder in dem Gericht/ darin er ohn Mittel geſeſſen und gehörig iſt/ fürgenommen werde. Idemque in Capitulationem Caroli V. *artic.* 15. & ſequentium Imper. relatum, *verb.* und von ihren ordentlichen Richtern nicht tringen/ erfordern/ noch fürbeſcheiden.

Obſervatio IX.

Privilegia de non appellando variè conceſſa.

DAtum etiam aliis, quam Electoribus, novimus privilegium de non appellando, ſed diverſimodè, nonnullis generaliter, aliis reſtrictivè. Prioris ordinis ſunt, Archiduces Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Dux Lotharingiæ, Dux Würtenbergenſis, Wehner. *d. tom. VI. Symphor. cap.* 2. *tit.* 1. *tit.* 2. *tit.* 3. *c.* 4. *tit.* 15. Rumelin. *diſſert.* 2. *theſ.* 4. & Myler. *in addit.* Rex Sueciæ, ratione feudorum, quæ ſub Imperio tenet, *Inſtrum. Pacis Oſnabrug. artic.* 10. *§. deinde concedit,* ſed hoc ita, ut ſummum aliquod tribunal, ſeu appellationis inſtantiam, commodo in Germania loco, conſtituat, (factum id Stettini) eique idoneas præficiat perſonas, quæ unicuique jus, & juſtitiam, ſecundum Imperii conſtitutiones & cujusque loci ſtatuta, absque ulteriori

LII provo-

Digitized by Google

provocatione, cauſarumve avocatione, adminiſtrent. De prohibita appellatione à certis cauſis, agit Rumelin. *d. diſſert. theſ. 5.* De appellatione intra certam ſummam tenendum eſt, dari diſpoſitiones generales, & ſpeciales. Generaliter olim conſtitutum erat, ut à Statuum ſententiis appellationes in Camera non reciperentur, niſi ſumma eſſet 50. florenorum. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 28.* §. Undſonderlich. quæ deinde extenſa ad 150. flor. R. A. Speyr. *anno* 1570. §. Als Wir dann. *pag.* 612. *& ſeq.* ac poſtea ad 300. *flor. Deputations-*Abſcheid zu Speyr. *anno* 1600. §. Wiewol nun auch. *pag.* 756. & denique in Comitiis Ratisbonenſibus, anno 1654. (*ut ex Receſſu.* §. Vielbtens ſol die *Summa appellabilis*) ad 400. thaleros Imperiales, doch mit Vorbehalt eines jeden Stands Rechten/ Gerechtigkeiten und Freyheiten; hoc eſt, ut eorum privilegium, vi cujus ab illis infra majorem ſummam, quam 400. thalerorum appellare non licet, in vigore ſuo permaneat integrum. Speciales diſpoſitiones, ſive privilegia, exprimunt Wehnerus *d. tom. VI. Symphor.* & Rumelin. *d. diſſert. 2. theſ.* 7. 8. 9. & 10. ibique Myler *in additam.* quæ tamen reſpectu nonnullorum Imperii Statuum hodie aucta deprehenduntur. Sic à Marchionibus Brandenburgenſibus ante non licuit appellare infra 400. florenos. Wehner. *dict. tom. VI. cap.* 4. *titul.* 3. at hodiè non niſi ab acht hundert Rheiniſch. vide *tom. IV. juriſpr. publ. in additam. ad lib* 5. *cap.* 7. *num.* 132. *pag.* 840. à Duce Brunſvicenſi infra 600. florenos. Wehner. *dict. tom. cap.* 4. *titul.* 4. hodiè infra 2000. aureos Rhenanos. vide *tom. V. juris publ. in additam. ad dict. lib.* 5. *cap.* 6. *in fin.* à Landgravio Haſſiæ infra 600. aureos Rhenanos, Wehner. *d. cap.* 4. *tit.* 6. hodiè infra 1000. aureos Rhenanos. Dieterich *in notat. ad A. B. titul.* 11. *verb. ut præfertur. pag.* 66. & ſ.

Obſervatio X.

Diſcrepantia inter A. B. editionem Germanicam, & latinam.

DEnique, antequam ad aliud caput tranſeamus, notanda venit *diſcrepantia* verſionis Germanicæ Moguntinæ, Receſſibus Imperii præmiſſæ, à Codice latino. In illa, ad calcem capitis noſtri, hæc leguntur annexa, Solch Geſetz und Recht/ umb etzlichs Zweiffels/ und Mißverſtands Willen/ ſo darin fürfallen möchte/ inſonderheit von Lehenſchafften/ Dienſtleuten/ auch Ihren Unterthanen/ erleutern und erklären Wir dieſer Geſtalt; die Lehengüter/ oder andere Beſitzunge/ ſo von den Churfürſten/ Geiſtlichen oder Weltlichen/ kommen/ und herrühren/ die Sie von ihren Weltlichen Rechten haben/ auch weſentlich rechtmäſſiger Weiß beſitzen. Und ob derſelben Churfürſten Dienſtleut/ oder andere Leut/ auch von anderen Ertz-Biſchoffen/ oder Fürſten/ die den Bann von dem Reich hätten/ und handfeſt/ das man Kampff vor ihnen gethan möchte/ die ſol man bey denſelben thun/ ſonſten müſte/ und ſolte man ſolch Sach am Keyſerlichen Hoffgericht ſuchen. In Codice autem latino huius rei nec

vola,

Digitized by Google

vola, nec veſtigium extat. Neſcire ſe fatetur Goldaſt. *de Regn. Bohem. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 24. *pag.* 534. cur hic §. in latino deſideretur: Ego verò potius neſcire me fateor, cur in Germanica verſione reperiatur, & à quo in eam fuerit inſertus. Certè in Germanica illa, quam exhibet Goldaſt. *inter reſcript. & Conſtit. Imper. pag.* 129. *& reiteratò. part.* 2. der Reichs-Satzungen. *pag.* 55. non reperitur.

CAPUT XII.

DE CONGREGATIONE PRINCIPUM.

Obſervatio.

Correctio rubricæ.

Magis hîc mihi placet Moguntinum exemplar, quod habet, de Congregatione Principum Electorum; ad exemplum rubricarum in exemplari Palatino. *cap.*4. *cap.*6. *cap.*11. *cap.* 20. *c.* 22. *c.*25. *c.*27. quamquam in Bulla noſtra quandoque Principum nomine, ſine additione, ſecundum excellentiam, veniant Principes Electores. *cap.*7. §.2. *verſ. & talis ſucceſſio. h. cap.*12. §.2. *cap.* 21. *rubr. cap.* 25. (in Moguntina) *cap.* 28. §. 2. attamen frequentior eſt altera, & in rebus, quæ ſolis Electoribus conveniunt, nec cum cœteris Principibus illis communes ſunt, ad innuendam differentiam utilis. Ita porrò rubricam noſtram perficiendam puto, ut legatur: De congregatione Principum Electorum cum Imperatore *ex* §. 2. hujus capitis præſentis. Cœterum, duorum Electoralium conventuum in hac Bulla noſtra fit mentio, nempè, quando Electores conveniunt poſt mortem Imperatoris, ad eligendum Regem Romanorum. *cap.* 1. §. 18. *&* 19. qui conventus dicitur Wahltag. Deinde, quando conveniunt cum Imperatore ad tractandum de Imperii ſalute. Tertium conventum uſus approbans introduxit, quando Electores ſoli conveniunt, deliberaturi de ſalute propria, & Imperii· *Capitul. Caroli V. artic.* 5. *Ferdin. I. art.* 4. *Maximil. II. art.* 3. *Rudolph. II. art.* 4. *Matthiæ, art.* 4. *Ferdin. II. art.* 4. *Ferdin. III. art.* 5. *Ferdin. IV. art.* 5. *Leopoldi, artic.*6. & hic quidem fundamentum ſuum habet in noſtra Bulla, ratione cauſæ conveniendi, in aliis tamen plurimis, cum præſcripto in illa modo, non convenit, ut plenius deduxi *tom. III. jur. publ. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 232. *& in annot. ad d. art.* 5. *Capitul. Caroli V. verb.* Nach vermög der guldenen Bullen. *num.* 5. *& ſeqq.*

Digitized by Google

provocatione, cauſarumve avocatione, adminiſtren ... ſtal-Täge: quæ ap-
pellatione à certis cauſis, agit Rumelin. *d. diſſert.* ... dem tertio loco poſui,
intra certam ſummam tenendum eſt, dari diſp ... nomen aſſignat.
les. Generaliter olim conſtitutum erat, ut
nes in Camera non reciperentur, niſi
Cam. part. 2. *tit.* 28. §. Undſonderlich.

... o I.

Speyr. *anno* 1570. §. Als Wir d

Deputations-Abſcheid zu Speyr ... *aventibus agere debeant.*

denique in Comitiis Ratiſ ... m tractandum ſit, hîc generaliter exprimi-
tens ſol die *Summa appell* ... rbisque ſalute, de ſalute & pace. *hoc. cap.* §. 3.
halt eines jeden Sta ... m ſibi cognitarum defectibus, Von Nutz und
eorum privilegi ... achs/ ut legitur *in* §. 1. der Churfürſtl. Brüderlichen
thalerorum a ... & in eadem §. 16. Von obliegenden Nothdurfften deß
ciales diſp ... und andern Sachen der Einung: vel, ut in Capitulationibus
phor. & ... dicitur: Von Ihrer/ und deß Heil. Reichs Nothdurfft/ auch
tam ... erlich obliegen haben/ daſſelbe zu bedencken/ und zu berathſchla-
t ... Specialiter verò in Capitulationibus determinantur. 1. De fœdere
cum aliis ab Imperatore ineundo. *Capitul. Ferdin. III. art.* 7. 2. De novis
telonis erigendis, vel erectis prorogandis. *d. Capit. art.* 20. quæ tamen,
& conſimilia alia, pacificatio Oſnabrugenſis, non, niſi in Comitiis Statuum univerſalibus, impoſterum tractari juſſit. *Inſtrum. Pacis Oſnabrug. artic.* 8. *§. gaudeant ſine contradictione.* Capitulatio autem Ferdinandi IV. *art.* 7. limitare voluit, vel iterum Collegio Electorali adſcribere. *d. Capit. art.* 19. *& Capit. Leopoldi, art.* 10. *art.* 21.

Obſervatio II.

Ad verb. frequentius.

Carolus IV. voluit, ut Electores frequentius convenirent.

Electores ante A. B. non admodum frequenter, excluſis *reliquis Imperii* Statibus conveniſſe, ad deliberandum de Imperii ſalute, Carolus indicat, & è re Imperii eſſe arbitratur, ut frequentius ſolito congregarentur. Noſtro ſeculo ejusmodi conventus habiti fuerunt: Fuldæ, anno 1608. Norimbergæ, anno 1611. & 1619. Mülhuſii, anno 1620. Ratisbonæ, anno 1623. Mülhuſii, 1627. Ratisbonæ, 1630. & 1636. Norimbergæ, 1640. Sed ut conventus & congregationes Medicorum plerumque infirmitatem & morbum ejus, cujus cauſa fiunt, indicant, ita & Electorum iſti conventus ægrimoniæ Imperii teſtes ſunt.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad verb. in Nurenberg.

Quando hæc conſtitutio facta.

An

Digitized by Google

N hæc in eadem Curia Norimbergæ anno 1356. ut in exordio hujus Bullæ ſupra audivimus, conſtituta fuerint, an in alia ibidem alio tem- abita, dubitari poſſet, niſi id ex anno, quo Metis conventus celebran- ligeretur, qui habitus fuit eodem anno (quem Carolus præſentem it) 1356. ut inſcriptio *cap.* 24. teſtatur.

Obſervatio II.

Ad verb. habita deliberatione.

um conſenſu facta ſ

hæc in dicta Curia Solenni, in qua, cum Electoribus multi s, & Proceres, præſentes fuerunt, conſtituta ſint, non ta- nibus, ſed cum Electoribus tantum deliberata, & conſti- ur. (quod etiam obſervatum in aliis negotiis Electorale entibus, ut monui ſupra *ad proœm. Bullæ noſtræ obſervat.* 23.) um tunc Bullam promulgatam fuiſſe, extra dubium verſa- a autem ejus contenta à cunctis Statibus deliberata fuiſſe, ipſius æ teſtimonia negant.

Obſervatio III.

Ad verb. iidem Principes Electores.

Elector Bohemiæ ad quos Electorum conventus admittatur.

CUm omnes Electores convenire debeant, fruſtra quæritur, an Elector Bohemiæ exceptus ſit. Licet autem lege exceptus non fuerit, conſuetudine tamen poſtea, ab Imperatoribus approbata, quodammodo, pro excepto haberi cœpit. In Capitulationibus Imperatorum, quando Electoribus permittitur conventus agere, ſaltem ſex Electorum, usque ad tempus, quo numerus illorum auctus (tunc enim ſeptem) mentio facta fuit; ut omninò tunc, & hodiè, unus excluſus deprehendatur. Quis autem ille ſit, ex verbis, gedachten 6. Churfürſten/ cognoſcitur; inter quos *in pr. Capitulat.* ubi eorum fit mentio, non exprimitur Bohemus. Hoc ita obſervatum fuiſſe etiam tunc, quando electi in Imperatorem fuerunt Reges Bohemiæ, comprobat Capitulatio Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. Ferdinandi III. Ferdinandi IV. ac Leopoldi, locis ſupra à nobis expreſſis. Unde Reges Bohemiæ non habent ampliùs cauſam conquerendi, illorum juri vim fieri, quando non vocantur ad omnes conventus Electores. Ab Electoribus, collegis ſuis, adhuc vocantur ad conventum, qui de electione Imperatoris inſtituitur, ad alios, qui à Moguntino indicuntur, vocari non ſolent, ac ſi eò legatum ſponte ſua mittant, ille ad Conſilium non admittitur. Id expertus fuit Cardinalis Clöſelius, anno 1612. miſſus Norimbergam ad Conventum Electoralem. vide *annot. ad Capit. Caroli V. art.* 5. *verb.* 6. Churfürſten. *pag.* 155.

Digitized by Google

Obſervatio IV.

Cur Bohemiæ Rex non vocetur ad omnes Electorum conventus?

INquirenti in cauſam, cur Bohemus ad nonnullos conventus Electorales vocari deſierit, variæ atque diverſæ occurrunt. Goldaſtus *lib. 4. de Bohem. cap. 6. num.* 18. id negligentiæ Regum Bohemiæ adſcribit. Arumæum *de Comit. cap. 2. num.* 31. cauſam inde repetere, memorat Dn. Dieterich *in not. ad tit.* 12. *A. B. verb. Principes Electores, pag.* 66. quod Reges Bohemiæ conventibus Electorum intereſſe, & onera Imperii ſuſtinere noluerint: Unde nec fuerit congruum, participare eos de honore & commodo in Conventibus Electoralibus ſedendi. Sinoldus *d. vol.* 1. *diſp.* 7. *theſ.* 20. *lit. g.* docet, annuis illis præceptis congreſſibus, quibus intereſſe tenebatur, ſublatis, ad liberos Electorum conventus non vocari, ſed admitti. Quoniam in obſcuris conjecturæ locus datur, puto, Bohemum, ut juris erat, ad Comitia Electoralia vocatum, verum non ad alia, quam quæ eligendi Regis Romanorum cauſa indicta, veniſſe, cœtera, ut magis ſibi oneroſa, quam proficua, omnino neglexiſſe. Hanc negligentiam faſtidioſam cauſam præbuiſſe Electoribus cœteris, in vindictam ſpretæ vocationis, poſtea Bohemum non amplius ad conventus illos invitare, illumque hoc tacito conſenſu, nulla interpoſita proteſtatione approbaſſe. Ad rem omninò facit, quod, cum anno 1486. Fridericus III. Imperator Electores, propter certa Imperii negotia, non autem ad eligendum Regem Romanorum, convocaſſet, deinde verò durante eo conventu Maximilianus I. in Regem Romanorum electus fuiſſet, Rex Bohemiæ ſolum conqueſtus fuerit, quod ad electionem non eſſet vocatus, omiſſa mentione conſultationis, ad quam tamen, ſi jus ſuum integrum eo usque habuiſſent Bohemiæ Reges, non minus, quam ad Electionem vocari debuiſſent. Extat hac de re apud Goldaſt. *part.* 2. der Reichsſatzungen. *pag.* 178. Electorum teſtimonium & obligatio, *hujus tenoris.* Wir ꝛc. bekennen/ und thun kund offentlich mit dieſem Briefe/ nachdem/ als nach Chriſti unſers lieben HErrn Geburt 1486. Jahr/ Wir von der Keyſerl. Majeſt. auff einen Tag gen Franckfurt am Mayn/ in etlichen deß Römiſchen Reichs Geſchäfften/ und nicht von wegen der Wahl eines Römiſchen Königs gefordert/ daſelbſt/ auß zufälligen Sachen/ einen Röm. König zu wehlen/ gut zu ſeyn im Rath befunden; Und ſo ſolche Wahl geſchehen/ und der Durchleuchtigſte Fürſt/ Herr Uladislaus, König in Böhmen/ Marggraff zu Mähren/ ꝛc. Unſer lieber Herr und Oheim/ auß nicht Forderung zu ſolcher Wahl/ Unwillen und Verdruß empfangen/ derhalben auß Inhalt einer Verſchreibung/ oder Privilegii, ſeinen lieben Vorfahren/ Königen zu Böhmen/ als Churfürſten deß Heiligen Röm. Reichs gegebenen fünff hundert Marck Golds zu fordern fürgenommen/ und ſo ſolche nicht Forderung Seiner Liebde zu angezeigter Wahle nicht in

Ver-

Verachtung/ oder Abbruch Seiner Königl. Würde/ Ehre und Gerechtigkeit/ ſondern allein auß zufälliger Sachen in der Eile beſchehen/ auch ſeine Liebde von dem Heil. Röm. Reiche/ und Uns/ für einen Churfürſten/ und Ertzſchencken deß Heil. Röm. Reichs für und für gehalten iſt/ und noch gehalten wird. So haben Wir/ ꝛc. obgenante den Durchleuchtigſten Fürſten/ Herrn Uladislaum, König in Böhmen/ ꝛc. Unſern lieben Oheim/ auch der löblichen Cron zu Böhmen/ zu Ehren/ Nutze/ und zu Erhaltung freundlicher Eintracht/ bewilliget/ und für Uns und Unſere Nachkommen frey/ und mit Wiſſen in Krafft dieſes Briefs bewilligen/ als ob der maſſen und Meynung/ ſo und ob hinführo zu ewigen Zeiten ein Röm. Keyſer oder König gewehlt und gekohren/ und der gemeldte Unſer lieber Oheim/ Herr Uladislaus, König zu Böhmen darzu/ wie ſich gebühret/ nicht gefordert/ oder geheiſſen würden/ und Wir/ oder Unſer Nachkommen/ durch Uns/ oder Unſer Bottſchafft bey ſolcher Wahl und Chur eines Römiſchen Königs/ gegenwärtig ſeyn/ und ſolche Wahl oder Chur/ mit Unſer oder Nachkommen Wiſſen und Willen geſchehen würde/ daß Wir alsdann/ oder Unſere Nachkommen/ Ihme fünff hundert Marck Goldes wollen/ ein jeglicher ſo viel inſonderheit für ſich bewilliget haben/ und die in dreyen Jahren/ jedes Jahrs ein Drittel/ dem genanten Unſern Herrn und Oheim/ dem Könige/ oder der Cron Böhmen zu bezahlen/ ein jeglicher für ſich/ oder ſeine Nachkommen/ verfallen ſeyn. Wir wollen auch/ daß dieſe Unſere Verſchreibung dem gedachten Unſern Herrn und Oheim/ dem König und der Cron Böhmen/ an ihrer Freyheit/ Privilegien/ und Gerechtigkeit/ keinen Abbruch/ noch Verminderung thun oder bringen ſoll/ alles getreulich und ungefährlich. Deß zu Urkunt haben Wir Unſer Innſiegel an dieſen Brieff thun hencken/ der geben iſt/ ꝛc. anno Domini, 1489.

Obſervatio V.

1. *Reſpondetur Arumæo,*
2. *Et Sinoldo.*
3. *Ac Reinkingio.*

ARumæi conjectura quatenus ex denegatione onerum Imperii deducitur, imperfecta eſt, & ea generaliter admiſſa, Bohemus quoque ad electionem Imperatoris amplius vocari non deberet. Sinoldi, quæ inde petita, quod Electorum annuus conventus hodiè ſit ſublatus, rem non determinat, cum non conventus, ſed terminus ejus tantum ſit ſublatus. nec ad illum Bohemus citari debuit, quoniam annuus, ſed quoniam Electoralis. Putavit Reinkingius *de regim. ſec. & Eccleſ. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 3. *num.* 30. Bohemum ad particularia Electorum Comitia, & Conventus de jure adhuc vocandum eſſe; verum Capitulationes Imper. ſupra à nobis allegatæ, contrarium innuunt.

Obſer-

Obſervatio VI.

Quid dicendum, ſi Bohemus ad Comitia Electoralia veniat non vocatus?

QUid ſi Bohemus non vocatus veniat ad illa Comitia Electoralia, an admittendus in conſilium cœterorum Electorum? Affirmat Sinoldus *dict. part.1. diſp.7. theſ.20. lit.g. pag.446.* mihi negativa placet, & credo, quod citra periculum reputationis ſuæ id facere nequeat, & ſi veniat, auditurus ſit commune monitum, ad conſilium non acceſſeris, niſi vocatus. Certè Clöſelius, qui Regem repræſentans advenerat Norimbergam anno 1611. ad conventum Electoralem, ad conſilia non fuit admiſſus, ut *ſupra obſerv.* 5. retulimus, unde idem futurum fuiſſe colligere licet, ſi Rex ipſe adveniſſet.

Obſervatio VII.

Ad verb. per ſingulos annos ſemel.

Electorum conventus ante conſtitutam Auream Bullam.

ANte auream Bullam non fuiſſe conſtitutum, ut Electores ſemel in anno conventum agerent, ex verbis Bullæ colligitur: non tamen inde inferri poteſt, Electores ante hanc Bullam non potuiſſe habere conventum; nam contrarium probatur verbis §. 1. *frequentius ſolito convocantur*: Ergò ſolitum fuit eos convocari; licet non ita frequenter, & annuatim, ut poſtea Carolus IV. voluit.

Obſervatio VIII.

Ad verb. à feſto reſurrectionis Dominicæ.

Quando ejusmodi conventus inſtitui & haberi debeant?

STataria, ad hunc terminum præcisè adſtricta, nec ante auream Bullam, nec adhuc tempore Caroli IV. fuerunt Comitia illa Electoralia, ut collatio hujus §. cum præſcriptione *cap.* 24. indicat: Poſtea cœperunt haberi, & adhuc habentur, partim pro arbitrio Imperatoris, partim Electorum, quod utrumque utilitas, vel neceſſitas dirigit. Verba Capitulationis, quoad Electores, clara ſunt, je zu Zeiten/ und ihrer Gelegenheit/ zu ihrer und deß Reichs Nothdurfft/ de indictione, quæ fit ab Imperatore, videbimus (1. *obſerv.* 13.)

Obſervatio IX.

Ad verb. in aliqua Civitatum Imperii.

Ubi haberi debeant?

LOcum, ubi illa Comitia haberi debeant, Carolus voluit eſſe civitatem aliquam S. Imperii, hoc eſt, immediatè ſubditam Imperio, cujus qualitatis populariter Imperiales dicimus, & differentiam conſtituimus inter civitatem in imperio ſitam, & civitatem Imperialem. Ab hâc autem loci obſervantia, Electorum conſtitutione fraternæ unionis, anno 1521. facta, nonnihil receſſum. §. 7. 9. & 16. conſtitutumque fuit, ut conventus haberetur, vel Moguntiæ, vel Francofordi, Geilnhuſii, aut Fuldæ, quæ Imperialis non eſt.

Obſerva-

Obſervatio X.

An Electores ipſimet praciſè teneantur venire ad ejusmodi conventus?

Ad verb. perſonaliter congregentur.

DUrum eſt Electores obligare, ut perſonaliter veniant ad conſultandum in conventibus Electoralibus, poſtquam illorum arbitrio relictum, ad conventum, qui eligendi Regis Romanorum cauſa inſtituitur, perſonaliter, vel per nuntios, ſive legatos comparere. *ſupra cap.* 1. §. 1. *& ſeqq.* & videtur hæc obligatio non ſatis illorum libertati convenire, per illa quæ ex Bertramo *de Com. Imper. theſ.* 52. adduxi *tom. III. jur. publ. cap.* 1. *num.* 99. Exemplis quoque innotuit, hanc perſonalem præſentiam haud ſemper obſervatam, nec obſervandam omninò, docemur dictæ fraternæ unionis inter Electores anno 1621. contractæ (quam exhibui *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 72. *pag.* 314. *& ſeqq.*) §. 9. ibi: Von denen unter Uns/ die mit ihren ſelbſt Leiben zu ſolchem Tag kommen/ und die andere/ die ehehaffter Sach wegen/ die Sie auff ihre rechte Warheit/ mit ihren offenen verſiegelten Briefen betheuren ſollen/ mit ihren ſelbſt Leiben nicht kommen können/ Räthe/ die Sie auch alsdann mit Macht zu ſolchem Tag ſchicken/ und doch nicht mehr/ dann ihres Herrn Stimm haben ſollen/ ꝛc. & §. 16. *ac* 17. qui de eodem caſu diſponunt. Credibile tamen omninò eſt, hanc exceptionem etiam Carolum IV. non reprobaſſe, licet ejusdem diſertis verbis non meminerit. Omnis enim obligatio poſſibilitatem requirit, & ad impoſſibile nemo obligatur. Voluit ergo Electores perſonaliter congregari, ſi poſſint: non autem voluit, ut non comparentes ob impedimentum, nuncios vel legatos mittere prohibeantur, & ita eo caſu, voto, & ſententiæ dicendæ jure careant.

Obſervatio XI.

De conventu Metis habendo.

Ad verb. anno præſenti.

CRedo hunc fuiſſe eundem conventum, qui eodem anno 1356. Metis poſtea habitus fuit, in quo conſtituta fuerunt illa, quæ *cap.* 24. *& ſeqq.* continentur; & ne terminus obſtet, puto illum, certas ob cauſas, non fuiſſe obſervatum.

Obſervatio XII.

De Civitate Metenſi.

Ad verb. in Civitate noſtra Imperiali Metenſi.

CIvitas Metenſis Imperialis tempore Caroli IV. fuit, poſtea Regis Franciæ protectioni ſubmiſſa, & tandem anno 1648. pace Monaſterii Weſtphalorum facta, ab Imperio avulſa, Regnoque Franciæ addicta. vide *tom. III. juris publ. lib.* 7. *cap.* 32. *num.* 4. *& ſeqq.* & *tom. IV. in additam. ad d. lib. & cap. num.* 6. *pag.* 255. *& ſeqq.*

Digitized by Google

Obſervatio XIII.

Ad verb. per nos, &c.

1. *Notatur Error Arumæi.*
2. *A quo indicantur ejusmodi conventus.*

1. CONventus illi, de quibus in textu noſtro agitur, celebrari debent per Imperatorem, & Electores; ac locus, ubi haberi debent, per Imperatorem, cum conſilio Electorum, ſtatui debet; unde detegitur craſſus error Arumæi *diſcurſ. 5. ad A. B. theſ. 20.* & Carpzovii *de Lege Reg. Germ. cap. 5. ſect. 7. num.* 11. aſſerentium, congregationem collegialem inſcio Imperatore ſingulis annis Electoribus inſtituere hac Bulla permitti. 2. Quod ſi poſtea obſervatos mores conſideramus, diſtinguendum eſt inter conventum Electoralem, qui ab Imperatore indicitur, vel ad ejusdem inſtantiam ab Electore Moguntino, nec non inter illum, qui motu proprio à Moguntino indicitur, vel ad inſtantiam alicujus ex collegio Electorali, vel ab alio Electore indicitur. Prioris exemplum retulimus ſupra, ad hunc §. 2. *obſerv.* 4. alterius exemplum fuit conventus Electorum, anno 1630. habitus Ratisbonæ. vide mantiſſam *ad Capitulat. Ferdin. II. in annot. meis ad illam Capit. pag.* 612. & Theatrum Europæum *part. 2. pag.* 198. Tertii fit mentio in aliquoties jam allegata unione fraterna Electorum, de anno 1521. §. 7. *&* 6. ut & quarti *in* §. 16. Illi, qui ab Imperatore ipſo, vel ad ejus requiſitionem indicuntur, aliter non inſtituuntur, niſi ſciente Imperatore, & utplurimum illo vel perſonaliter, vel per legatos in loco, ubi conventus habetur, præſente. Reliqui, qui ab Electoribus indicuntur, ſpeciali Imperatoris conſenſu non indigent, cum ſufficiat permiſſio generalis, quæ exprimitur in Capitulatione, & ſic eo ignorante indici poſſunt; vix tamen eo inſcio poſſunt peragi.

Obſervatio XIV.

Ad verb. locus.

Hodiè locus conveniendi eſt arbitrarius.

DE loco, ubi hæc Comitia habenda, paulò ſupra diximus, hodiè factus eſt arbitrarius, ut de eo non amplius neceſſe ſit, Electores cum Imperatore de eodem conſultare.

Obſervatio XV.

Ad verb. ad beneplacitum duratura.

An ejusmodi conventus ſublati, vel ſaltem immutati?

HÆc conventio, vel lex particularis, ut conſenſu ſaltem Imperatoris & Electorum facta, non omnium Statuum, ita quoque Imperatoris & Electorum conſenſu ſolum interveniente, mutari potuit, atque eo facilius, poſtquam ab initio non pro perpetua, ſed temporali, & ad beneplacitum duratura, edita fuit. Sublatos illos conventus fuiſſe tradit Sinold. *d. diſſ. 7. theſ. 20.*

Digitized by Google

theſ. 20. *lit. g. pag.* 446. quod certo ſenſu verum eſt: ego autem illos potius immutatos dixerim, quam ſublatos. Cura enim ſalutis Imperii, quæ Electoribus incubuit tempore Caroli IV. iisdem adhuc incumbit, quam adhibent Imperii negotiis, etiam in particularibus ſuis Comitiis, nonnihil tamen ab illis antiquis differentibus: Res ſupereſt, qualitates mutatæ. vide me *tom. I. jur. publ. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 230. & *in annot. ad Capitul. Caroli V. art.* 5. *verb.* nach Vermögen der güldenen Bull. *pag.* 55. & *ſeqq.*

Obſervatio XVI.

Ad verb. Imperiali conducte.

De conductu, Electoribus ad ejusmodi conventus proficiſcentibus præſtando.

ELectores quando vivente Imperatore ad conventum ſalutis Imperii cauſà indictum iter faciunt, ſunt ſub conductu Imperiali, non modo curiam illam accedentes, ſed etiam in illa commorantes, & ab eadem recedentes. Mortuo Imperatore ſalvum conductum illis præſtare debent nominati *in capite primo Bullæ noſtræ,* & alii, quorum per territoria tranſeunt.

§. 3.

Obſervatio I.

Diſſonantia inter Bullæ verſiones Germanicas.

VErſiones Germanicæ hîc inter ſe, ac cum latino exemplari, non conveniunt. Quam Goldaſtus exhibet *d. tom.* ſtatutorum & reſcriptorum Imperialium. *pag.* 129. & *part.* 2. der Reichsſatzungen *pag.* 55. ita ſonat: Herumb daß das Geſprech und Radt gemeines Guts und Frieden nit gehindert worden mit Vorzihen/ oder bliben in troſte/ oder mit übermaſſigen Flyſſe der Wyrdſchafft/ als es etwan gewonlichen iſt geſcheen/ ſo ordeneren Wir mit gemeinen Willen/ daß fürbas mer/ dyweyl dy vurgenanten Keyſerlich Hoff/ oder ſamenunge werdt/ keyme Fürſten erleübt iſt gemeyn Sprach zu halten; Aber ſonderlich Geſpreche/ daß die Ordenunge der Keyſerlichen Dingen/ dy zuthuen ſint/ nit irrent/ dy ſint mit maßen verhenget. Moguntina, quæ Codici Receſſuum Imperii præfixa, ita habet: Auff daß auch ſolche Handlung deß gemeinen Nutz/ Heyls und Friedens/ durch ander Schimpff und Hoffierens/ nicht gehindert werde/ wie bißweilen zu geſchehen pflegt; Als ordnen Wir mit einhelligen Willen/ das hinfüro/ ſo lang vorberührte Handlung wehret/ keinem Fürſten/ gemeine Gaſtung anzuſtellen gebühren/ die beſondere aber/ ſo den Verrichtungen vorhabender Geſchäfften und Handlungen nicht verhinderlich/ oder nachtheilig/ ſeind mit Maaß erlaubet.

Obſervatio II.

Ad verb. per tract & moram

1. *Senſus Bullæ.*
2. *Taciti teſtimonium de bibacitate Germanorum.*

1\. PUto mentem diſpoſitionis hanc eſſe, ut conſultationes ſine mora & protractione temporis continuentur, itaque omnia, quæ in contrarium tendunt, & fiunt, ſolatii, hoc eſt, recreationis, lætitiæ, ac jucunditatis cauſa, qualia ſunt præcipuè frequentiora convivia, ad quæ omnes Electores vocantur, ceſſare debere. Conſiderat aurea Bulla potiſſimum retardationem, ſed præter illam adhuc multa in his conviviis ex mora gentis aliquando
2\. peraguntur, quæ ſanitati & legibus contraria. Abſit de noſtratibus hodiè audire, quod Tacitus olim *de moribus Germanor.* ſcripſit: diem noctemque continuare potando nulli probrum; crebræ, ut inter vinolentos, rixæ, rarò convitiis, ſæpius cæde & vulneribus tranſiguntur: ſed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adſciſcendis Principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis conſultant, tamquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.

Obſervatio III.

Ad verb. durante.

Explicatio Dn. Dieterichs.

DN. Dieterich *in not. ad A.B. tit. 12. verb. cum moderamine ſint permiſſæ. p. 69.* inſigne eſſe Electorum privilegium dicit, ne durante ipſorum conventu habeatur Comitium generale: particularis autem Diæta cum moderamine ſit licita. Si per Comitium & Diætam intelligit convivium, loquitur de re in Bulla noſtra propoſita: at verò ſi illis innuere vult, durantibus Comitiis Electoralibus, non licere ſimul habere Comitia generalia omnium Statuum Imperii, excedit terminos Bullæ. Si prius intellectum vult, privilegii nomen minus convenienter applicabitur conſtitutioni, quâ libertas coarctatur.

Obſervatio IV.

Ad verb. non liceat.

Reſpondetur Dn. Dieterico.

IDem Dietericus *d. pag. 69. ad verb. exceſſivam frequentiam.* ſcribit: conviviorum frequentia jam olim, majoris momenti negotia retardari ſolita, conqueritur & prohibet Carolus. Optarim, ut Caroli lex hodiè obſervaretur: nam quod Limnæus *in annot. ad Capit. Caroli V. art. 5. verb.* Nach Vermög der gülden en Bull. *pag. 156. num. 15.* Electores hodiè non recipere legem, celebrationem conviviorum quod attinet, id neſcio, an notatu adeò fuerit dignum. Optarem ego, à Dieterico verba mea non truncari; integra hæc ſunt: denique, quod durantibus hiſce Comitiis Electores, celebrationem conviviorum quantum attinet, legem ab Imperatore non recipiant, ſed ipſimet ſibi ponant. Quæ, ſi expendantur, non hoc inferunt, quaſi Electores omninò nullam in celebratione conviviorum legem agnoſcant, præter illam, quam ipſimet ſibi ponant: Salus Imperii, cujus gratia conveniunt,

niunt, ipſis pro cynoſura & lege eſt, ad cujus promotionem omnia ſua ſponte dirigunt. Nolui autem, cum mihi *in dicto annotam. ad Capitul. loco* agendum videbatur de differentia Comitiorum Electoralium, in Bulla aurea approbatorum, & hodiernorum, quicquam omittere, quo juventuti, cui ſcriptis meis inſervire ſtudeo, omnes differentias ſimul ante oculos ſtatuerem. An in hoc quemquam offenderim, non percipio; arbitror, illum, qui optavit Carolinam legem hodie obſervari, vix cenſuram effugere poſſe, dum aliorum eo ipſo carpit convivia.

Obſervatio V.

Ad verb: particulares.

Qualia eſſe debeant convivia Electorum.

PArticularia convivia, quæ agendorum expeditionem non impediunt, permittuntur. Ut verò non impediant, haberi debent cum moderamine, hoc eſt, non admodum frequenter, nec extendi in multas horas, ſed recreationis, ac amicitiæ gratia, ut non multum abſimiles ſint agapis, in primitiva Eccleſia uſitatis, quæ fraternitatis charitatisve ſtabiliendæ & conſervandæ cauſa fiebant; in quibus non plus, quàm neceſſe, ſerviendum erat corpori, ſed ſola ejus infirmitas reficienda, ut ad uſum exercendæ virtutis haberetur; ſecundum Gregorii admonitionem, quam laudat Tholoſan. *de republ. lib.* 13. *c.* 18. *n.* 4.

CAPUT XIII.

DE REVOCATIONE PRIVILEGIORUM.

Obſervatio.

RUbrica ita formari poteſt, de revocatione privilegiorum, quæ Electorum Juribus, &c. contraria ſunt.

Obſervatio I.

Ad verb. universa privilegia.

De revocandis privilegiis, quæ Electoralibus nocere poſſunt.

QUamquam à Doctoribus, qui de revocatione privilegiorum ſcribunt, differentia conſtituatur inter privilegia, quæ à mera Principis benignitate procedunt, vel pecunia comparantur, ac quæ propter benemeritum ſunt remuneratoria (de quibus videri poteſt Rumelin. *ad A. B. part.* 2. *diſſert.*

diſſert. 4. *theſ.* 6. *& ſeqq.* Klock. *de contribut. cap.* 16. *ſect.* 1. *num.* 140. *& multis ſequentibus*) hîc tamen generaliter omnia aliis data privilegia Electoralibus nociva, in favorem Electorum revocantur: quod an à Carolo IV. Imper. fieri potuerit, diſquirit Carpzov. *de Leg. Reg. Germanor. cap.* 3. *ſect.* 14. *num.* 24.

Ad verb. Civitatum

Obſervatio II.

Privilegia univerſitati data, cenſentur tranſitoria ad poſteros.

PRivilegium univerſitati datum, eſt perpetuum & ad poſteros tranſitorium. *l. forma.* 4. §. *quamquam.* 3. *ff. de cenſibus.* Menoch. *conſil.* 835. *&* 276. *num.* 8. Klock. *de contribut. cap.* 16. *ſect.* 1. *num.* 57. *& ſeq. pag.* 335.

Ad verb. de prædeceſſoribus noſtris.

Obſervatio III.

Succeſſor, privilegia ab anteceſſore approbata, non poteſt improbare.

PRinceps Succeſſor privilegia ab anteceſſoribus approbata, non poteſt improbare, ſed ea tenetur rata habere. Cravetta *conſil.* 455. *num.* 11. *vol.* 3. quem refert Menoch. *conſil.* 8. *num.* 12. *& conſil.* 508. Klock. *d. cap. num.* 177. Rumelin. *d. diſſ.* 4. *theſ.* 3. & ibi Myler. *in addit.*

Ad verb. revocabiles eſſe nō debeant,

Obſervatio IV.

Promiſſio de non revocandis privilegiis.

SI Princeps promiſerit non revocare, ſed perpetuò ſervare, & ſervari facere privilegium, promiſſio illa hoc operatur, ne etiam ſimplex, & merum privilegium Princeps revocare poſſit. Cephal. *conſil.* 342. *num.* 56. Hippol. Riminald. *conſil.* 556. *num.* 128. Klock. *dict. cap. num.* 141.

Ad verb. derogare,

Obſervatio V.

Clauſula Privilegiis addi ſolita, ſalvo jure cujuscunque.

PRivilegia dantur plerumque cum hâc clauſulâ, ſalvo jure cujuscunque, & ſi hæc clauſula omiſſa fuerit, tamen conceſſio nihilominus ita intelligi debet, ac ſi expreſſa fuiſſet. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 1. *num.* 14. Hoc fundamento poſito, quæſtio movetur de privilegiis, quæ aliis competierunt, antequam Electoribus ſua fuerunt data, & dicendum erit, prioribus poſteriori collatione non fuiſſe præjudicatum. Vel quæritur de privilegiis, quæ, poſteaquam Electores ſua jam antea nacti fuerant, aliis poſtea collata ſunt, & his anterioribus Electorum privilegiis nihil quoque detractum. Utroque ergò caſu non videtur opus eſſe revocatione illius, quod ab initio ſtatim nullarum fuit virium.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio VI.

Ad verb. revocamus.

Expenditur textus Bullæ.

NIſi præſupponamus revocationem omnium privilegiorum antiquiorum, quæ cum privilegiis Electorum, tempore poſterioribus, non conveniunt à Carolo IV. generaliter ſine expreſſione nullius cauſæ, facta; niti utilitate publica, revocationi vix erit locus, ſecundum ea, quæ tradit Franc. Marcus *deciſ. 529. num.* 8. Klock. *d. cap. 16. num. 98.* & alii allegati à Mylero *in addit. ad Rumel. d. diſſert. 4. theſ. 13.* Poterit etiam allegari conſenſus eorum, quorum privilegia antiquiora erant, quam Electoralia. In eorum enim præſentia aurea Bulla promulgata fuit, (ut ex ejusdem prooemio notum) cui illi non contradixerunt, ut ſic eandem tacito conſenſu approbaſſe prætendi poſſit.

CAPUT XIV.

DE HIS QUIBUS UT INDIGNIS AUFERUNTUR BONA FEUDALIA.

Obſervatio.

EGo rubricam hanc ita concipio, de fraudulenta reſignatione feudi, & pœnis eorum, qui Dominos feudi invadunt.

Obſervatio. I.

Hoc, ac in ſequentibus tribus capitibus agitur de rebus propriè ad ſcopum Caroli IV. non facientibus.

RES illæ, de quibus in hoc, & tribus ſequentibus capitulis agitur, propriè non pertinent ad hanc Bullam, ut mirari liceat, quomodo in eam, cujusque authoritate, & juſſu, fuerint introductæ: non enim ſunt leges ad unitatem inter Electores fovendam, & electionem unanimem introducendam, de quibus in hac Bulla ſua Carolus IV. ſe acturum in prooemio ejusdem profitetur.

Obſervatio II.

Ad verb. intempeſtive.

De refutatione feudi.

VAſallum feudum refutare poſſe extra dubium eſt. *c. un. de Vaſallo qui contra conſtitut. Loth. &c. 2. F. 38.* ſed an etiam Domino invito id ei facere liceat,

liceat, à nonnullis, quamvis contra expreſſam deciſionem dicti textus, in dubium vocatum fuit, quos repræſentat Vultej. *tr. de feud. lib.1. cap.10. num.76.* Debet autem refutatio illa fieri 1. tempeſtivè. Rumelin. *dict. part.2. diſſert.4. theſ.24.* & à Mylero *in addit. ibid. allegatis.* 2. bona fide, & non fraudulenter. *hoc cap. noſtro.*

Obſervatio III.

Ad verb. renunciant.

Refutatio quid?

RֱEnunciatio, & reſignatio hîc idem ſignificant, quod jus feudale dicit, refutationem feudi. Refutare autem Feudiſtæ dicunt, quod Latini, cedere, deferre, remittere. Hottom. *diſput. feudal. cap. 48. circa pr.*

Obſervatio IV.

Ad verb. malitiosè diffidant.

Diffidatio malitioſa.

HÆ diffidationes non ſolum ſunt malitioſæ, reſpectu ſcil. intentionis, ac injuſtæ, reſpectu Domini feudi, proinde prohibitæ. *infra c.17.* & puniendæ. *hoc cap. noſtro.*

Obſervatio V.

Ad verb. realiter aſſignetur.

Reſignatio feudi quomodo fieri debeat?

REſignatio feudi, quæ fit Domino, (de illa enim hic agitur) debet ita fieri, ut poſſeſſio illius feudi corporaliter & realiter aſſignetur Domino.

Obſervatio VI.

Ad verb. non reſignatis.

An ille, qui reſignavit feudum, adhuc debeat obſervantiam illi, cui feudum reſignavit?

LIcet reſignans feudum poſt perfectam reſignationem non teneatur amplius Domino, cui illud reſignavit, ad ſervitia, tamen illi debet obſervantiam, adeò ut eum offendere non debeat. *dict. cap. un. 2. F. 38.* propter memoriam, vel reliquias, ut alii loquuntur, præcedentis vaſallagii. *vide* Myler. *addit. ad Rumel. d. diſſert.4. theſ.17. & ibid. allegat.* Quod ſi verò offenſio eſt prohibita poſt refutationem factam, multo magis ea erit prohibita ante eandem, & tempore quo adhuc tenet feudum. De quo caſu agitur *in cap. noſtro verſ. Poſtremò omnes.*

Obſervatio VII.

Pœna, quæ manent illos, qui huic conſtitutioni Bullæ non ſatisfaciunt.

POenæ, quas transgreſſores hujus conſtitutionis patiuntur, ſunt 1. jactura beneficii. Hæc tamen non omnes, ſed illos ſolum manet, qui feudum non reſignaverunt, ſed illud adhuc poſſident. Nemo enim poteſt amittere, quod non habet. Ratio amiſſionis repetenda eſt ex jure feudali, quo vaſallus Dominum aſſiliens privatur feudo. *c. un. in pr. verſ. ſimiliter. quib. mod.*

mod. feud. amitt. 1. *Feud.* 5. & 2. *F.* 24. *verſ. porrò vel invadens caſtrum aut locum ad Dominum pertinentem*: *dict. Capitul.* Vultej. *tr. de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. & 38. 2. jactura famæ: Fit enim infamis. 3. jactura ſecuritatis, (quoniam percutitur banno imperiali. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 1. *n.* 20.) Civitatis Romanæ, & eorum quæ communis juris civilis ſunt. Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 1. *num.* 23. & *ſeqq.* & *cap.* 12. *num.* 5. & *ſeqq.*

Obſervatio VIII.

Ad verb. nec de novo.

An rem violenter occupatam Dominus poſſit occupanti in feudum concedere?

SI fortè quæratur, inquit Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 5. *num.* 18. de re violenter occupata, an eam poſſit Dominus occupanti in feudum concedere, aut, ſi fortè ab alio conceſſa ſit, illud confirmare? & poſſe, probatur per ea, quæ allegavit Roſenthal. *cap.* 3. *concluſ.* 11. Dominus, inquam, rei occupatæ, non etiam Imperator, etiamſi violentiam ſciat. Schraderus *de feud. part* 4. *cap.* 1. *num.* 35. Huic opinioni contradicit Buxdorff. *ad A. B. theſ.* 92. *lit.* C. & Arumæus. *diſc.* 6. *ad A. B. theſ.* 1. tanquam verbis Bullæ noſtræ contrariæ. Si Roſenthalii tradita admittunt, dici poterit, affirmativam de alio caſu intelligi, & de alio negativam. Affirmativa tunc obtinet, quando quæſtio movetur de re aliena non feudali, quam violenter occupavit Titius, an Dominus, cujus illa eſt propria, eam poſſit violento occupatori in feudum concedere: Negativa obtinet in caſu à Bulla expreſſo, nempe ſi quæratur de re, quæ jam ante occupationem violentam fuit feudalis, & poſtquam à Vaſallo reſignata, Domino à reſignante violenter occupata fuerit. Eademque negativa obtinebit quoque in eo, qui poſt reſignationem Domino factam eundem invadat in alio feudo. Ita differentia conſtituenda erit, inter invaſorem, qui Domino rei nunquam propter eandem obligatus fuit, & inter illum, qui reſpectu illius rei ejusdem fuit Vaſallus.

Obſervatio IX.

Ad verb. ipſo facto.

De ſententia declaratoria.

INcurrit quidem ipſo facto pœnas temerator conſtitutionis, hoc eſt, meretur iſtas facto ſuo, ſed ut illis afficiatur, ſententia declaratoria requiritur, ut ſupra quoque monui *ad cap.* 1. §. 2. *obſervat.* 11. quæ, ubi bannum Imperiale laxandum, cum præſcitu & conſenſu Electorum fieri debet, Capitulatio Ferdinandi III. *artic.* 30. Ferdinandi IV. *artic.* 28. Leopoldi, *artic.* 28.

Digitized by Google

CAPUT XV.
DE CONSPIRATIONIBUS.

Obſervatio.

MOguntina habet de conſpiratoribus, ſed præfero Palatinam, verbis nigri magis convenientem, quamquam verum ſit, conſpirationes fieri à conſpiratoribus.

§. I.
Obſervatio I.

Conſtitutio Friderici I. Imperatoris. 2. Feud. 53. verſ. conventicula.

REſpexit hîc Carolus ad conſtitutionem Friderici I. qui apud Radevicum *lib. 2. cap. 7. de rebus geſtis hujus Frider. & ſub. tit. de pace tenenda inter ſubditos, &c. 2. F. 53. verſ. conventicula*, ita legitur: conventicula quoque in civitatibus, omneſque conjurationes, & extra, etiam occaſione parentelæ, & inter civitatem & civitatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter civitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus. Hotomannus in *comment. ad lib. 6. feudor. & hunc verſiculum. p. m. 523.* hac conſtitutione Fridericum videri poſſe non tàm coitiones in Republica, quàm commeſſationes, & compolationes, quæ in publicis iſtis conventiculis flagitiorum multorum materiam præbebant, ſpectaſſe: præſertim, cum neque tàm multorum conventus ad arcana conſilia ſatis accommodati ſint, & ob illam crapulæ intemperiem omnibus ſeculis vetita collegia ſint, uti patet ex *Dione lib. 60.* ubi ſcribit, Claudium collegiis interdicentem, cauponas *ſimul evertiſſe*. Sueton. *in Auguſto*: plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coibant. Huic contradicens Arumæus *diſc. 6. ad A. B. theſ. 2.* textum clariorem eſſe aſſerit, quàm ut hanc interpretationem recipere poſſit, loqui enim de conventiculis & conjurationibus. Verum unius conſtitutionis plures poſſunt eſſe fines; Principalis autem hujus Friderici, ut ex rubro & nigro ejuſdem cognoſcitur, eſt, ut pax teneatur, propterea prohibet conventicula & conjurationes, quæ in illis fiunt. Conventicula quidem, ut remota ea occaſione, malè & contra pacem agendi, evitari poſſit malum ipſum. Conjurationes autem, quoniam illæ paci omninò contrariæ; Comeſſationum autem & compotationum non meminit. Et benè ſe res habet, poſtquam Hotomannus ipſe conſtitutionis Friderici interpretationem non aliunde peti oportere, cenſeat, quàm ex aurea Bulla Caroli

Digitized by Google

Caroli IV. *cap.* 15. Hæc verò nec compotationes, nec commeſſationes prohibet, ſed deteſtandas & ſacris legibus reprobatas conſpirationes, & conventicula illicita.

Obſervatio II.

Quæ conventicula ſint prohibita?

MIrum eſſe ſcribit Hotoman. *d. l.* quare lege Friderici non certi conventus prohibeantur potius, quam indefinitè, quaſi nulli liciti ſint: idem de Bulla noſtra dici poſſet, quoniam verbis cum Friderici convenit, ab eo qui Hotomanni veſtigiis vellet inſiſtere. Verum uterque textus non loquitur indefinitè, ſed definitè, nempè de conſpirationibus reprobatis à legibus, & de conventiculis illicitis: Conſtat autem ex vocabulo conſpirationis & conventiculorum, illa etiam prædicari de licitis, ac ex legibus cognitum eſt, non omnes conventus, vel omnia conventicula eſſe illicita. *toto tit. ff. de colleg. & corpor. l.* 1. *in pr. &* §. 1. *ff. quod cujusq; univerſ. nom.* ſed nonnulla tantum *d. l. & l.* 15. *C. de Epiſc. & Cleric.* qualia ſunt, cum plures conveniunt animo deliberato ad perpetrandum malum, quod in dubio præſumitur. Natta *conſil.* 665. *n.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 450. præſertim, ſi ille conventus habeatur citra magiſtratus conſenſum. *l.* 3. §. 1. *dict. tit. de colleg. & corpor.* talia merentur dici unziemliche häſſige Bündnüß/Verſtrickung und zuſamen thun. *Capitulat. Caroli V. artic.* 6. *Ferdinandi I. artic.* 5. *Rudolphi II. artic.* 5. *Matthiæ, artic.* 5. *Ferdinandi II. artic.* 5. *Ferdinandi III. artic.* 6. *Ferdinandi IV. art.* 6. *Leopoldi. art.* 7.

Obſervatio III.

Ad verb. parentelæ:

Parentela quid?

PArentela eſt cognatio, atque affinitas, Gallis parentage, vocabulo impropriè quidem ſumpto, ſed ita uſus obtinuit. Gothefrid. Wendelin. *in gloſſar. Salico vocum Advaticarum pag.* 171. In textu noſtro videtur ſignificare conjunctionem, non ex cognatione, vel affinitate ortam, ſed ex amicitia contracta, qualis eſt receptio in civem.

Obſervatio IV.

Ad verb. receptionis in Civers.

De aſſumptione in numerum civium.

SEnatus, atque Magiſtratus, in civitatibus municipalibus, poſſunt absque juſſu & ſcientia Domini territorialis aſſumere cives, illisque concedere jus civitatis. Beſold. *theſ. pract. verb.* Bürger. *& de jur. univerſ. cap.* 8. *num.* 5. Knipſchild. *de jur. & privileg. civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 2. vel totum, das groſſe Bürgerrecht/ vel partiale, das kleine Bürgerrecht. Idem *d. cap. num.* 34. *&* 35. quibus quoad quid accenſeri poſſunt, die Pact-Bürger/ ac

Schutz-und Schirms-Verwandte. *num.76. 77.* modo id non fiat in fraudem alteriusve detrimentum. *infra cap.19. §.1.*

Ad verb. confœderationes.

Obſervatio V.

Quando civitas mediata poſſit contrahere fœdus.

MEdiatis Imperii civibus regulariter non eſt permiſſum inter ſe contrahere fœdera. Knipſchild. *d. tr. lib.1. cap.12. num.63.* uti nec etiam cum aliis, uti textus noſter clare eloquitur. Dari tamen hîc locum exceptionibus, doctores monent. 1. Si Domini ſui conſenſu, vel permiſſione, fœdus ineant. Dieterich *in not. ad noſtrum cap.15.* cui addit Sinold. *vol.2. diſputat. 12. theſ.10. lit. e.* neceſſariæ defenſionis cauſa. 2. Si Dominus ſubditos ſuos ab alio violenter oppreſſos indefenſos relinquat. Sinold. *d. theſ.10. lit. f.* 3. Si municipium veriſimiliter timeat offenſionem, Dominusque in terra municipii non reſideat, ſed longè abſit, ut ejus auxilium & aſſiſtentia ſemper haberi non poſſit, tunc, ſi defenſionem tantum ſapiant ligæ & confœderationes municipiorum, valere, neque conſpirationis ſpeciem adverſus ſuperiorem admixtam habere, affirmat Zahn *in Ichnographia municipali. cap.32. n.7.* allegans Rapha. Cuman. *in l.2. n.12. ff. ad l. Jul. Majeſt.* Menoch. *conſil.102.* Reinking. *de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib.2. claſſ.3. cap.3. num.23.* 4. Si Dominus adeò ſæviat in vitam & bona ſubditorum, ut nulla ſpes emendandi miſeris ſuperſit; quam rem periculo pleniſſimam eſſe, nec facilè concedendam, rectè judicat Dn. Dieterich *in not. ad cap. noſtrum. verb. & civitatem. pag.71.*

Ad verb. & pacta.

Obſervatio VI.

Quatenus liceat ſubditis pacta pangere?

LIcet etiam ſubditis pacta pangere inter ſe, & cum aliis, modo fiant de rebus licitis, & jure non interdictis. *l.6. C. de pactis l.7. §.7. ff. eod. tit.* de his itaque ſaltem intelligi debet prohibitio in textu noſtro, quæ facta ſunt illicitè, & de rebus illicitis.

Obſervatio VII.

Subditi an citra conſenſum Domini ſibi defenſorem poſſint adſcribere?

QUid habendum de ſubditis, qui citra conſenſum Domini pacto ſibi patronum, vel defenſorem adſciſcunt? De hac quæſtione videri poteſt Dieterich *dict. loc. verb. receptionis in cives. pag.71.* Rumel. *d. diſſert.4. th.9. & ſeqq.* ego. *tom. II. jur. publ. lib.4. cap.8. num.79. & ſeqq.*

Obſervatio VIII.

Et an etiam exterum?

Quid

Quid dicendum de exteris, qui Romano Imperio non adſcripti, illosne ſubditi Imperii ſibi patronos adſciſcere, aut jam olim adſcitos, etiam adhuc & impoſterum pro patronis habere poterunt? Deciſio petenda eſt ex Capitulat. Ferdinandi IV. *art.* 6. & Leopoldi, *artic.* 8. ubi ita legitur. Als auch in Veranlaſſung deren von weyland deren vorgeweſenen Römiſchen Königen und Keyſern/ etlichen außwärtigen von deß Heil. Reichs Jurisdiction eximirten Fürſten und Potentaten über immediat und mediat Städt und Stände vor alters gegebenen/ oder von ihnen ſelbſt erworbenen und angenommenen/ oder ſonſten uſurpirten Schutz- und Schirm-Brieff/ in deme ſie ſich deren zuweilen auch wider ihre Lands-Obrigkeit in civil- und Juſtiz-Sachen deß Heil. Reichs Satzungen zu wider/ bedienet/ nicht geringe Weiterungen und Zerſtörungen gemeinen Land-Friedens entſtanden/ dadurch dann deß Heiligen Reichs Jurisdiction, Autorität und Hochheit mercklich geſchwächt/ dieſelbe auch mit Entziehung anſehenlicher Glieder gar intervertirt worden; Als ſollen und wollen Wir/ zu Abwendung obverſtandener gefährlicher und gemeiner Tranquillität des Heil. Römiſchen Reichs ſchädlicher Zergliederungen/ und Mißverſtänd/ dergleichen Protection- und Schirm-Brieff über mittelbahre Städt und Landſchafften/ denen Gewälten und Potentaten/ ſo Unſerm/ und des Heil. Reichs Zwang und Jurisdiction, wie gemeldt nicht unterworffen/ nicht allein nicht ertheilen/ noch ſolche zu ſuchen und anzunehmen/ geſtatten/ noch auch die/ ſo von vorigen Römiſchen Keyſern/ in anderwärtem der Sachen/ und Zeiten Stand und Conſideration ertheilte/ und von mediat-Ständen auffgenommen worden; durch reſcripta, oder auff andere Weis confirmiren/ ſondern vielmehr darob und daran ſeyn/ darmit vermittelſt Unſerer Interpoſition, oder durch andere erlaubte Mittel und Weg/ oberwehnte von vorigen Keyſern/ oblauts gegebene/ oder angenommene Protectoria, auffgekündet und abgethan/ oder wenigſt in die Schrancken ihrer erſten Keyſerl. und Königl. Conceſſionen, wo die verhanden/ ohne einige fernere deren extenſion, und Außthänung/ reducirt, alſo männiglich forthin in Unſerm/ und deß Heil. Reichs alleinigen Schutz/ und Verthätigung gelaſſen/ und Churfürſten und Ständen deß Heil. Reichs/ ſampt der ohnmittelbahren Reichs-Ritterſchafft/ und allerſeits Angehörigen Unterthanen/ ohne imploration in- und außwärtigen Anhangs/ und Aſſiſtentz, bey gleichem Schutz und Adminiſtration der Juſtitz, in Religion- und Prophan-Sachen/ den Reichs-Satz- und Cammer-gerichts Ordnungen/ Münſter- und Oſnabruckiſchen Friedenſchluß/ und darauff gegründeten Edictis, arctiori modo exequendi, und Nürnbergiſchen Executions-Receſs, wie auch nechſt vorigen Reichs-Abſchied/ gemäß erhalten.

Digitized by Google

Obſervatio IX.

Ad verb. cujuscunque dignitatis.

Verborum, cujuscunque dignitatis, *ſenſus.*

Ne hæc conſtitutio videatur pugnare cum §. *ſeq.* mente tenendûm eſt, eam loqui de ſubditis Statuum, & miniſterialibus, cujuscunque dignitatis vel ſtatus ſint, non autem de Imperii Statibus; id quod verba ipſa inculcant.

Obſervatio X.

Ad verb. abſque auctoritate.

Subditi contrahentes fœdera, quid obſervare debeant?

Subditi, contrahentes fœdera, debent 1. ad illa ineunda impetrare auctoritatem Dominorum. 2. in eisdem nominatim excipere Dominos: quod intelligi debet de regula: neceſſitatem enim aliquandò aliud permittere, ſupra *obſervat*, 5. ex doctoribus tradidi.

Obſervatio XI.

Ad verb. miniſteriales.

Miniſteriales qui dicantur?

Miniſteriales hîc dicuntur homines liberi, qui in Domini territorii familia vel extra eam, munere & procuratione aliqua funguntur; hoc eſt, qui miniſtri Domini ſunt, & eo nomine illi obligati. Dixi, liberos homines, nam alicubi etiam ſervi Domeſtici, miniſteria Dominis præbentes, nomine miniſterialium veniunt. Hotoman. *de verb. feudal. ver. miniſteriales.* Idem vocabulum explicans Gothefrid. Wendelin. *in gloſſario Salico Vocum Aduaticarum. lit. M. pag. m.* 169. ſcribit, miniſteriales ſunt ſervi, vel ancillæ, magnæ alicujus domus, qui pro ſua quiſque induſtria miniſteria exhibent; & quas quiſque illorum operas exhibet, meſtiers vocantur, à latino miniſterium. Jam & Vaſalli, ſeu feudales, ac militares viri, & denique ipſi apparitores, vocantur miniſteriales; pneumatici quoque cantores, *vulgò* meneſtriers, indidem appellantur,

§. 2.

Obſervatio I.

1. Liga quid in re monetaria?
2. Liga pro fœdere.
3. Feudum ligium.

Ad verb. ligis.

Vocabulum ligæ variè uſurpatur. In re monetaria liga dicitur metallo-
1. rum mixtio, unio, colligatio, & nobis eſt Gehalt/ oder Korn; Gallis,
aloy, ac legitimæ materiæ nummus, *monnoye de bon aloy*, contra *monnoye de*
mauvais aloy, adulterinæ, non legitimæ materiæ nummus. In textu noſtro
2. liga ſignificat fœdus, ſocietatem, & putant nonnulli, eodem etiam ſenſu
feudum ligium dictum fuiſſe: quos taxat Ragueau *en l'indice des droits Royaux*
& Sei-

Digitized by Google

& Seigneuriaux. lit. h. verb. l'homage lige. pag. 424. hoc vocabulum originem non habere contendens à ligando, vel à leodibus, vel à legalitate, ut vulgo jugantur: Addens præterea; quis ſanus illos non culpabit, non coarguet? quis riſum tenebit, cum pueriliter ludunt? Mihi ratio nominis non tàm ſuſpecta eſt, quàm communis Doctorum traditio de feudi ligii forma, & qualitate; quam accuratè examinat Hotoman. *diſput. feud. cap.* 8. *pag. m.* 35. *& ſeqq.* ac fatetur Vultejus, jus feudi ligii ſatis dubium redditum, nec ullo recto juris textu aut fundamento eſſe ſubnixum. *lib.* 1. *de feud. cap.* 8. *num.* 22. *in fin.* 3.

Obſervatio II.

Ad verb. duntaxat exceptis,

Explicatio textus.

NOn videtur hæc exceptio pertinere ad §. antecedentis regulam. Non agit illa de omnibus confœderationibus, ſed de illis tantum, quæ factæ inter mediatos Imperii ſubditos: Aut, ſi agit etiam de immediatis, non ſatis commodè hîc duntaxat excipiuntur confœderationes inter Principes & civitates, poſtquam à prohibitione ibi etiam exceptæ ſunt illæ, quæ cum authoritate Dominorum, & illis nominatim exceptis factæ ſunt. Omninò autem mihi perſuaſum habeo, in hoc §. Principes & Civitates, alioſque, intelligi debere de Imperii immediatis civibus, quibus permiſſum eſt contrahere fœdera. De fœderibus Principum ſcripſi *tom. II. jur. publ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 16. *& ſeqq.* cui jungi poſſunt Myler. *in addit. ad part.* 2. *diſſert.* 4. Rumel. *ad A. B. theſ.* 34. & *ab eodem ibi allegati.* De fœderibus civitatum Imperialium videri debet Knipſchild. *de jur. & privileg. civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 23. *per totum.* De fœderibus Nobilium immediatorum, Killinger. *de Ganerbinatu caſtror. diſc.* 15. *num.* 44. Mager. *de advoc. arm. cap.* 6. *num.* 107. Sinold. *de Statu Rei Romanæ. vol.* 2. *diſputat.* 12. *theſ.* 6. *lit. d. & theſ.* 10. *lit. a.* Atque hi ſunt iſti alii, quorum A. B. meminit.

Obſervatio III.

Ad verb. ſuper generali pace.

1. ***Continuatio explicationis.***
2. ***Sinoldi explicatio.***
3. ***Verſiones A. B. Germanica quid innuant?***

OCcaſione verborum, ſuper generali pace provinciarum, atque terrarum, inter ſe formaſſe noſcuntur, quæritur, an ergò fœdera de ſpeciali pace provinciarum ſint reprobanda? Hoc non admitto, cum, quæ pacis ſpecialis cauſa fiunt, æquè bona fide & utilitate Imperii nitantur, ac generalia, licet hæc majoris ſint effectus. Dantur gradus utilitatis, quorum nullus prohibitus. Ex textu ipſo colligo, Carolum voluiſſe improbare & caſſare confœderationes iniquè factas, approbare verò, & in vigore conſervare juſtè factas. Cum autem tunc nullæ extarent, quæ pro pace ſpeciali provinciarum factæ eſſent, de illis nihil diſpoſuit, ut de re tunc non exiſtente. Quæ 1.

ſi ex-

ſi extitiſſent, dubio procul eas itidem quoque approbaſſet. Aut, ſi hæc opinio fortaſſis non ſubſiſtere poſſit, potius dicam, textum defectuoſum eſſe, & ad perfectionem ita redigendum, ut legatur, ſuper generali vel particulari pace provinciarum, &c. quam ut credam, Carolum confœderationes ſuper pace generali provinciarum approbaſſe, ſed confœderationes ſuper particulari pace provinciarum reprobaſſe. Licita & permiſſa eſſe ſtatuo fœdera, quæ ad licitum & bonum finem ritè contrahuntur. Realiter aggrediens Sinold. *vol. 2. diſput. de Stat. Rei Rom. diſp. 12. theſ. 6, lit. a.* ait: Cum nec Imperium totum pacatum eſſe poſſit, niſi & ſinguli ipſius Status pace fruantur, nec verba illa, provinciarum atque terrarum, de generalibus provinciis, quales ſunt decem circuli, multò minus de Imperio intelligenda ſint; quod vel ex Germanico, von gemeinen Land-Friedens/ wegen der Land und Leut/ ſatis ſuperque patet, ea nec ad fœderum particularium prohibitionem pertinere manifeſtum eſt; quæ, modo ſint in pace publica fundata, & ad juſtam poſſeſſionem tuendam erecta, in ſubſidium conſtitutionum Imperialium approbantur. Kylling. *de Ganerb. Caſtror. diſcurſ. 15. num. 62. & ſeqq.*

2\. (margin, beside "tuo fœdera")

3\. Si verſiones Germanicas hîc ſequimur, res clara eſt, & difficultas ceſſat. Moguntina, quæ Receſſ. Imper. præpoſita, ita ſonat; Jedoch die Gelübde und Verbündnuſſe/ ſo die Fürſten/ Städte/ und andere wegen gemeinen Land-Friedens auffgericht/ außgenommen. Quam exhibet Gold. *inter ſtat. & reſcript. Imper. pag. 130.* ita exprimit, alleine vſſgenommen die Vürſichtigkeit/und Verbündnuſſe/ dy die Fürſten und Städt/unter yemand ander/ vmb gemeinen Frieden der Lande kundlich vnder yne beſeſtiget hand.

Obſervatio IV.

Ad verb. inter ſe,

An Status Imperij etiam cum exteris poſſint contrahere fœdera?

AN Status Imperii non modo inter ſe, verum etiam cum *exteris Principibus*, & Rebuspublicis, fœdera contrahere poſſint, non levis momenti eſt quæſtio? qua de diſputavi *tom. II. jur. publ. lib. 4. cap. 8. num. 26. & ſeqq. & tom. IV. in addit. ad. d. lib. cap. & num. 29. pag. 611.* nec non *tom. V. in addit. ad lib. 4. cap. 8. num. 29. pag. 300.* Hodie autem hanc diſputationem ceſſare fecit pax Oſnabrugis, & Monaſterii Weſtphalorum, compoſita, inter Imperium, Regnaque Franciæ, & Sueciæ, anno 1641. *art. 8. §. gaudeant. verſ.* Cumprimis verò jus faciendi inter ſe, & cum exteris fœdera, pro ſua cujusque conſervatione & ſecuritate ſingulis Statibus perpetuò liberum eſto, ita tamen, ne ejusmodi fœdera ſint contra Imperatorem, & Imperium, pacemque ejus publicam, vel hanc imprimis transactionem, fiantque ſalvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt.

Obſerv.

Obſervatio V.

Ad verb. noſtræ declarationi.

Quas confœderationes Carolus IV. ſua declarationi reſervaverit?

CArolus, confœderationes, quas Principes & Civitates tunc temporis inter ſe formaverant, ſuper generali pace provinciarum ac terrarum, non ſimpliciter approbat, eas ſuæ declarationi reſervans, tanquam nondum exactè examinatas, & in vigore manere vult, donec de illis aliud, deprehenſa fortè illarum invaliditate, duxerit ordinandum.

§. 3.

Obſervatio I.

Ad verb. legis noſtræ antiquæ.

Caroli IV. lex contra illicitas confœderationes.

AN Carolus antiquiorem legem contra illicitas confœderationes tulerit, & aliam, quam in Bulla hac expreſſam, an ve illam ſuam dicat, quæ à Romanis Imperatoribus Auguſtis prædeceſſoribus ejus olim lata, in medio relinquo.

Obſervatio II.

1. *De pœna ſingularium perſonarum ineuntium confœderationes illicitas.*
2. *Libra auri æſtimatio.*

1. COnfœderationes illicitæ prohibentur fieri, factæ pœnam ſubeunt. Pœna autem eſt, vel perſonæ ſingularis, vel univerſitatis, in legem peccantis. Perſonæ ſingularis pœna eſt 1. ea quæ in antiqua lege expreſſa. *l. 1. & 2. C. de ſedit. l. ſi quis 38. §. auctores. 2. ff. de pœnis.* 2. Jactura famæ, notaque infamiæ. 3. Decem libræ auri. Libra auri eſt vel auri puri, Löttiges Golds/ vel 2.
auri in monetam redacti, quam conſtare 136. florenis Rhenenſibus, tradit Florentin. à Venningen. *conſil. 1. volum. 4. num. 106.*

Obſervatio III.

Pœna univerſitatum ineuntium confœderationes illicitas.

VNiverſitatis, vel civitatis, in hanc legem peccantis, pœna eſt 1. centum libræ auri. 2. Amiſſio, & privatio libertatum, & privilegiorum Imperialium.

Obſervatio IV.

Mulcta pecuniaria inter quos dividenda.

POena hæc pecuniaria ita dividenda eſt, ut utroque caſu dimidium ejus fiſco Imperiali applicetur, alterum autem dimidium Domino diſtrictus, in cujus præjudicium legi vis illata.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

DE PFALBURGERIS.

§. 1.

Obſervatio I.

Ad verb. frequens.

Variæ Imperatorum conſtitutiones de Pfalburgeris latæ.

FRequentes olim fuiſſe querelas de recipiendis, vel non recipiendis Pfalburgeris, ex actis & conſtitutionibus Imperii notum eſt. Eadem de re jam anno 1232. Henricus Imperator diſpoſuit, apud Gold. *inter ſtat. & reſcripta Imper. pag.* 79. *cap.* 4. *& p.*167. *c.*3. Fridericus II. anno 1236. apud Goldaſt. *d. l. cap.* 82. *cap.* 9. Carolus IV. anno 1356. hâc Bulla ſua: Verum, cum nec hac quoque ſufficiens remedium introductum fuiſſet, Sigiſmundus Imperator, in Comitiis, anno 1431. Norimbergæ habitis, Bulla alia, *cap.* 1. 2. *&* 3. iterum prohibuit Pfalburgeros ſuſcipi; ſed nec huic obedientia præſtita, ut patet ex R. A. zu Trier und Cölln/ *anno* 1512. *pag.* 92. §. *item*, als an Uns/ und die Stände/ der Pfalburger halben/ ſo etliche von den Ständen annehmen/ merckliche Klag gelangt iſt/ ſol darvon/ was in denſelben billich oder recht ſey/ zu nechſtkünfftigen Reichstag gehandelt werden.

Obſervatio II.

Ad verb. aliarum civitatum cives.

An quis diverſarum civitatum civis eſſe poſſit?

AN quis diverſarum civitatum civis ſimul eſſe poſſit, apud me *extra dubium* eſt, ſi civitates illæ ad unum eundemque Dominum *pertineant*, & ſine fraude res geratur. Eſt etiam in reſpectum civitatis *Romanæ adhuc in* uſu, ut honoris cauſa in ejusdem civem receptus, civis ſuæ civitatis permaneat.

Obſervatio III.

De ſenſu Aureæ Bullæ.

AUrea Bulla damnat illum caſum, quando ſubditus alterius ſe procurat recipi in civem civitatis alienæ, ea intentione, ut quidem in Principis ſui civitate corporaliter reſideat, ſed libertatibus civitatis acquiſitæ fruatur, & ab eadem defendatur, etiam contra civitatem, cujus civis permanſit.

Obſervatio IV.

Ad verb. a partib⁹ Alamaniæ.

Quid nomine Alamaniæ veniat.

VOx Alamania latiſſimè, pro tota Germania, latè pro integra Suevia; propriè autem, & ſtrictim, pro ſuperiori Suevia, accipitur, und die Gegend umb den Bodenſee/ im Turgow/ Zürichgow/ Brißgow/ ꝛc. *Author der Reichs-Vogtheyiſchen Apologi. cap. 3. pag. 166.*

Obſervatio V.

Ad verb. Pfalburgeri.

1. *Pfalburger, Pfolburger, Phalburger, Palburger.*
2. *Qui dicantur Pfalburger.*
3. *Exempla Pfalburgerorum.*
4. *Goldaſti de Pfalburgeris judicium.*

SCriptura variat; in textu noſtro leguntur Pfalburgeri, alibi Pfolburgeri, 1.
in d. conſtit. Henrici. apud Goldaſt. *d. l. cap.* 4. *pag.* 79. alibi Phalburgeri. *dict. conſtit. Friderici II. cap.* 9. apud Goldaſt. *dict. pag.* 81. Pholburger, Palburger. Goldaſt. *in rationali conſtit. Imper. pag.* 80. Sic nominavere, ait, ci- 2.
ves extraneos liberæ conditionis homines, qui ſub Imperatore, Principibus, Comitibus, &c. prædia poſſidentes, ab Imperialibus, & liberis urbibus, jus civitatis impetraverunt, ipſi civitati certis conditionibus adſcripti. Quo nihil frequentius quondam in Germania fuit, cum Comites, Barones, Nobiles, ſibi, omnibusque ſubditis & territoriis ſuis jura civitatum Imperialium ambirent. Vidi hujusmodi civitatis aliquot vetera inſtrumenta, ex quibus didici, à Nobilibus id factum, qui vel à vicina civitate ſibi prætimerent in bellis inteſtinis, vel, à potentioribus preſſi, auxilium ab eadem præſtolarentur. Nulla verò provincia fuit unquam, in qua plures, aut cele- 3.
briores forent Pfalburgeri, atque in Alemania, neque etiamnum deſierunt. Comites Sulcenſes, pro Landgraviatu Klecgoviano, & Parenſi, jus civitatis cum Tigurinis pacti, hodieque obtinent. Pariliter, Barones Hohen Saxii, pro Baronatibus, Saxenſi, & Forſteckiano, in Rheguſcia, & Burgeliano in Turgovia. Nobiles Schellenbergii, Riſchachii, &c. pro poſſeſſionibus ſuis in Hegovia, cum Scaphuſianis: Alii alibi. Nec nobiles tantum, ſed & populares, ſui juris, ſuæque ſpontis, tyrannidem ſuorum Dominorum experti, civitatibus adſcripti: quin & minorum civitatum incolæ majoribus urbibus, apud quam prædia colebant, numero civium adjuncti. Unde 4.
quæſtio non ignobilis orta, an illi prioris civitatis jura amiſerint? Et deciſum legi, non amiſiſſe, cum ſuæ civitatis jura non videantur minuiſſe, ſed majori honore adauxiſſe: quemadmodum, qui ex Nobili, Baro, ex Barone, Comes, ex Comite, Princeps fit, minores illas dignitates nunquam dicetur amiſiſſe, ſed potius, cumulato honore, in majus provexiſſe. Aliud dicendum putant, ſi liberæ & Imperialis Urbis civis ſeſe pateretur acciri in numerum civium ſubditorum: Tum enim civitatis prioris jura amitti, volunt eſſe indubitati juris, quoniam ejus honorem ac dignitatem minuiſſe, ac quodammodo videatur contempſiſſe. Quæ ratio in Principibus, Comi-

tibus, Baronibus, Nobilibus, jam pridem olim in Alemannia obtinuit: quamquam in quæſtione eſſe videam, an hi, aut eorum liberi, redauctis poſſeſſionibus, priſtinum ſtatum queant (ut loquuntur) reaſſumere. Quod ad civitates attinet, elegans eſt locus apud Cornelium Nepotem in vita T. Pomponii Attici, civis Romani, cui Athenienſes omnes honores, quos poſſent, civemque facere ſtuderent: quo beneficio ille uti noluit; *quod* nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam alia aſcita, propter injuriam ſcilicet, quam Romanæ civitati faceret. Quo jure & hodie utimur. Nam omnium vel ſummarum Urbium cultores conſtat non amittere civium ſuorum jura ac privilegia, allectos in numerum Romanorum, Romanæ urbis; hanc præeminentiam ſibi hodie quoque vindicant Veneti in arrogatione Civium; Haut ſcio quàm juſtè, & morem genuit æmulatio. De Imperialibus urbibus aliam habet rationem, quia ſuperiorem agnoſcunt Imperatorem, & ipſæ inter ſe aliæ aliis nobiliores exiſtunt, & privilegiorum dotibus excellentiores. Proinde, neque alter alterius, ſine præjudicio, civis eſſe poterit, & ea in re æmulationi cautum. De ſubditis civitatibus ita jus fuit illo ævo, exempli gratia, Hanovianus, Darmſtadianus, Cronbergenſis, &c. Cives ſalvo jure ſuorum oppidorum poterant numerum augere civitatis Francofurdianæ, ſed non econtra. Nam qui Francofurdianus civis illis oppidis ſeſe paſſus fuiſſet adſcribi, ſine dubio amiſiſſet jus ſuæ civitatis. Nec civitatum, ſed & Regnorum, ac Provinciarum obſervo Pfalburgeros fuiſſe. Hos prohibuit recipere Carolus Magnus *in conſtit. de pace Theodonis villana.* §. 10. (apud Goldaſt. *d. tom. conſtitut. & reſcript. Imper. pag.* 11.) Hæc talia mihi viſa ſunt, ut lectori benevolo communicanda omninò duxerim ex Goldaſto.

Obſervatio VI.

Nomen Pfalburger unde?

QUod etymon attinet, ſe non expedivit Goldaſt. *d. l.* monuit verò, ſuſpicari Freherum, pſeudopolitam ſignificare, cujus compoſitionis inſtar ſit in verbo Balmond, quod falſum tutorem dixiſſe veteres Teuthones, Nauclerus, Cujacius & Cruſius authores ſint. Haberi Pfalburgerum pro falſo cive poſſe, non nego, ſed ut Pfal cum Falſch conveniat, nondum edoctus ſum; quantumque bal, à pfal, & ſcriptura, & pronunciatione, differat, res ipſa declarat. Beſoldus *de natura populorum, & de linguarum ortu ſub. num.* 19. Faulxbourg, quo Franci ſuburbium notant, quaſi falſa urbs, origine vocis dici, & inde forſan Fal, vel Pfalburgeros, non veros cives. Placuit illi orthographia recepta, ſed melius, ſi origo placuiſſet, quæ fuit Forbourg, quam Galli, molliori ſono, & ſcriptura, fecerunt fauxbourg, *qui ſont toutes les maiſons hors l'enceinte de la ville,* ut ſupra tradidi. Propius

ad

Digitized by Google

ad veritatem perveniunt, qui Pſal, non pro falſo, ſed pro palo intelligunt, diverſi quamvis ſint in explicatione. Conjiciunt nonnulli, habitantes in loco palis, (utplurimum præſupponunt eſſe ſuburbia) non muris vallata, Pfalburgeros dictos. Beſold. *differt. 3. de jur. ordin. civit. c. 3. num. 5.* Sed id Bullæ noſtræ parum convenit, quæ memorat, illos in terris, civitatibus, oppidis, & villis, corporaliter reſediſſe: Ex Wehnero conſtat (*in obſerv. practic. verb. Pfalburger.*) incolam, qui non eſt civis, aliis dici Pſalburger, der zwiſchen ſeinen vier Pſehlen ſitzet/ (hoc eſt, in domo ſua) ut antiquitus loqui amabant. Verum nec hæc interpretatio quicquam habet ſolidi, quoniam & incola & civis domum propriam inhabitare poteſt, & ſic uterque dici poſſet Pſalburger; imò vero nomen hoc non incolam notat, ſed civem, ad differentiam aliorum, non ſimpliciter dictum Burger/ ſed Pſalburger.

Obſervatio VII.

Ad verb. omnium Principum Electorū.

Emendatio textus.

AUt textui additione ſubveniendum eſt, ut legatur de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine, omnium Principum, tàm Electorum, quàm cœterorum Eccleſiaſticorum, & ſecularium ſano accedente conſilio, aut reddenda ratio, cur conſilium Principum non Electorum in materia communi lege decernenda hîc fuerit omiſſum, & potuerit omitti.

Obſervatio VIII.

1. *Quæ ſpecies Pſalburgeratus prohibeatur?*
2. *Exempla Principum, & Magnatum, qui cives facti, Argentinæ, Treviris, Norimbergæ, Magdeburgi, Erfordiæ, &c.*

GEneralis eſt deciſio, ut alterius civis, vel ſubditus, qui fraudulenter in civitate alia jus civis ſibi acquiſivit, ejuſdem civitatis juribus & libertatibus frui non poſſit, niſi eò ſe perſonaliter conferat, ibi larem foveat continuè & vere, non fictè ibi reſideat, atque debita onera & munera municipalia ibi ſubeat. Exinde ego colligo, certam ſpeciem Pſalburgerorum improbari, ſed non omnem ordinariam. Prohibetur, quæ fit fraudulenter, Domino vel nolente, vel inſcio; quo facto civis conditionem ſuàm meliorem, Domini verò graviorem, reddit. Ergò, ſi civitatis illius jus, vel volente, vel cooperante Domino, conſequitur, haud peccat. Id verò ita aliquando factum, nos docet Author der gründlichen Außführung der Reichs-Stadt Lindau/ die ohnverſehens abgelöſete / und der Ertzhertzogin Claudiæ Fürſtl. Durchl. pendente lite cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend/ *p. 231.* 1.
Porrò, licuit etiam Magnatibus ipſis in civitate aliqua Imperiali civis jura conſequi, quo contra potentiores ſibi pararent defenſionem, & auxilium, 2.

 aliam-

aliamque ob cauſam. Exempla ſuperius ex Goldaſto adducta hoc clarè probant, quibus ego nunc addo Jacobum Comitem, Comitem in Liechtenberg/ qui à Republicâ Argentinenſi in civem ſe recipi, juramento Senatui corporaliter exporrectis digitis præſtito, curavit; A. C. 1471. prout literis ejusdem reverſalibus, quas vocant, ibidem aſſervatis, probatur; Henricum Comitem Lützenbergenſem, & Johannem Comitem de Spanheim, Dominum de Starckenberg, qui Cives Auguſtæ Trevirorum facti. Kyriander *annal. Trevir. part.* 17. *pag.* 208. & *pag.* 211. Adolphum, Comitem Naſſovienſem (qui poſtea in Imperatorem electus) civem fuiſſe Norimbergenſem. David Chytræ. *lib.* 15. *Chron. Saxon. fol.* 438. Comites Mansfeldenſes, & Wernigerodenſes, anno 1325. factos fuiſſe cives Magdeburgi. Pomarius in der Sachſen- und Nieder-Sachſen Chronic. *p.* 371. Albertum Comitem de Gleichen/ ejusque hæredes, ab Erfordia in concives receptos. Draco *de jur. & origin. Patric. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 221. Wilhelmum Hollandiæ Comitem, jam tunc Regem Romanum, civem Ultrajecti factum. Lehemann. *Chron. Spir. lib.* 5. *cap.* 90. *pag.* 601. Ludovico II. ac cœteris deinceps Regibus Francorum Helvetios jura civitatis ſuæ dediſſe ex Bodino *de Republ. lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 87. notum, & à me annotatum *in notit. Regni Franciæ lib.* 2. *cap.* 6. *lit. ooooo. pag.* 457.

Ad verb. tranſeunte.

Obſervatio IX.

Licentia mutandi domum, & Dominum.

LIcere liberis hominibus mutare lares, domum, & Dominum, atque relicta civitate una, in aliam concedere, juri & rationi conveniens. *l.* 71. §. 2. *ff. de condit. & demonſtrat.* ac in Germania uſitatum. Gail. 2. *obſervat.* 36. ita tamen, ut præſtentur præſtanda. R. A. zu Augſpurg/ *de anno* 1555. §. Wo aber unſern. *pag.* 400. Stam. *de ſervit. perſonali. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 9. *& ſeqq.* Knipſchild. *de jur. & privileg. civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 20.

§. 2.

Ad verb. privilegiis.

Obſervatio I.

De privilegio recipiendi Pſalburgeros.

PRivilegii recipiendi Pſalburgeros meminit author der gründlichen Außführung der Reichs-Stadt Lindau/ die unverſehens abgelöſte/ und der Ertzhertzogen Claudiæ Fürſtl. Durchleucht. pendente lite cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend. *pag.* 231.

Ad verb. centum marcas auri puri.

Obſervatio II.

1. **Marck löttigs Golds.** 2. ***Quot Ducatis conſtet marca auri.***

In

Digitized by Google

IN præcedenti capite §. *ult.* pœna certarum librarum auri conſtituta fuit, 1.
hîc autem non librarum, ſed marcarum auri fit mentio. Rationem non
omprehendo, ex uſu autem huc usque, in mandatis aliisque deprehendi-
nus, frequentius pœnas non libris, ſed marcis auri puri definiri. Marck lôt-
iges Golds/ vel Marck reines Golds/ vel Marck feines Golds/ vel ſimplici-
er, Marck Golds. Æſtimatur autem marca Colonienſis auri puri 67. Du- 2.
atis, vel 72. aureis Rhenenſibus. R. A. zu Regenſpurg/ *de anno* 1576. §. Und
muß ſondern. *pag.* 666.

Obſervatio III.

1. Pœna ejus, qui ſuſcipit Pfalburgerum. 2. Pœna ejus, qui ſuſcipitur.

RECipiens Pfalburgerum punitur; at quæ pœna Pfalburgerum, quod ſe 1.
in damnum Domini recipi fecerit, manere debeat, non exprimitur. Hoc 2.
dicitur, Domino jus ſuum ſalvum manere in ſubditum illum, tàm ratione
perſonæ, quàm bonorum.

CAPUT XVII.

DE DIFFIDATIONIBUS.

§. I.

Obſervatio I.

Rubrica non convenit cum nigro.

PLus eſt in nigro, quàm in rubro, ut ex §. 2. cognoſcitur. Guido Papæ *deciſ.* 191. rubricam ita concepit; Lex Imperialis ſuper diffidamentis, quæ quandoque faciunt inter ſe Magnates, & alii Nobiles, qualiter & quomodo fieri debeat, & qualiter puniantur aliter facientes, & de prohibitione injuſtarum guerrarum. Hanc conſtitutionem recitat & explicat Guido Papæ *dict. deciſ.* 191. omiſſo conditoris nomine, annoque promulgationis. Monet tantum, eam non eſſe in corpore juris civilis comprehenſam, ſed in archivum publicarum rationum Delphinatus ideò relatam, quò obſervaretur iis temporibus, quibus Gubernatores ejus provinciæ erant Vicarii Imperiales.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio II.

1. *An Carolus IV. vel alius ex Imperatoribus prioribus fuerit author hujus legis de diffidationibus.*

2. *Wolffgangi Hungeri error.*

1. CArolus IV. videtur hanc conſtitutionem pro ſua venditare, & illi aſſentiri Fridericus in der Reformation zu Franckfurt am Mayn/ anno 1441. *pag.* 16. nec non Hotomannus *de verb. feudal. verſ. diffidare*, ubi pro Conrado IV. qui vitio typographi expreſſus, legendum eſt, Carolus IV. ſed eam pro antiquiore habent alii. Iisdem verbis eam à Philippo anno 1201. promulgatam legi apud Goldaſt. *tom. III. conſtit. Imper. pag.* 367. aſſerit Rumelin. *part.* 2.
2. *differt.* 6. *ad A. B. theſ.* 1. Sacramento verò propè contendere auſus fuit Wolffgangus Hungerus *in annot. in Cuſpiniani Cæſarum hiſtoriam ad pag.* 385. *p. m.* 683. hujus ſanctionis authorem fuiſſe Imperatorem Ludovicum IV. Bojoarium: Nam quo loco Froſſardus memorat, quibus ceremoniis ac conditionibus, Edoardus, Angliæ Rex, fuerit ab ipſo Imperatore Ludovico factus Imperii Vicarius, adjicit etiam hæc ſequentia: ibidem quoque renovatum, ac confirmatum fuit decretum, ſeu ſtatutum quoddam, temporibus jam præteritis in aula Imperatoris factum, quod tale erat; quod, quisquis vellet alii moleſtiam, aut damnum inferre, deberet eidem denuntiare (diffidare vulgo vocant) legitimè triduo, antequam ad factum deſcenderet: & quicunque ſecus faceret, mali & infamis facinoris futurus eſſet noxius. Verum debuiſſet Hungerus perpendere, aliud eſſe renovare, aut confirmare legem jam antea latam, aliud legis primum eſſe latorem.

Obſervatio III.

Ad verb. diffidationis.

Diffidare quid ſit?

DIffidare eſt feidam, hoc eſt, bellum indicere, hoſtem declarare: *ponitur* etiam pro, privatas inimicitias denuntiare. Hotoman. *de verb. feudal. verb. diffidare. & verb. Feida. Ragueau en l'indice des droits Royaux & Seigneuriaux. verb. deffier.* nobis dicitur, beſchden/ abſagen/ ꝛc. & eſt denuntiatio belli, & perſecutionis ad bona, vitam, corpus & ſanguinem. Mindan. *de proceſſ. extrah. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 1.

Obſervatio IV.

1. *Quæ diffidanti obſervanda fuerint?* 2. *Error Arumæi.*

1. CUm peſſima, ſed longa tamen conſuetudine, introductum fuiſſet, etiam privatas inimicitias armis vindicare, prævalidum & adultum hoc vitium tolerare coacti ſunt Imperatores; ſed ne omninò hoc dependeret à cujusque libidine

bidine, certis conſtitutionibus id limitare voluerunt. Quarum una fuit, t diffidatio inſultum præcederet. 2. ut illa fieret tribus diebus ante aſſulım. 3. ut intimaretur diffidando, vel publicè fieret in loco, quo ille habi:re ſolebat. 4. & ita fieret, ut per teſtes idoneos plenè conſtare poſſet, eam .ctam eſſe. Primum ad exemplum clarigationis requirebatur, qua bellum oſti denuntiandum erat. Alterum propterea requirebatur, ut triduo duınte diffidatus de defenſione ſibi proſpicere poſſet: Reliqua ideò, ne dif-latus poſſet excipere, ſibi de diffidatione nihil conſtare. Illud miror, hac onſtitutione noſtra non exprimi, haud licere diffidare alium, antequam udex fuerit requiſitus de reddenda juſtitia, quæ tamen conditio jam olim ıræſcripta legitur à Friderico II. in receſſu Comitiorum Moguntinenſium, nno 1236. *cap*. 4. apud Goldaſt. *inter ſtat. & reſcript. Imper. pag*. 81. non autem lemum anno 1442. à Friderico III. *in d. reformatione* zu Franckfurt am Mayn. . Daß niemand den andern. *pag*. 16. (apud Goldaſt. *dict. loc. cap*. 1. *pag*. 204.) ıt erronee ſcripſit Arum. *diſc*. 6. *ad A. B. theſ*. 16. Eadem limitatio etiam 2. nte illum inſerta fuit anno 1438. den Landfried/ von den ſechs Churfürſten/ ı Zeiten der Zwytracht und Widerwärtigkeit des Baſſler Concilii, auffge:cht/ apud Goldaſt. *part*. 2. der Reichsſatz. *pag*. 144. §. 8. & poſtea anno 1471. Friderico III. in der Conſtitution des vierjährigen Landfriedens auff dem Reichstag zu Regenſpurg auffgerichtet. apud Goldaſt. *inter conſtit. & reſcr. ag*. 220. §. 3.

Obſervatio V.

Ad verba: tres dies naturales.

Dies dicitur vel civilis, vel naturalis.

QUod de tribus diebus naturalibus hîc dicitur, illud *in dict. conſtit*. §. 8. des Landfriedens der ſechs Churfürſten/ꝛc. ita exprimitur: So ſol er dennoch den nit angreiffen/ noch beſchädigen/ er habe ihn dann das drey Tag/ und drey Nachte gantzen zuvor in ſin Huſe/ da er ſin gewöhnliche Wohnunge hat/ verkundet/ und ſich bewahrt. Cœterum de diſtinctione inter diem naturalem & civilem, vide Keckermannum *lib*. 2. *Syſtem. Aſtron. cap*. 3. *pag*. 362. Seybothium in manuali philoſophico, *ſub tit. method. doctrinæ ſphæricæ. c*. 17. *p*. 552. *& ſeq*.

Obſervatio VI.

1. *Diffidationum prohibitio.*
2. *Explicatio artic. 129. conſtitutionum criminalium Caroli V.*

1. TAndem, optima ratione ducti Imperatores, omnes illas diffidationes, & ſimul illud Fauſt- und Kolben-Recht/ quod in Imperio invaluerat, onſtitutionibus de pace publica prohibuerunt: ut factum à Maximiliano I. nno 1495. durch den Landfrieden zu Wormbs auffgericht. *in Cod. Receſſ. Imper*. . 23. *& ſeqq*. item, durch die Handhabung deß Friedens/ Rechtens/ und der

Ordnung zu Worms *anno* 1495. auffgericht. *pag.* 26. *& ſeqq.* R. A. zu Trier und Cölln. *anno* 1512. §. Und ob jemands/ *pag.* 83. à Carolo V. conſtitutione von Landfrieden auff dem Reichstag zu Worms *anno* 1521. auffgericht. *pag.* 124. *& ſeqq.* nec non ejusdem declaratione ac renovatione zu Augſpurg/ *anno*
2. 1548. *pag.* 354. *& ſeqq.* Licet verò in dictis conſtitutionibus generaliter omnes diffidationes fuerint prohibitæ, tamen ab ipſo Carolo V. in der peinlichen Halsgerichts-Ordnung/ *art.* 129. exceptiones admiſſæ; verba textus ſunt: Welcher jemand wider Recht und Billigkeit muthwillig befehdet/ den richtet man mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod. Doch/ ob einer ſeiner Fehde halben von Uns/ oder Unſern Nachkommen am Reich/ Römiſchen Keyſern/ oder Königen/ Erlaubnuß hätte/ oder der/ den er alſo befehdet/ ſein/ ſeiner geſipten Freundſchafft/ oder Herꝛſchafft/ oder der ihren/ Feind were/ oder ſonſt zu ſolcher Fehde rechtmäſſige getrungene Urſach hat/ ſo ſol er auff ſeine Außführung derſelben guten Urſachen peinlich nicht geſtrafft werden. Sed fortaſſis dicta declaratio, & renovatio Carolina, ut tempore poſterior, potior erit ordinatione criminali, quæ tempore anterior.

§. 2.

Ad verb. guerras,

Obſervatio I.

De juſtis cauſis gerendi bellum.

NOn omnis guerra (hoc eſt, bellum) hîc damnatur, ſed injuſta tantum, eadem ex ratione, qua non omnes lites taxantur, ſed ſaltem injuſtæ. De juſtis autem & injuſtis bellorum cauſis in Imperio noſtro, videri poſſunt Sinold. *vol.* 2. *de ſtatu Rei Romanæ. diſput.* 10. *theſ.* 3. *& aliquot ſeqq.* Rumelin. *part.* 2. *diſſert.* 6. *ad A. B. theſ.* 9. & ibi Mylerus. *in additam.* Dieterich *in not. ad A. B. tit.* 17. *verb. guerras.* ego *tom. II. jur. publ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 247. *& ſeqq.* ac *tom. V. in addit. ad d. lib. cap. & numerum.*

Ad verb. & lites injuſtas,

Obſervatio II.

1. *Animalia ad vindictam, & duella prona ſunt.*
2. *Diabolus fuit primus author duelli.*
3. *Homo ejusdem executor.*
4. *An Cainus Habelem, fratrem ſuum, in duello occiderit?*
5. *Diſtinctio duellorum.*
6. *Duellum defenſivum quando licitum?*
7. *Duella inter eos, qui ſuperiorem non recognoſcunt.*
8. *Duellum cum hoſte in bello.*
9. *Duellum, quod conſenſu ſuperioris ſuſcipitur.*
10. *Quid conſentienti hic obſervandum.*
11. *Duella aliquando prohibita, aliquando iterum permiſſa.*
12. *Diverſa judicia de hac permiſſione.*
13. *Examen cauſæ, ob quam permiſſio duelli petitur.*
14. *Hala, civitas Suevia, duellis pro Palæſtra aſſignata.*
15. *Senatus hujus civitatis quomodo locum conceſſerit duello.*

16. Selec-

Digitized by Google

6. Solennia actus concertationis.
7. Rampffgericht deß Burggraffthums Nürnberg/ remiſſivè.
8. In duellis intra ſpacium aliquot annorum occiſi fuerunt octo millia Nobilium Galliæ.
9.
10. Gallorum genius.
11.
12. Grave judiciū Gallici ſcriptoris de frequentia duellorum, inter Nobiles Gallos.
13. De duellis, quæ ju entur fieri.
14. Exemplum proponitur, & reprobatur.
15. Duellum inter hominem & canem.
16. Duella ludicra in torneamentis.
17. Ludicra ſigna induſtriæ, & virtutis bellicæ.
18. Magiſtri qui juventutem docent gladiatoriam.
19. Duella ludicra cum præpilato enſe.
30. Cum baculo, more Anglico.
31. Vindicativa duella ſunt prohibita.
32. Poſſunt fieri licita, reſpectu Magiſtratus, ſed non ſemper reſpectu Dei, & conſcientia decertantium.
33. Duella, quæ olim fiebant cauſa probandi delictum, improbantur.
34. Vt etiam illa, quæ fiebant ad probandum jus.
35. 36. Exempla ejuſmodi duellorum.
37. Exemplum duelli pro veritate religionis ſuſceptum.
38. Duella prohibita inter milites.
39. Pleixius putat, talia quandoque eſſe permittenda.
40. Qua conditione Princeps Melphitanus militibus duella permiſerit.
41. 42. Militaris diſciplina Turcarum melior eſt quàm Chriſtianorum.

QUæſtio hic moveri poteſt, quid dicendum ſit de duellis & monomachiis: an illa reprobata, nec in benè conſtituta Republica permittenda int? Originem ex natura omnium animalium habere videntur, unde etiam homines, qui ſub illorum numero continentur, inſtinctu naturali ad illa ferri, admiratione non indiget. Verum, cum homines ſint animalia rationabilia non licent illis omnia, quæ inter animalia bruta in uſu ſunt, quarum pleraque reſpectu hominis vitioſa. Fera dicuntur, quod cum impetu, & furiatione ferantur, quod hominem agere non decet. Non habent illa inter ſe judicem, qui injuriam illatam vindicet, non ſuperiorem, qui illa à vi alterius liberet, ſolo naturæ ſuæ ductu ad offenſionem & defenſionem prompta ſunt. Scipion du Pleix, in tractatu, quem edidit *des loix militaires touchant le duel. liv.* 1. *chap.* 9. *pag.* 83. ſcribit, non opus eſſe inquirere in authorem, qui primum invenerit duellum in querelis particularibus, (addit idem) *Nous y ſommes tous portes de noſtre naturel corrompu, depuis que nos premiers parens donnerent priſe ſur leurs ames, & de leur poſterite à l'ennemy commun du genre humain, par le premier peché, de maniere, que bientoſt apres les deux premiers freres, qui furent au monde, le mirent en uſage. Voila donc le Diable premier autheur par le moyen du peché, & les premiers hommes les premiers executeurs.* Natura noſtra corrupta nos incitat ad duella, poſtquam primi noſtri parentes peccato ſuo proprias & poſterorum animas ſubjecerunt Diabolo, hoſti generis humani, non longè poſt primi fratres in orbe duelli uſum introduxerunt. Hinc patet, Diabolum peccati occaſione primum authorem duelli, primos homines in mundo progenitos ejus executores fuiſſe. Chriſtiana hæc eſt conſideratio, in eo tamen captioſa, quando Cainum

(margin: 1. 2. 3. 4.)

Digitized by Google

cum Habele, fratre ſuo, duello certaviſſe affirmat. Primum in orbe homicidam Cainum fuiſſe, ex Moiſe *lib.* 1. *cap.* 4. *verſ.* 9. notum eſt, at in duello fratrem occidiſſe, ibidem non legitur. Præterea, non admitto, generaliter
5. ter omne duellum à peccato eſſe. Ego illa ita diſtinguo, ut alia dicam eſſe licita per ſe, alia fieri civiliter licita per conſenſum magiſtratus, alia eſſe & manere illicita. Ad priorem claſſem refero, ſi invaſor concedat alteri licen-
6. tiam dimicandi, alioquin eum occiſurus ſine dimicatione. Grotius *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. *de jure belli & pacis*, hoc eſt, quod quis neceſſario ad ſui defenſionem inire cogitur. Vasquius 1. *illuſtr. controv.* 49. qui caſus ratione *l.* 3. *ff.*
7. *de juſt. & jure. l.* 4. *& l.* 45. §. 4. *ff. ad l. Aquil. l.* 1. *C. unde vi.* nititur. Deinde, huc etiam referri poteſt duellum, quod rectè ſuſcipiunt illi, qui ſuperiorem non recognoſcunt, quando ſubeſt cauſa publicæ ſalutis: Exempli loco, ut ſi, ſuorum ſanguini parcentes, in bello ſingulari certamine de ſumma rerum decernere malint; ita factum à Romulo, &c. Bodinus *de Republ. lib.* 4. *c.* 7. *pag. mihi* 742. & fieri placuit Carolo V. Imper. cum Franciſco Galliarum Rege, ut multis expoſui *in annotam. ad Capit. Caroli V. proœm. ad*
8. *verb* durch die Wahl. *num.* 56. *& ſeqq.* Ubi autem duellum cum hoſte in bello à Duce, qui exercitui præfectus, vel à milite ſuſcipitur, conſenſus ſuperioris intervenire debet. vide Reuter-Beſtallung. *art.* 39. *in Cod. Receſ.*
9. *Imper. pag.* 631. Quo reſpectu ad alteram duellorum claſſem pertinet. Cui etiam ſubjicienda ſunt alia, quæ ſummi Magiſtratus conſenſu, ob Reipublicæ ſalutem, quietem, vel commodum, permittuntur, aut, quod ali-
10. quando fieri poteſt, mandantur. Debet autem tàm in conceſſione, quàm mandato exactè trutinari: An ſalva Principis conſcientia fieri poſſit, nec
11. aliud detur remedium, & levius. Cum Raotaris, Rex Longobardorum, duella ſuſtuliſſet, illa non multò poſt importunis ſuorum rogationibus propterea reſtituit, quod illis ſublatis ſecutæ fuiſſent crudeliſſimæ *innocentium* hominum, & occultæ, cædes. In Gallia Ludovicus ſanctus *duella ſuſtulit;* eandem legem Philippus pulcher, Ludovici nepos, iterum promulgari juſſit; idem tamen biennio poſt, omnium ferè ordinum rogatione, ſuam ipſius legem antiquare quodammodo coactus eſt, cum occultis cædibus
12. fortiſſimus quisque caderet. Bodinus *d. l. pag.* 743. Hæc, & ſimilia exempla alia approbant nonnulli propterea, quod ex duobus malis minus eligendum ſit; reprobant alii, quod non facienda, & permittenda ſint mala, ut bonum procuretur; nec enim ſufficere in actionibus Chriſtianorum intentionem probam, & finem bonum eſſe, verum etiam media talia eſſe debere,
13. quibus finem conſequi deſideramus. Rectiùs meo judicio à Philippo II. Burgundionum Duce, duellum non ſublatum, ſed cognitione & examine prævio permiſſum. Sic enim multa tentari à magiſtratu potuerunt, ne par-
14. tes ad arma venirent. In Germania noſtra, ubi duella fuerunt frequentia, hoc

Digitized by Google

hoc quoque obſervatum Halæ Suevorum, loco ita duellis aſſignato, ut
quicunque ex Nobilitate, de fama & capite decertare, ac vindictæ cupidi-
tatem explere vellent, ad hanc ſe, tanquam palæſtram, conferrent. Quan-
do autem inter eos convenerat de pugna, petebant à Senatu Halenſi locum
tutum ſibi dari ad decertandum. Senatus eis reſpondebat, ſibi dolere ipſo-
rum diſſidium & ferro decernendi propoſitum. hortabaturque, ut ratione
meliore, quàm ſanguinis profuſione, rem tranſigerent. Illis à propoſito
non diſcedentibus, iterum ad eundem modum Senatus reſpondebat. In-
ſtantibus verò tertium, diem conſtituebat, quo ambo venirent, controver-
ſiamque ſuam exponerent. Quo facto, rurſum Senatus nihil intentatum
ad illam componendam relinquebat. Hoc non ſuccedente, hæc jam fie- 15.
bant. Locum eis permittebat Senatus ad certum diem intra urbem (ut fo-
rum, aut alium locum) defenſionemque, ne qua ipſis injuria inferretur.
Locus carceribus muniebatur, arenâque perfundebatur. Dimicaturi jure-
jurando adſtricti erant ad certas leges, ut, de non majore Comitatu in ur-
bem introducendo, pugnando ex equis, aut pedeſtri certamine, paribus
armis, de quibus inter eos conveniſſet. Utrique tugurium altrinſecus eri-
gebatur, in quo cum binis ſtipatoribus ſuis eſſent. Ponebatur ad utriusque
tugurium feretrum cum candelis, pannus funebris, & alia funeribus uſitata.
Concedebatur utrique, ad confitendum peccata ſua, ſacerdos. Utrique
æqualis tuitio promittebatur. Voce Præconis vetabatur, ne quis alteru-
trum juvaret acclamatione, nutu, aut alio indicio, ſub pœna mox infligenda,
manus ſcilicet dextræ, & pedis ſiniſtri truncatione. Claudebantur in- 16.
terim omnes portæ, turribus & mœnibus præſidia armata imponebantur,
plateæ urbis catenis & repagulis interſepiebantur. Interdicebatur hoc
ſpectaculo mulieribus, & puellis, pueris item minoribus duodecim anno-
rum. Tum ad præſtitutam horam veniebant, qui certaturi erant, armati,
cum ſuis confeſſionum auſcultatoribus & ſtipatoribus, uterque in tugurium
ſuum. Permutatio fiebat ſtipatorum, qui in utriusque tugurio omnia dili-
genter luſtrarent, ne ulla fraus ſubeſſet. Egreſſi è ſuis locis, poſtquam pro-
clamatum eſſet ab aliquo, in mediis ſtante carceribus, modicis intervallis in-
terjectis; primò, ſecundò, tertiò, ad tertiam vocem inter ſe alter alterum
adoriebantur. Ibi, qui vulneratus alteri ſe dedebat, ſi de captivitate, equite
digna, aut de certa pecuniæ ſumma certabatur, is habebatur deinceps infa-
mis, per omnem vitam, nec amplius ei licebat, neque equum conſcendere,
neque barbam tondere, neque arma geſtare, neque ad ullos accedere ho-
nores. Qui verò interficiebatur, honeſtam ſepulturam conſequebatur, &
Victori jam ſatis ſuperque ſuus conſtabat honos. Quid in Burggraviatus 17.
Norimbergenſis judicio, Kampffgerichts/ dicto, obſervatum fuerit, videre
licet *tom. IV. juris publici, à me in lucem dati in addit. ad lib. 5. cap. 7. pag. 750.
& ſeq.* Damnum, quod Galliæ frequentia duellorum peperit, annotavit 18.

Mornac. *in obſerv. ad l. 7. §. 2. ff. ad l. Aquil.* nempe, intra duodecim Annos,
ab anno 1598. usque ad annum 1609. occiſa fuiſſe in universa Gallia in duel-
lis octo ferè Nobilium millia. Scilicet, edicta Regum, duella prohibentia,
19. haud fuerunt obſervata; quod Gallorum genio adſcribit Gramondus, ipſe
Gallus, *hiſtor. Gall. ab exceſſu Henrici IV. lib. 1. pag. 56.* Interdicta (ait) ſingula-
ria certamina, adjectæque veteribus novæ pœnæ, incaſſum, vana in id reme-
dia legum, niſi deſuper mutantur affectus. Pravitate naturæ excidio ſuo
in vetitum nituntur Galli, gens in ſui perniciem nata, prodigaque ſanguinis,
20. DEO & Patriæ debiti. & *d. lib. 1. pag. 75.* Rex (Ludovicus XIII.) edictum
promulgari jubet, majore quam antea ſeveritate, in monomachos. Verum
ex vetito gliſcit authoritas crimini, majoreque poſt legem licentia graſſatur
21. ille furor. Mirum, Gallos, qui paſſim mutabiles ſunt, in eo pugnæ genere
adeò eſſe conſtantes, ut non DEI, non Regum legibus, non manſuetudine,
flecti poſſint, ut à gladiatoria palæſtra tranſeant aliquando in mores Chri-
ſtianos. Eundem Gallorum morem expendens Pierre de l'Ancre *au ta-
bleau de l'inconſtance & inſtabilité de toutes choſes. liv. 4. diſc. 4. num. 10. fol. 440.*
ſubnectit, *C'eſt un malheur, que je ne ſçay quelle generoſité, & valeur, ſoient
tellemement empraintes dans le coeur du François, & c'eſt honneur, le perfum des
dieux, qu'il porte tousjours au bout de ſa lance, ou de ſon eſpée, que quelque eſtroite
defenſe qui luy puiſſe eſtre faite, quelque rigueur, & infamie, qu'on attache à
cette prohibition: ſi eſtée que l'obeiſſance à la loy, & la deffenſe des duels eſt com-
munement tenue parmy les François pour foibleſſe de coeur, & marque de poltron-
nerie.* Infortunatus Gallorum ſtatus eſt, quibus neſcio, qualis generoſitas
& fortitudo impreſſa adeò, & honor, ſuffimentum illud Deorum, quem
armorum ſuorum cuſpidi ſemper affixum gerunt, in cauſa eſt, ut nec ſtricta
prohibitio, etiam rigore & infamia munita, poſſit eos inducere ad præſtan-
dam obedientiam legi, quæ vetat duella, eam enim, communi calculo, in
22. præſidium abjecti animi, & ignavorum latam arbitrantur. *Hoc* autem
potiſſimum Nobilium eſt judicium, de quibus aculeatè ita *loquitur* Loy-
ſeau, *au livre des Ordres. chap. 5. num. 87. pag. 80. Il ſemble que ce ſoit un traict de
la providence divine, que comme naturellement les animaux, les plus nuiſibles s'ex-
terminent par eux meſmes, ainſi en advient il à noſtre Nobleſſe, qui certes eſt,
comme la plus vaillante auſſi la plus violente, & inſolente du monde.* id eſt; vide-
tur ſanè hoc ita diſpoſitum eſſe à providentia Divina, ut, quemadmodum
animalia maximè nociva mutua nece ſemet tollunt è medio, idem etiam
ſit ſtudium noſtræ Nobilitatis (Gallicæ,) quæ, ut maximè præ cæteris eſt
23. ſtrenua, ita etiam omnium violentiſſima, inſolentiſſimaque. Cœterum,
poſtquam ſupra etiam mentionem fecimus duellorum, quæ à Rege vel Prin-
cipe jubentur fieri, qualia inter permiſſa retulimus, adjecimus conditionem;
24. ſi ob Reipublicæ ſalutem indicantur. Sunt qui inter Exempla referant ca-

ſum,

ſum, ſi Rex, aut Magiſtratus, duos, mortem meritos, inter ſe committat: Verum Grotius *d. lib. 2. cap. 1. num. 15. pag.* 107. docet, illis quidem licere arripere ſpem ſalutis, at illum, qui id juſſit, minus rectè officio functum videri, cum ſatius fuiſſet, ſi unius ſupplicium ſufficere viſum, ſorte eligi moriturum. Ego hanc commiſſionem Chriſtiano magiſtratui minus convenire arbitror, tanquam periculoſam ſaluti animarum; uterque enim ex decertantibus tunc magis alterius necem curæ cordique comendatam habebit, quam preces pro remiſſione peccatorum, & beato tranſitu ad Deum fundendas.
Extraordinarium, notabile tamen, eſt duellum, quod Caroli V. Regis Franciæ, qui ſapiens dictus, juſſu, inter ſatellitem quendam, & canem factum; 25.
de quo Scipion du Pleix, *des loix militaires touchant le duel. d. liv.* 1. *chap.* 10. *pag.* 94. *Le combat ordonné par Charles V. ſurnommé le ſage, entre un levrier d'attache, & un archer de ſes gardes, eſt auſſi eſtrange que rare. L'occaſion de ce duel fut: que cet archer aiant tué un ſien compagnon, ſi ſecretement qu'on n'en avoit ny preuve, ny coniecture, ſi ce n'eſt que ce levrier, qui eſtoit au meurtrier, ſuivoit touſjours le meurtrier, & abbayoit inceſſament contre luy: ce qui le rendit ſi ſuſpect du crime, que le Roy ordonna, qu'il combattroit le levrier, ne luy baillant pour toutes armes qu'un gros & roide baſton: le quel ne luy peut ſervir d'aſſez aſſeurée defenſe contre les aſſauts du levrier: tellement, qu'aiant eſté vaincu, il fut convaincu du meurtre, lequel il confeſſa, & en fut puni.* Cauſa hujus duelli inde nata. Satelles commilitonem ſuum interfecerat, clàm omnibus aliis. Canis autem, qui occiſo domeſticus fuerat, palàm & ubique inſectabatur homicidam cum latratu continuo, ita ut eum de crimine ſuſpectum redderet; hinc Rex juſſit ſatellitem cum cane dimicare, inſtructum fuſte craſſo, & rigido; ſed cum contra inſultus canis non valeret ſe defendere, ac vinceretur, confeſſus fuit homicidium, & propter illud fuit punitus. Porrò, permitti poſſunt duella ludicra, qualia fuerunt torneamenta 26.
equeſtria & pedeſtria, quæ in Imperio noſtro olim ſæpius habita, ut docui *tom. II. jur. publ. lib. 6. cap. 5.* ex quibus adhuc hodie in aulis Principum non nihil ſupereſſe videmus, maximè in eo, quem vocant Fuß-Thurnier. Licet autem plures torneamenta illa antiqua meritò ſublata fuiſſe aſſerant, mihi tamen contrarium viſum. *dict. cap. 5. num.* 132. *& ſeqq.* & adhuc videtur. Ad 27.
ludicras has monomachias etiam pertinent, quæ agilitatis ac roboris oſtendendi cauſa, tanquam ſpecimina militaria, exhibentur, inter quæ illa magis laudantur, quæ virtutis & induſtriæ cauſa fiunt, quàm quæ quæſtus & lucri gratia, ut fit à gladiatoribus circum foraneis, quos noſtrates vilipendii ergò Kirchwey-Fechter nominare ſolent. Laudem verò meritò obtinent, 28.
ſecundum gradus induſtriæ ſuæ, illi, qui juventutem in gladiatoriis exercitiis inſtruunt; inter quos antehac Itali eminuerunt, etiam Gallorum judicio, (qui hodie primas ſibi adſcribunt partes) hac tamen cum reſtrictione,

que

Digitized by Google

que les Italiens ſçavent mieux enſeigner l'eſcrime, qu'exploicter,(quod Itali melius
doceant gladiatoriam, quàm exerceant.) Pierre de Lancre *au dit tableau*
29. *de l'inconſtance. liv.* 4. *diſc.* 4. *num.* 10. *fol.* 140. *b.* Inter gladiatorum diſci-
pulos, monomachiæ, exercitia artis, frequentes ſunt cum præpilato enſe,
30. ac in Anglia, publicè in plateis, cum baculo, qui ab illis dicitur Sticke,
vel Stecks, ut exprimit Pierre de Avity *tom. I. de la deſcription de l'Europe. tilt.*
l'Angleterre. pag. 231. & explicat, quod ſit *une eſpece de fleuret de boiſe par de*
grande coquilles de paille, pour conſerver les mains, dont les Anglois eſcriment par
les rues, ſpecies quædam rudis gladiatoriæ ex ligno, munita grandi con-
cha ſtraminea, ad defenſionem manus, qua utuntur Angli, gladiatoriam
exercentes per plateas, & inter mortuorum encomia referunt, *Diſant, entre*
autres choſes, que c'eſtoit le meilleur enfant, le plus rude beuveur, & le plus brave
*tireur de Stecks, que l'Angleterre ayt jamais produit. d. tilt. pag.*230. dicentes inter
alia, fuiſſe, dum viveret, hominem lætæ & perquàm bonæ indolis, magnum
& rigidum potatorem, optimum rudis ſuæ magiſtrum, qualem Anglia un-
31. quam produxerit. Illicita duella ſunt, & manent talia, quæ ſunt vindicativa,
& ſuſcipiuntur prætextu læſi honoris, ſive facto, ſive ſcripto, læſio facta
prætendatur. Cum enim hoc caſu remedium legitimum, & ordinarium præ
manibus, ut, ex parte, retorſio, & querela ad magiſtratum deferri poſſit,
& debeat. *l.* 13. *ff. quod met. cauſa. l.* 13. §. 3. *ff. de uſufr. l. un. C. ne quis in ſua cauſa*
jud. l. dotis C. ſoluto matrim. malè, & non citra injuriam magiſtratus, illegiti-
mum & extraordinarium eligeretur. Gothos ſuos corrigens Rex Theodo-
ricus, *apud Caſſiodorum III.* 23. Remove conſuetudines abominanter inolitas,
verbis ibi potius, non armis res tractetur: *&* 24. Cur ad monomachiam re-
32. curritis? quid opus eſt homini lingua, ſi cauſam agit manus armata? Quid
ſi verò magiſtratus conſentiat, ut illis caſibus extraordinarium remedium
præferatur ordinario? habebitur quidem tunc pro legitimo, *reſpectu* ma-
giſtratus, qui congreſſores punire haud poterit ob commiſſum *duellum,*
proptereà tamen non ſemper tuti in conſcientia erunt dimicantes, quibus
notum eſſe debet, vindictam, aut ultionem, omni jure, præſertim autem
divino, eſſe prohibitam. *l.* 45. §. 4. *inf. ff. ad l. Aquil. l. nullus.* 14. *C. de Judæis*
& Cælicol. Hugo Grotius *de jure belli & pacis lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 5. *&* 10. *pag.*
33. 303. *& ſeqq.* Inter illicita quoque redigo, quæ olim probationis inſtar ha-
bebantur in delictis, & ad eruendam veritatem permittebantur à Magiſtra-
tu. Quis enim, ſanæ mentis, neſcit, ſæpius in bello iniquam cauſam trium-
phare, idemque fieri in duellis, ut pars innocens ſuccumbat? Fortunæ hæc
34. ſunt ludibria, cui fidere haud tutum. Nec vitio caruerunt duella, quæ au-
thoritate publica peracta, quò judices certiores redderentur de jure, quod
35. illis erat incognitum. Notabile ejusmodi duelli exemplum legitur apud
Witichindum *lib.* 2. *hiſtor. Saxon.* (quod referunt Hotoman. *illuſtr. quæſt.* 3.
Tholo-

Digitized by Google

Tholoſanus *de Republ. lib. 7. cap. 10. num. 13. pag. 258.* Knipſchild. *de Civita-*
tum Imperialium juribus & privileg. lib. 2. cap. 2. num. 85. pag. 208. aliique)
cum circiter annum 842. in Germania contentio exorta eſſet inter patruos,
& nepotes, de legitimarum hæreditatum jure, tum ejus diſceptandæ cauſa,
Imperatorem Ottonem I. Comitia Germanica indixiſſe: Deinde, cum in
Comitiis inter Principes, & Civitatum Legatos convenire non poſſet, duel-
lo rem commiſiſſe, quæ fuit illorum temporum conſuetudo frequentiſſima.
Vicit, inquit Witichindus, pars, quæ filios filiorum computabat inter filios, 36.
& firmatum eſt, ut æqualiter cum patruis hæreditatem dirimerent. Abbas
Urſpergenſis *in hiſtor. Friderici I.* hoc nobis ſuggerit, cum ambigeretur, an
jus eſſet Imperatori judicium capitis exercere in Principes Germaniæ, extra
ipſius Principis, qui reus factus eſſet, ditionem ac fines, extitit, qui pro Im-
peratoris jure ſeſe ad duellum offerret, quia nemo conditionem accepit, ſe-
cundum Imperatorem pronuntiatum eſt. Fr. Hotoman. *de feud. diſput. 45.* 37.
pag. 221. Roderic de Tolede, dans ſon hiſtoire d'Eſpagne par le d'un combat, qui ne fut
pas moins eſtrange. Il dit, que le Roy Alphonſe voulut introduire la liturgie Françoi-
ſe en Eſpagne, par le conſeil de ſa femme Conſtance, & de Richard de S. Victor à
Marſeille, que le Pape Gregorie VII. y avoit envoyé pour en reformer les Egliſes. Le
Clergé de Tolede s'y oppoſa formellement, avec le Peuple, & le Roy, & le Clergé tom-
berent d'accord, que cè different ſeroit vuidé par un combat. Le chevalier du Roy fut
vaincu par celuy que le Clergé avoit choiſi; mais l'authorité d'Alphonſe fut telle, qu'il
ne laiſſa pas de venir à bout de ce qu'il voulut, & qu'on dit deslors, qu'à la volonté des
Roys rendoit toute la force des loix inutiles. Cheureau. *liv. 3. du tableau de la Fortune.*
chap. 10. pag. 453. Extra omnem verò decoris lineam collocari debet, quod
annotavit Pierre de Lancre *au tableau de l'inconſtance. liv. 2. diſc. 2. num. 3. pag.*
106. *Matthias Corvinus, Roy de Hongrie, & Pogibracius, Roy de Boheme, ſe guer-*
royerent dix ans pour le fait de la Religion, & au partir de là, ils s'accorderent, que
la Religion de celuy ſeroit meilleure, & tenue pour telle, le fol duquel vaincroit l'autre
à coups de poings: voyez à quoy tenoit leur creance, & en quoy conſiſtoit leur foy. Mat-
thias Corvinus, Rex Hungariæ, & Pogibracius, Rex Bohemiæ, decem per
annos bello inter ſeſe decertarunt propter religionem, quo tempore elapſo,
placuit, ut illius religio eſſet, & haberetur pro meliori, cujus morio alterius
ſannionem vinceret pugnis: perpendite fundamentum harum religionum,
& quales illæ fuerint. Denique inter milites digladiationes, & duella noſtro 38.
jure prohibita ſunt. *d.* Reuterbeſtallung. *artic. 66. & 67. in C. Receſſ. Imper.*
pag. 634. Articfel auff die teutſche Knecht. *artic. 29.* ibi: Es ſoll ein jeder bey
Leibs Straffe ſich gegen dem andern muthwilligen Balgens enthalten. *& ar-*
tic. 30. 31. 32. d. Cod. Receſſ. Imper. pag. 642. de diſciplina Gallica, tradit Pleix
d. liv. 1. des loix militaires touchant le duel. chap. 19. pag. 100. & ſeq. Aux prece- 39.
dens nous pouvons adjouſter un cas, au quel le duel peut eſtre permis; ſçavoirs, lors

Digitized by Google

que dans une armée, ou des trouppes de guerre, il eſchoit querele entre deux Soldats lesquels ne demeurent point d'accord de leurs differens, par devant leurs Capitaines pretendant tous deux, reſpectivement, avoir eſté offenſés à tort, & intereſſés en leur honneur l'un par l'autre. Car ſi leurs Capitaines ne les peuvent ranger à la raiſon, & mettre d'accord, & qu'il n'y ait point de preuves de leur dire, au lieu que par le Magiſtrat il ſeroit ordonné qu'ils feroient preuves, & enqueſtes, ou informations, ſur leurs plainctes en guerre, on remet quelques fois la deciſion du different au ſort des armes. Et bien que cela ſoit inhumain, & indigne du nom Chreſtien, ſi eſt ce qu'eſtant practiqué avec la permiſſion des chefs, il ne le faut pas trouver ſi eſtrange, que ſi c'eſtoit du ſeul mouvement des parties. Præcedentibus poſſumus annectere caſum, quo duellum poterit permitti, nempe, quando in exercitu, aut militari cohorte, oritur infeſtum diſſidium inter duos milites, qui coram ducibus ſuis non conveniunt in relatione circumſtantiarum, atque prætendunt, ſe invicem injuria affectos. Hos ita diſcordantes, ſi Duces non poſſunt reconciliare, ac ob probationum defectum ſententiam ferre haud valent, hoc caſu, quo à Magiſtratu civili utrique injungeretur probatio, vel inſtitueretur inquiſitio, in bello aliquando deciſio ſorti armorum committitur. Licet verò id humanitati, & Chriſtiano nomini non ſit conveniens, nihilominus tamen, quoniam fit ex permiſſione Ducum, non ita improbandum venit, ac ſi ſolo partium ſtudio perageretur.

40. Melphitanus Princeps nullum ad ſeditiones militum coërcendas, & ad cædes occultas remedium tàm ſalutare eſſe ducebat, quàm monomachiam Imperatoris (vel Ducis belli) authoritate, & conceſſu decerni, ea lege tamen, ut victus à victore necaretur, & in profluentem ſine ſepultura mergeretur: conſtituto ad certamina ſubeunda loco publico, quem flumen undique cingebat. Hanc igitur legem militarem tulit, cum Inſubriæ à Rege Francorum præfectus eſſet. Cum enim ſublata ſpe fugæ & auxilii vincendum, aut cum infamia ſempiterna moriendum eſſet, milites modeſtè deinceps, ac temperanter, ſocietatem & amicitiam inter ſe coluerunt. Bodinus *de Republ. d. lib. 4. cap. 7. p. 743.* Ejuſdem conſtitutionis mentionem faciens du Pleix *d. l. p. 101.* conditiones illius duelli has exprimit, *à la charge que les champions combatroient entre deux pons levis ſur une riviere, & que les vainqueur tueroit ſans remiſſion le vaincu, & jetteroit ſon corps dans l'eau, pour eſtre enſeveli dans les entrailles des poiſſons.* Additque, *tellement qu'une permiſſion ſi rudement conditionnée leur ſervit de defenſe, les plus ardans moderans leur chaleur Martiale par la crainte de la froideur de Neptune.* Ut duellatores congrederentur ſuper ponte ductario in flumine, ac victor devictum ſine remiſſione occideret, abjiceretque corpus exanime in aquam piſcibus devorandum. Hæc permiſſio ſub conditionibus adeò duris multis fuit inſtar prohibitionis, & nimium fervorem Martis temperavit metus frigoris Neptuni. Diſciplina militaris Turcarum, ut in aliis, ſic

Digitized by Google

ſic etiam digladiationes quod attinet, Chriſtianorum diſciplinâ longè eſt præſtantior. *C'eſt merueille (ſcribit* Scipion du Pleix *dict. tr. liv.* 1. *chap.* 10. 41.
num. 104.) *qu'en une armée Turquesque, compoſée de deux ou trois cens mille hommes, la diſcipline militaire ſoit ſi bien gardée, qu'il n'y ait pas une ſeule querele entre des troupes ſi nombreuſes, & belliqueuſes. Que s'il en eſchoit quelques fois, on n'en vient jamais pourtant aux mains, ne ſçachant que c'eſt du combat que contre l'ennemy de leur foy, & de leur Eſtat. Lex dixainiers, ou caporaux, ont pouvoir de chaſtier les quereleux, qui ſont de leur eſcovade, meſme du dernier ſupplice, ſi bon leur ſemble. Que s'ils ne le font, les centeniers leur font porter à eux meſme la peine, dont ils devoient punir les autres.* Sobrietati ſtudent & ingluviem averſantur Turcæ, noſtri autem milites in contraria proclives ſunt. *Quatre Soldats des Turcs ne mangent pas tant qu'un des noſtres, & ne boivent d'ordinaire que de l'eau. Dans le pays ennemys ils ne mangent que du biſcuit, avec des aulx, & des oignons. De deux jours l'un ils font du potage avec de la poudre de boeuf ſeché, qu'ils nomment paſtruma, dont chaque Soldat porte dix, ou douze livres, pour le temps qu'on demeure au pays de l'ennemy, pourceque tandis qu'ils ſont dans les eſtats du Grand Seigneur, ils ont presque touſjours des chairs fraiſches. Leurs chevaux ſont accouſtumez de meſme qu'eux, à ſe paſſer de peu, & ne vivent que de l'herbe qu'ils paiſſent, & d'un peu d'orge, qu'on leur donne de deux jours l'un.* P. d'Avity *en la deſcription du monde, & de ſes quatre parties, avec tous ſes Empires, Royaumes, Eſtats & Republiques. tom. III. tilt. Eſtats de Turc. pag.* 794. Admiratione dignum eſt, quod in Exercitu Turcico, continente ducenta & trecenta millia militum, diſciplina militaris tàm exactè obſervetur, ut ne unicum quidem inter tot cohortes bellicas vigeat jurgium. Et ſi fortaſſis ullum quandoque enaſcatur, nunquam tamen proinde perveniunt ad pugnam, neſciunt enim, aliam eſſe, præter illam, qua feruntur in hoſtem religiònis, & Status. Decuriones, aut ductores manipularii, habent poteſtatem puniendi rixoſos, qui ſunt ſub eorum manipulo, & afficiendi ultimo ſupplicio, ſi ita illis videatur. Quod ſi illi negligentes ſint in hoc munere; à centurionibus ea afficiuntur pœna, quam meriti erant delinquentes impuniti. Ad ſobrietatem pertinet, quod quatuor milites Turci non tantum ciborum conſumant quantum unus noſtratium, & ordinariè bibant aquam. Quando verſantur in hoſtili agro, comedunt bucellatum panem, allium, & cepas. Intra biduum una vice utuntur jure, cui addunt pulverem carnis bovinæ ſiccatæ, quem appellant paſtrumum; Cujus generis quilibet miles ſecum fert decem, aut duodecim libras, quibus utitur, quando ſubſiſtit in hoſtili agro; nam quousque degit in terris Turcici Imperii, quotidiè ferè nutritur carne recenti. Illorum equi, ad exemplum Dominorum, itidem paucis ſunt contenti, pro omni paſtu quærunt gramina, & intra biduum ſemel illis datur pauxillum hordei.

que dans une armée, ou des trouppes de guerre, il eſcboit qu
leſquels ne demeurent point d'accord de leurs differens … I.
pretendant tous deux, reſpectivement, avoir eſté off
bonneur l'un par l'autre. Car ſi leurs Capita … IONIS.
& mettre d'accord, & qu'il n'y ait point d
Magiſtrat il ſeroit ordonné qu'ils feroi
ſur leurs plainctes en guerre, on ren … rubrum ita perficiendum: Lite-
des armes. Et bien que cela ſo … omanorum.
qu'eſtant practiqué avec la p
que ſi c'eſtoit du ſeul mour … *vatio I.*

caſum, quo duellu … *a addendum :*
litari cohorte, … in orbitam, & aggredi materiam, quam cœpit
cibus ſuis n … 18. ac, quod ibi promiſit, præſtare. Non credo
dunt, ſe i … fuiſſe, Archicancellario Imperii, Electori Moguntı-
ſunt r … mbere formulam, nec arbitror ejus exiſtimationi eâ optimè
le … *conſultum*, quaſi neſciviſſet capita ad intimationem & citationem neceſſa-
ria, ac tum primùm modus intimationis cœpiſſet, antea inuſitatus. Certè
tota formula talis eſt, quæ acumen ingenii, aut ſingularem induſtriam, haud
requirit; continet enim potiſſimum ea, quæ in citationibus exprimenda,
nempè, nomen vocantis, nomen vocati, cauſam vocationis, terminum
comparitionis, & locum, ubi comparendum.

Obſervatio II.

1. 2. Opinio Arumæi, & Rumelini. 3. Examen hujus opinionis.

1. AD quæſtionem, cur certa intimationis formula à Carolo præſcripta, & non potius Moguntini arbitrio, ut olim, relicta fuerit? Reſpondet Arumæus *d. diſc. 6. ad A. B. theſ. 22.* nullam neceſſariam, ſed *probabilem hanc* reddi poſſe, ſcilicet, ne ex diverſitate ſtyli formæque ſuſpicio *diverſitatis* affectuum ſuboriri valeat inter Electores, utpote inter quos *perpetua* unio & æqualitas eſſe debet. *in pr. cap. 7. A. B.* ideò ad conſervationem ejuſdem, & ne à Decano unius præ alio reſpectus deſpectusve queri poſſit, æquabilis hæc, & erga omnes obſervanda forma intimationis conſtituta dici poteſt.

2. Arumæum ſequitur Rumelin. *part. 2. diſſert. 6. ad A. B. theſ. 12.* in argumentum allegans proœm. A. B. ubi à Carolo IV. ſingulas ejus Bullæ leges ad unitatem inter Electores fovendam ordinatas atque ſancitas eſſe atteſtatur. Agnoſco ego, ad unitatem inter Electores fovendam Carolum maximè fuiſſe in hac Bulla ſtudioſum, non omnes tamen ejus articulos ad eum ſaltem finem conſtituiſſe, verum etiam alios ad Electionem Imperatoris, & ſalutem publicam pertinentes, imò etiam ad caſus, quando Electores diſcordia laborant.

rant.

Digitized by Google

Probabile porrò mihi non ſit, Carolum dubitare potuiſſe de integri- 5.
rchicancellarii Imperii,& Decani Collegii Electoralis,ac ne in intima-
convocatione collegarum ſtylo diverſo, & ad æmulationem per-
uteretur, hanc præſcripſiſſe formulam, nam hoc mitiori remedio
uiſſet, ſi, ubi de literis intimationis egit, juſſiſſet, ut illæ ad ſingu-
es darentur. Præterea præcipuum, quod diverſitatem affectio-
oſſit, ſunt tituli & inſcriptiones literarum, nec non ultimæ
nplimenta,ut hodiè loquimur, in ſubſcriptionibus: at utrum-
a formula omiſſum,ergò illa ad finem,quem præſupponunt
mus, omninò imperfecta eſt.

Obſervatio III.

tionis, à Carolo IV. præſcripta, jugiter hucusq; obſervata

*cap.*1. §.18. ut hæc formula intimationis usque qua-
, in omnibus & ſingulis, obſervetur, idque factum, atque
bullam Moguntinum ſemper illa uſum fuiſſe, præter alias com-
oare tenorem citationis ad Ludovicum, Bohemiæ & Ungariæ Regem,
poſt mortem Maximiliani I. anno 1519. emiſſæ, affirmat Arumæus *d. diſcurſ. 6. theſ.* 22. At ſciendum eſt, ejusmodi intimationes hactenus non fuiſſe in lingua latina, quali Carolus hic uſus, ſed in Germanica conceptas, ac has Germanicas quoque ſtylo & verbis non omninò,re tamen convenire. Tenor intimationis,ad quem provocat Arumæus, ita legitur apud Goldaſt. *part.*1. der Politiſchen Reichs-händel/*in protocollo electionis Caroli V. tit.*2.*pag.*14. Dem Durchleuchtigſten Fürſten/ Herrn Ludovico, zu Böheim und Hungern Königen/Marggrafen zu Mähren/Hertzogen zu Lützenburg und Schleſien/Marggrafen zu Lauſitz/ꝛc. Unſerm lieben Herrn/ und Oheimen/ entbieten Wir Albrecht von Gottes Gnaden/ der Heiligen Römiſchen Kirchen Titels S.Chryſogoni Prieſter Cardinal/des H.Stuls zu Maynz/und der Kirchen zu Magdeburg/ Ertzbiſchoff/ des H.Römiſchen Reichs in Germanien Ertz-Cantzler/Churfürſt/ Primas, Adminiſtrator der Kirchen zu Halberſtadt/ Marggraf zu Brandenburg/zu Stettin/ Pommern/ der Caſſuben und Wenden Hertzog/ Burggraf zu Nürnberg/ und Fürſt zu Rügen/ ꝛc. Unſer freundlich Dienſt/ und was Wir Liebs und Guts vermögen/ zuvor/ und thuen E. Königl. Durchl. die Erwehlung eines Römiſchen Königs/ welche von wegen des tödtlichen Abgangs des Allerdurchleuchtigſten/ Großmächtigſten Fürſten und Herrn/ Herrn Maximilian/ etwa erwehlten Römiſchen Keyſers/ hochlöblicher Gedächtnuß/ fürzunemmen iſt/ welchen Tod Wir nicht ohne merckliche Betrübnuß Unſers Gemüths in kurtz verſchienenen Tagen erfahren/ und thun denſelbigen/ als ein Ertz-Biſchoff zu Maynz/ Euer Liebden/ als

Digitized by Google

König zu Böheim/ hiemit verkünden/ und zu wiſſen/ und fordern Euer Durchleuchtigkeit von dem ſiebenzehenden Tag des Monats Martii/ darnach in dreyen Monaten nacheinander zu rechnen/ durch Euch ſelbſt/ oder Euer Bottſchafften/ oder Verweſer/ einen/ oder mehr/ mit ganzem vollem Gewalt dazu habende/ kommen an die Stadt/ wo das ſeyn ſoll/ nach der Geſtalt/ als die heiligen Geſetz und Rechte/ darüber gemacht/ außdrucken und ordnen/ zu bedencken/ zu handeln/ und überein zu kommen/ mit andern Euern/ und Unſern Mit-Churfürſten/ von der Wahl eines künfftigen Römiſchen Königs/ nachfolgend zu einem Keyſer/ durch Göttliche Hülffe/ zu erheben/ oder zu machen und da zu bleiben/ biß auff die ganze Vollendung derſelbigen Wahle/ auch ſonſt zu handeln/ zu thun und zu vollnführen/ wie in den heiligen Rechten darüber bedächtlich angeſäzt/ klärlich und außdrücklich befunden wird; Sond wo Ihr/ oder die Euern nicht da ſeyn/ würden Wir ſolches unangeſehen/ ſamt den andern Euern und Unſern Mit-Churfürſten/ in angezeigten Sachen handeln/ und zum Ende vollführen/ wie ſolches auß Gebung und Macht der Rechte und Geſeze verordnet iſt. Des zu Urkund haben Wir Unſer groſſes Inſiegel zu Ende des Verkündigungs Briefs wiſſentlich thun hencken/ der geben iſt zu Aſchaffenburg/ auff Sontag nach Sanct Apollonien Tag/ den ſiebenzehenden des Monats Februarii, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo decimo nono. Hæc intimatio, ſi conferatur cum cœteris, manifeſtum evadet, me vera ſcripſiſſe.

Ad verb. Brandenburgenſi.

Obſervatio IV.

Cur Carolus in ſua formula mentionem fecerit Electoris Brandenburgenſis?

CUr Carolus potius ultimum inter Electores, & cur non Electorem Eccleſiaſticum, aut inter ſeculares primum, vel alium, exprimere exempli loco voluerit, divinatione non aſſequor, niſi hoc factum propenſione animi, qua ferebatur tunc in Electorem Brandenburgenſem.

Ad verb. intimamus.

Obſervatio V.

Imperfectio hujus formulæ.

FOrmula hæc intimationis imperfecta eſſe videtur, quoniam non meminit mortis Imperatoris; Perfecta verò duo continere debet, nempè intimationem mortis, & convocationem ad eligendum alium Imperatorem: ut patet ex Bullæ noſtræ *cap.* 1. §. 19. & more hactenus obſervato.

Ad verb. officii noſtri debito.

Obſervatio VI.

De officio Moguntini.

DE officio Moguntini, vocandi Electores ad Electionem Regis Romanorum, diſpoſitum ſupra *d. cap.* 1. §. 18. *&* 19. *cap.* 4. §. 2.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio VII.

Ad verb. favente Domino.

Explicatio verborum, favente Domino.

EGo verba, favente Domino, accipio de Domino Deo, (ut legitur *in præfat. Novella* 77.) non autem de Domino Papa, vel Domino Apoſtolico, ut veteres locuti: quamquam etiam favor hujus olim in promotione Regis Romanorum in Imperatorem multum quandoque valuerit.

Obſervatio VIII.

Ad verb. in Eodem manſuri.

De diſceſſu Electoris à loco, ubi electio peragenda.

AN Elector ante Electionem peractam à loco electionis recedere poſſit, dicitur ſupra *d. c.* 1. §. 21. *& cap.* 2. §. 3.

Obſervatio IX.

Ad verb. abſentia

Abſentis non habetur ratio.

DE Electore ad Electionem vocato, ſed emanente, nec mandatarium eò mittente, conſtitutum ſupra *d. cap.* 1. §. 21. & obtinet hic regula: abſentium nulla habetur ratio.

CAPUT XIX.

FORMA PROCURATORII, MITTENDI PER EUM PRINCIPEM ELECTOREM, QUI NUNCIOS SUOS AD ELECTIONEM FACIENDAM DUXERIT DESTINANDOS.

Obſervatio I.

Cur Carolus formulam procuratorij Electoribus præſcripſerit?

CUr Carolus hanc formulam procuratorii Electoribus præſcribendam duxerit, mihi non conſtat; nolo autem arbitrari, id ideò factum, quod crederet, Electores tanta non pollere ſcientia juris, ut, quid procuratorium legale continere deberet, intelligerent; hoc enim ſine exprobratione quadam ignorantiæ fieri haud potuiſſet. Accedit, quod hujusmodi literæ, vel inſtrumenta, non ipſis Electoribus, verum ab illorum Conſiliariis concipiantur, & formentur, quos oporteret in profundo ignorantiæ luto hærere, ſi neſcirent conficere tale procuratorium.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio II.

Hæc formula olet procuratorium forenſe.

FOrmula hæc à quodam leguleio ſuppeditata, magis olet procuratorium forenſe, quam mandatum legato, vel nuncio datum.

Obſervatio III.

An debeat exhiberi lingua latina?

HOc mandatum Germanicè ſcribi uſus communis requirit, re ipſa conveniens cum formula latina. Obſervavi tamen, à Ludovico, Bohemiæ Rege, latine, ad normam à Carolo IV. præſcriptam, datum fuiſſe apud Goldaſtum *part.* 1. Politiſcher Reichshändel, *pag.* 26. Cœterum, mandatum hoc exaratum eſſe debet in pergameno, non in charta, ut monui ſupra *in proleg. obſerv.* 2. *n.* 8.

Obſervatio IV.

Elector poteſt mittere nuntium unum, vel plures,

FOrmula quidem ubique plurali utitur, videri poſſit Electorem non debere mittere ſaltem unum nuntium, attamen eam de eo, quod fit plerumque, accipi debere, apud me dubio caret. Eſt enim in animo Electoris abſentis mittere unum nuncium, vel plures, ut antecedens caput 18. nos docuit. vide ſupra *ad cap.* 1. §. 1. *obſerv.* 7.

Obſervatio V.

Ad verb. fidelium noſtrorũ,

An, ſi plures miſſi, omnes electionis actui intereſſe poſſint?

CAſu, quo plures ſimul miſſi, quæſtio oritur, an omnes ſimul actui electionis intereſſe, & in eodem vices abſentis Electoris, à *quo ablegati;* ſuſtinere debeant? Hoc quidem videtur probare ipſa mandati *formula; ſed* uſus eſt in contrarium. Cum anno 1519. de eligendo Rege Romanorum Francofurdi ageretur, Bohemiæ ablegati omnes ſimul electioni intereſſe voluerunt, verum ex illis tantum unicus, Ladislaus de Sterneberg, ad eandem admiſſus fuit. Goldaſt. *d. part.* 1. der Politiſchen Reichshändel. *tit.* 17. *pag.* 29. & 30. Et rectè quidem ita obſervatum, ac obſervandum, ne legatis plus attribuamus, quàm competit ableganti. Ille, ſi adſit, more ſolito ſolus cum cœteris Electoribus in conclavi votum ſuum exponit, ablegati autem id tantum poſſunt, quod poteſt ablegans, quo pertinent verba formulæ noſtræ, quæ nosmetipſi facere poſſemus. Hinc moris eſt, ut Elector, qui plures mittit legatos, unum ex illis caput legationis conſtituat, qui in conclavi ablegantem repræſentet. Nec etiam, repræſentationem ab uno, quando plures ſimul miſſi, fieri poſſe, à formula procuratorii noſtri alienum eſt, ut ex verbis:

verbis: per unum inceptum, per alium finiri valeat, & ab ipſis, ſeu eorum altero, &c. colligitur, non minus quàm ex verbis, quemlibet in ſolidum, quæ indicant, unumquemque eorum ſingulatim conſideratum, repræſentare Dominum ablegantem.

Obſervatio VI.

An melius ſit plures mittere, quam unum?

AN è re Principis potius ſit, unum, vel plures ſimul ſuper expediendo eodem negotio, mittere legatos, vetus controverſia eſt, quàm deſcribit Freder. à Marſelaer *in Legato ſuo. lib. 2. diſſert. 9. p. m. 293. & ſeqq.* tandemque concludit *pag. 301. & ſeqq.* pluribus Legatis ſuper re gravi, & intricata, miſſis, non niſi uni dicendi ac reſpondendi munus incumbit, quaſi unius vocalis plures conſonantes. Dixerim plures ſic quidem Legatos, at unum oratorem eſſe: plures mitti, ſed ut unus loquatur, unum omnium os eſſe, omnes loqui, quando unus auditur. Non profectò, ut multi ſimul canere, ſic loqui poſſunt. Interdum tamen è dignitate mittentis, ipſiusque negotii, creditum eſt eſſe, ut congratulatio non unius tantum oratione perageretur, ſed ſinguli diverſo dicendi genere & argumento uterentur; ita ut non ſolum benevolentiæ, ſed eloquentiæ cauſa adveniſſe viderentur. Aliquando etiam apprecationis cujuſpiam, vel promiſſi, aut precum formulam plures ſyllabatim ſimul, quaſi geminato ore, ac multiplicato affectu proferunt, aut repetunt. Hodiè, prudenti conſilio, ut faciliùs certiusque ſingula gerantur ac fiant, unus plerumque mittitur legatus; vel cum ſuper re gravi (quæ tamen magis adhuc conſulto, quàm facto opus habet) plures adhibentur, ſolet generis nobilitas, & doctrinæ claritudo conjungi: Ita tamen, ut eorum unus præficiatur reliquis, & Princeps legationis ſit, alii collegæ, & ſocii cohoneſtandi, ac conſultandi potiſſimum gratia comitentur.

Obſervatio VII.

An Elector nuntio ſuo poſſit mandare, ut non alium quàm Titium debeat eligere?

Ad verb. de perſona quacunq.

EX verbis, de perſona quacumque habili, communiter infertur, Electorem legato, vel nuncio ſuo, non poſſe dare mandatum de certo individuo, & non alio eligendo. Puto, in mandato, quod Moguntino, tanquam Decano Collegii Electoralis exhibendum eſt, perſonam, quam Elector abſens eligi deſiderat, non exprimendam eſſe, ac multò minus eam exprimendam cum hâc additione, ne in aliam conſentiat legatus. Si enim hoc liceret, liceret etiam Electori abſenti votum ſuum in ſcriptis tranſmittere, quod communiter negatur, licet id ante A. B. aliquando factum, Cuſpinianus *de Cæſaribus. ſub tit. de diviſione Imperii, ob duos competitores, &c. pag. 368.* referat. Licere verò Electori, ablegato ſuo, vel verbis, vel ſcripto mandare, ut, ubi ad

electionem ventum, proponat, Titium eligendum eſſe præ omnibus, quod ſit magis habilis, non dubito, non minus quàm eidem injungere, ne in Sejum inhabilem conſentiat. Nam etiam ipſe Elector præſens invitus Sejum eligere non cogeretur, poſſetque voto ſuo Titio ſubvenire; quisque enim Electorum votum habet liberum. Non poſſum hîc ſilentio involvere dolum inſignem à Legato Waldemari, Marchionis & Electoris Brandenburgenſis, commiſſum, quem annotavit Cuſpinianus *dict. loc.* Etenim, cum hic Elector legatum ad Electionem Romani Imperatoris mitteret, Nicolaum à Boock, cum mandato, ut Fridericum Auſtriacum eligeret, legatus ille, quod nihil ſperabat à Friderico ſe conſecuturum, ſimul etiam, quod plurium animos in Ludovicum Bavariæ Ducem cerneret inclinatos, abraſa membrana, expunctoque nomine Friderici, Ludovicum ſubſtituit, contra Domini ſui voluntatem, literis adulteratis.

CAPUT XX.

DE UNIONE PRINCIPATUUM ELECTORUM, ET JURIUM EIS CONNEXORUM.

Obſervatio I.

Ad rubricam.

MOguntinum exemplar, quod Receſſibus Imperii præfixum, legit, de unione Principum Electorum, &c. malè tamen, cum in *nigro* non agatur de unione Principum Electorum, ſed de unione *Principatuum Electoralium*: Eſt tamen confœderatio inter Electores omnes, quæ unio, hoc reſpectu, communis dicitur, de qua vide *tom. IV. jur. publ. ad lib. 3. cap. 2. pag. 314. & ſeqq.* & alia, inter Moguntinum, Colonienſem, Trevirenſem, & Palatinum, inſtituta, anno 1519. tempore interregni, cujus mentio fit apud Goldaſt. *de Bohemia cap. 7. num. 9.* & dicitur particularis, *in capit. Matth. Imper. artic. 4.* ibi: der Churfürſten Gemeine/ und ſonderbare Rheiniſche Verein: Utraque autem audit Rheiniſch (Rhenana) quoniam utraque in civitate ad Rhenum ſita facta fuit, generalis Wormatiæ, particularis Veſaliæ.

Obſervatio II.

Ad verb. Principatus.

Etiam Regnum dicitur Principatus.

VOcabulum Principatus hîc generaliter ſumitur, ita ut etiam comprehendat Regnum: ſupra verò, *cap. 7. §. 2.* diſtinctim ponitur Regnum, (Bohemiæ)

miæ ſcilicet) & Principatus. Idem etiam fit de Rege Bohemiæ, qui aliquando dicitur Rex, *in proœm. Bullæ. cap. 1. §. 10. §. 14. cap. 4. § 3. 4. cap. 6. &* ſequentibus ſæpiſſimè, aliquando Princeps, vel Princeps coronatus, *cap. 4.* & Principis Electoris nomine comprehenditur *A. B. cap. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. & c. 2. §. 5. 6. 7.* & ſparſim per totam Bullam.

Obſervatio III.

Vocabulo virtutis quid deſignetur?

Electores ſeculares virtute, vel ratione Principatuum Electoralium habent jus, & vocem eligendi Romanorum Regem. In hac Bulla noſtra tæ voces ſunt frequentiſſimæ: Rex Romanorum agit virtute Sacri Imperii, *cap. 2. §. 5.* Electores eligunt virtute Electoratuum, *cap. 7. §. 2. & hoc cap. 20.* Palatinus eſt Vicarius Imperii, ratione Principatus. *cap. 5. §. 1.* Prædicatur quoque vocabulum virtutis, de aliis, ut de conſtitutione, & juramento *cap. 1. §. ult. in fin.* ac de lege. *cap. 10. §. 2. cap. 11. §. 3.*

Obſervatio IV.

Electores Eccleſiaſtici an virtute ſuorum Electoratuum eligant Imperatorem?

AN Electores Eccleſiaſtici quoque virtute Principatuum ſuorum habeant jus, & vocem eligendi Romanorum Regem, dubium reddit textus noſter, qui ſaltem de Electoribus ſecularibus loquitur, & ſic videri poſſit, tacitè excipere Electores Eccleſiaſticos. Verum idem jus Electoribus Eccleſiaſticis virtute ſui Electoratus competere, in Electione Romani Regis, quod competit Electoribus ſecularibus virtute Electoratuum ſuorum, docuit Beſoldus *lib. 2. de elect. & ſucceſſ. differt. 3. num. 11.* vide me *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 7. n. 7. & ſeqq.* ac Schützen *in Colleg. publ. de Re Romana. diſp. 7. theſ. 7. lit. 1.*

Obſervatio V.

Ad verb. Principatū ipſum.

1. *Electores præter Electoratum etiam alia tenent bona.*
2. Chur-Städte.

1. QUæ terræ ad ſingulos Principatus Electorales propriè pertineant, ex literis inveſtiturarum peti debet. Nullus verò Electorum eſt, qui non, præter Electoratum, alia etiam ab Imperio feuda teneat, & proinde conſiderari debeat diverſo reſpectu. Feuda hæc cum Electoratu non ſemper ſunt unita, ſed ſeparata, licet illa, & hunc, unus idemque teneat. Vulgò 2. cuique Electoratui attribuitur civitas Principalis, eine Chur-Stadt/ Bohemiæ Praga, Palatinatui Amberga, vel Heidelberga, Saxoniæ Wittemberga, Brandenburgico Cuſtrinum, ut ex Goldaſti *tom. un. conſtit. Imper. pag. 34.* annotavi *tom. I. jur. publ. lib. 1. cap. 7. num. 48.* vide infra *ad cap. 27. §. 6. obſerv. 29.*

Obſervatio VI.

Ad verb. dignoſcitur poſſidere.

Poſſeſſor Electoratus ejus fruitur juribus.

Qui poſſidet Principatum Electoralem, ejuſdem juribus, privilegiis, & omnibus illi annexis utitur, tanquam emolumentis & fructibus ejus feudi. Qui autem hunc non poſſidet, carere debet illis emolumentis. Cæterum, hoc communiter intelligunt Doctores tantum de poſſeſſore legitimo, Arumæus *dicto diſcurſu. 6. theſ. 27. ad fin.* Rumelinus *part. 2. diſſert. 6. d. A. B. theſ. 20.* Sinoldus *dict. diſput. 7. theſ. 22. lit. b. in fine. pag. 457.* Dietericus *in notat. ad caput noſtrum 20. verb. dignoſcitur poſſidere. pag.* 80. non illegitimo; quos ſequor, ſi notoriè ſit illegitimus, ſecus, ſi adhuc dubium ſubſit.

CAPUT XXI.

DE ORDINE PROCESSIONIS, INTER ARCHIEPISCOPOS.

Obſervatio I.

Emendatio rubricæ.

Cum hîc non agatur de ordine proceſſionum inter omnes Archiepiſcopos, at ſaltem inter Archiepiſcopos, qui ſunt Electores, rubricæ id addi debet.

Obſervatio II.

Ad verb. in principio.

Ordo qui inter Electores Eccleſiaſticos obſervandus in proceſſionibus.

Supra *cap. 3.* diſpoſuit Imperator de ordine ſeſſionis Electorum Eccleſiaſticorum, hîc verò exprimit ordinem inter illos in proceſſionibus obſervandum, diſtinguens inter proceſſiones, quas duplices facit, unam, quando inſignia Imperialia, vel Regalia, portantur ante Imperatorem, vel Regem Romanorum; alteram, quando ſine inſigniis incedit Imperator, vel Rex Romanorum.

Obſervatio III.

Ad verb. inſignia.

Quæ ſint inſignia Imperialia?

Quæ autem ſint inſignia Imperialia, vel Regalia, exprimitur *d. cap. 22.* ubi ea enumerabo. Loyſeau *au traité des Seigneuries. chap. 3. num. 69. pag. 45.* hæc inſignia cum Græcis nominat, σύμβολα τῆς ἡγεμονίας.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio IV.

Ad verb. Trevirenſis.

Quem locum teneat Elector Trevirenſis in proceſſione publica, quando Imperatori præferuntur inſignia.

CAſu, quo inſignia Imperialia, vel Regalia, in proceſſione portantur ante Imperatorem, vel Regem Romanorum, Archiepiſcopus Trevirenſis in directa diametrali linea ita præcedit Imperatorem, vel Regem, ut intermedii inter utrumque ſoli illi ſint, qui dicta inſignia gerunt: quod ita repræſento ad modum in A. B. præſcriptum.

	Brandenburgenſis cum ſceptro.	
Imperator.	Saxo cum enſe.	Trevirenſ. Archiep.
	Palatin. cum pomo aureo.	

Obſervatio V.

De loco Trevirenſi competente, in proceſſione, quando non adſunt inſignia.

CAſu, quo inſignia Imperialia vel Regalia in proceſſione non portantur, Archiepiſcopus Trevirenſis Imperatorem præcedit ita, ut nemo penitus intermedius ſit. Quem vero locum tunc Electores ſeculares teneant, in Bulla noſtra non exprimitur.

Obſervatio VI.

De loco competente Electori Moguntino, & Colonienſi.

ARchiepiſcopi Electores, Moguntinus & Colonienſis, in proceſſionibus ſunt à latere Imperatoris, unus à dextero, alter à ſiniſtro, pro varietate locorum, ubi proceſſio fit, nempè, Moguntinenſis in ſua diœceſi & provincia, in toto Cancellariatu ſuo Germanico, provincia Colonienſi duntaxat excepta, dextrum occupat: Colonienſis verò hiſce in locis ſiniſtrum, dextrum verò tenet in diœceſi & provincia ſua.

Obſervatio VII.

Nova conſtitutio de ordine inter octo Electores.

POſtquam deprehenſum fuit, has Caroli IV. conſtitutiones non omnes continere caſus, atque noſtra ætate Electorum numerus ita auctus, ut, qui ſeptem antea, nunc octo contineat, inter Electores de præcedentia paucos ante annos alia facta eſt diſpoſitio, quam ſupra adduxi ad *cap.* 4. §. 1. *obſerv.* 9.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

DE ORDINE PROCESSIONIS PRINCIPUM ELECTORUM, ET PER QUOS INSIGNIA DEPORTENTUR.

Obſervatio I.

Emendatio rubricæ.

RUbricæ addi debet vox, ſecularium, de illis enim ſolum agitur in nigro.

Obſervatio II.

Opinio Mallinckrotij de officiis Electoralibus.

DE officiis Electorum in Imperiali Curia tradit Mallinckrot. *de Archicancellariis S. Romani Imper. lib. 2. cap. 3. pag.* 170. valdè videri veriſimile, usque adeò antiquiſſimis temporibus temporaria fuiſſe, ut ne quidem ad vitam certis Principum perſonis credita & aſſignata fuerint, ſed quotiescunque illa in ſolennibus conventibus Imperialibus, quas curias noſtri ſcriptores vocant, obiri debuerint, de novo è præſentium numero honoratioribus mandari conſueverint, *& pag.* 171. Accedit prædictis, quod non facilè repertu ſit, ſive in documentis, ac diplomatibus antiquis, ſive apud hiſtoricos, alioſque ſcriptores, illiusmodi officiatorum mentio extra caſum ſolennium Curiarum, ante Friderici II. Imperium; unde probabile argumentum ſumitur, antiquis illis ſeculis, necdum apud quemquam illa fixas ac immotas ſedes ſtatuiſſe, ſed potius, uti ſub Othonibus, ita etiam ſub *Henricis*, aliisque ſequentibus longo tempore Imperatoribus, motoriam, *ut in proverbio* eſt, egiſſe fabulam.

Obſervatio III.

1. *Elector Saxoniæ Imperatori præfert enſem.*
2. *Contentio inter Electorem Saxoniæ, & Ducem Lucemburgenſem.*
3. *Imperij gladiator.*
4. *Gladij bajulus.*

1. ELector Saxoniæ Imperatori in proceſſione præferre debet enſem, tenens locum ante Imperatorem, & ſubſequens Electorem Trevirenſem. vide
2. *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap.* 10. *num.* 28. In coronatione Wenceslai, Regis Romanorum, Dux Lucemburgenſis Saxoni noluit permittere, ut gladium gereret, unde utraque pars ad arma ſe comparavit; Imperator autem illud, utriusque jure ſalvo, tunc commiſit filio ſuo ſecundogenito, Sigismundo, Marchio-

Digitized by Google

Marchioni Brandenburgico, juveni decem annorum; ut retuli ex magno Chronico Belgico *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib. 3. cap. 10. num. 28.* Eandem contentionem ex Dintero *lib. 6. cap. 17.* ita refert Chifletius *in comment. Lotharienſi. c. 23. pag. 98.* in ſolenni Curia, quam Carolus IV. Imper. (anno 1356.) Metis habuit, ſuborta eſt quæſtio, inter Rudolphum Ducem Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareſchallum, & Wenceslaum, Lotharingiæ & Brabantiæ Ducem, Sacrique Imperii Marchionem, quinam videlicet eorum enſem Imperialem, vel gladium Imperii, ante faciem Cæſaris geſtare, vel tenere deberet; quod jus Wenceslaus ſibi, ut Duci & Marchioni, competere contendebat. Eandem ob cauſam Ducem Lotharingiæ, & Brabantiæ Principem, & Marchionem, antiquitus gladiatorem Regni, vel Imperii, 3. nominatum tradit, ac ex dicto Egmundo Dintero *lib. 1. cap. 17.* hoſce antiquos adfert verſus:

Iſte Brabantinus Princeps, Dux Auſtraſiorum,
Primus erat, Majorq; Domus, Regni gladiator.

Lotharium Imperatorem Regem Daciæ, in ſignum ſubjectionis, ad decorem Imperialis reverentiæ gladium ſibi ſub corona deferre feciſſe, annotavit Friſing. *hiſtor. lib. 7. cap. 19.* Philippi Suevi tempore Regem Bohemiæ 4. gladii Regalis bajulum fuiſſe, ſcripſit Arnold. Lubec. *lib. 6. chronic. Slavor. cap. 2.* unde conjicio, gladii curam non uni ſemper concreditam fuiſſe olim.

Obſervatio IV.

Ad verb. enſem.

1. *De enſe Imperiali.* 2. *An rectè dicatur enſis Caroli magni.*

De enſe videri poteſt Arumæus *d. diſc. 6. ad A. B. theſ. 30.* & Höpping. *de* 1. *inſignium ſive armorum priſco & novo jure. cap. 2. §. 7. ſect. 2. membr. 2. titul. 3. num. 827. & ſeqq. pag. 145. & ſeq.* ego *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 4. num. 20.* ac *tom. V. in addit. ad d. cap. 4. num. 20.* An hîc rectè dicatur Caroli Magni 2. enſis, inquiſivi *tom. V. jur. publ. in addit. ad d. lib. 3. cap. 10. num. 28.* Addo ſaltem nunc, quod ſcribit le Sieur de Bonair, *en ſon diſcours ſur la conjoincture preſente des affaires d'Allemagne. pag. 47.* Electores in actu Coronationis Regi Romanorum præſentare *l'eſpee de Charlemagne toute une que les Alemans diſent avoir eſté apportée à ce prince par un Ange, lors qu'il entreprit la guerre contre les Saxons. Elle n'eſt pas de la taille, ny de la facon de celle, qu'on garde dans le treſor de S. Denys, en France.* Cœterum, nomen hujus enſis, moremque eundem præferendi à tempore Caroli Magni, docet Richardus in geſtis Philippi III. filii Ludovici Sancti, & ex eodem Louys d'Orleans *es ouvertures des Parlemens. chap. 17. pag. 225.* quoniam à tempore Caroli Magni Regis Franciæ, (verba ſunt authoris) & Imperatoris Romanorum, conſueverunt Reges Franciæ Jocoſam ſpatam, prædicti Caroli Regis, & Imperatoris, & in

Digitized by Google

in die coronationis ſuæ, dum celebratur prædictæ coronationis officium, in memoriam tam victorioſiſſimi Principis, à quodam de nobilioribus, ante ſe facere teneri, & deferri.

Obſervatio V.

Ad verb. Comes Palatinus.

De pomo Imperiali.

ELectoris Comitis Palatini jus fuit, geſtandi in proceſſionibus ante Imperatorem pomum Imperiale; ſed hodiè id competit Electori Bavariæ, & Palatinus præfert coronam auream. De cauſa mutati juris dixi *tom. V. jur. publ. in addit. ad d. lib. 3. cap. 9. num.* 48. Si Huberto Thomæ Leodio credimus, Electori Palatino Friderico II. Carolus V. Imperator facultatem conceſſit, in inſigniis uti pomo Imperiali, hiſce verbis: Friderice, volo, quod non meum eſt, neque habeo, tibi donare, dono mundum, quem inſculptum tu, & poſteritas tua Electores, in ſignis veſtris deferatis, quemadmodum vobis antiquo jure, & à prima Electorum inſtitutione ſolennibus Curiæ Imperialis feſtis manu geſtare competit. *lib. 13. annal. de vita Frider. II. Palat. pag. m.* 259.

Obſervatio VI.

Ad verb. pomum.

1. **Der Reichsapffel.**
2. *Quid ſignificet?*
3. *Contentio inter Gallos, & Hiſpanos.*

1. DE pomo Imperiali, quod nobis dicitur der Reichsapffel / Keyſer *Ferdin. I.* Müntzordnung / *de anno 1559. in Cod. Receſſ. Imper. pag. 534.* agit Arumæus *d. diſcurſ. 6. theſ.* 30. Höpping. *dict. loc. tit. 5. num.* 833. *& ſeqq. pag.* 146. & ſcripſi de eodem ego *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 4. num. 26. & ſeqq.* & *tom. IV. in addit. ad d. cap. 4. num.* 28. ac *tom. V. in addit. ad d. cap. 4. num.* 31. ac *in an-*
2. *not. ad Capitul. Caroli V. artic. 30. verb.* empfahen. *num. 56. pag.* 328. Non putat autem Chifletius *in lumine prærogat.* 10. *ad vindic. Hiſpan. pag.* 374. Pomum hoc eſſe ſemper Imperii notam particularem, ſed ſymbolum etiam aliquando abundantiæ, & fertilitatis, quia pomum pro omni fructuum genere ſolitum ſit uſurpari. Hinc locum Modii *in pandect. triumphal. lib. 4. cap.* 21. ubi refert, dum Ferdinandus Auſtriacus in Regem Bohemiæ fuit inauguratus Pragæ, anno 1562. poſt gladium, annulum & ſceptrum, Archiepiſcopum pomum, typum Regni, ſiniſtræ ejus inſerviſſe, ita interpretatur, ut, per pomum, intelligat notam Regni bonis circumfluentis, non autem Imperii,
3. cujus Bohemiæ Rex duntaxat membrum ſit. De contentione inter Gallos & Hiſpanos, propter pomum, vel orbem, aliquando enata, videri poteſt Gramondus *hiſtor. Gall. ab exceſſu Henrici IV. lib. 2. p. m.* 101. & P. de Lancre *au livre des Princes. diſcurſ.* 10. *pag.* 392. qui tamen inter ſe non omninò conveniunt.

Digitized by Google

Obſervatio VII.

1. De ſceptro Imperiali.
2. De materia ſceptrorum.
3. Sceptrum Magni Ducis Moſcoviæ.
4. Inſignium uſus.
5. Electoris Brandenburg. inſignia.

Elector Brandenburgenſis in proceſſione gerit ante Imperatorem ſceptrum. De ſceptro autem videri poteſt Arum. *d. diſc. & theſi.* Höpping. *l. l. tit. 2. num.* 815. *& ſeqq. pag.* 144. ac *tom. meus* 1. *lib.* 2. *de jur. publ. dict. cap.* 4. *num.* 21. *& ſeqq.* & *tom. V. in addit. ad lib.* 3. *de jure publ. cap.* 11. *num.* 7. *pag.* 214. nec non notitia mea Regni Franciæ *lib.* 2. *cap.* 4. *lit. kk. p.* 367. *& ſeq.* Loyſeau *d. l. num.* 70. *& ſeq.* Louys d'Orleans *es ouvertures du parlement. chap.* 12. *p.* 185. ubi docet, ſceptra fuiſſe facta ex variis materiis, *les premiers de bois, à cloux d'airain, qui y eſtoient fichez; depuis d'yvoire, d'ebene, d'airain de fer, d'argent, d'or, qui eſtoient quelques fois remplis des pierres precieuſes.* (prima ſeu antiquiora ex ligno, cui clavi ærei infixi, poſtea ex ebore, ex ebeno, ex ære, ferro, argento ac auro, quorum nonnulli erant ornati gemmeis lapillis) Magni Moſcorum Ducis ſceptrum dicitur eſſe factum ex cornu monocerotis *d. tom. V. jur. publ. in addit. ad lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 24. Cœterum horum inſignium non ſaltem in proceſſionibus, verum etiam in nonnullis ſeſſionibus uſus fuit. In concilio Conſtantienſi, Rudolphus Dux Saxoniæ cum enſe, Ludovicus Bavarus cum pomo, & Fridericus Marchio Brandenburgenſis cum ſceptro, Imperatori Sigismundo adſtiterunt. Chiflet. *in lum. prærog. ad vindic. Hiſpan. lum.* 17. *pag.* 417. Hoc ſceptrum repræſentatur in inſigniis Electoris Brandenburgenſis. *d. tom. V. in annot. ad lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 124.

(Margin numbers: 1. at "Elector"; 2. at "ubi docet"; 3. at "Magni Moſcorum"; 4. at "Cœterum"; 5. at "Hoc ſceptrum".)

Obſervatio VIII.

Ad verb. Rex Bohemiæ.

Qui locus Regi Bohemiæ aſſignatus in proceſſionibus Imperialibus?

Rex Bohemiæ in proceſſionibus ſequitur immediatè Imperatorem, vel Regem, nullo interveniente: de quo dicetur infra *ad cap.* 26. *§.* 5.

Obſervatio IX.

Schema proceſſionis, ſecundum hodiernum morem.

Modernas proceſſiones ita repræſentat Dn. Dietrich. *in not. ad A. B. tit.* 22. *verb. deportare. pag.* 81.

Trevirenſis.
geſtat typarium Regni Arelatenis
in Gallia.

Palatinus cum Coronâ aurea. Brandenburgicus cum Sceptro. Saxo cum enſe. Bavarus cum pomo aureo.

Colonienſis cum typario Regni Italiæ. Imperator Auguſtali veſte amictus. Moguntinus cum typario Regni Germaniæ.

Rex Bohemiæ.

Imperatrix

&c.

Hic tamen notari debet, pro diverſitate provinciarum, juxta *cap.3. A.B.* Moguntinum cum Colonienſi variare latera Imperatoris, & occupare alterutrum, modò dextrum, modò ſiniſtrum; ut ſupra quoque monui.

CAPUT XXIII.

DE BENEDICTIONIBUS ARCHIEPISCOPORUM, IN PRÆSENTIA IMPERATORIS.

Obſervatio I.

Ad verb. miſſarum.

De miſſa.

DE voce miſſa, ejus origine, & ſignificatione, agit Bellarminus *tom. II. oper. tertia controverſia generali. lib.5. cap.*1. ac Joh. Baptiſta Scortia *de ſacrificio miſſæ. lib.*1. *cap.*1. *num.*2. Bellarminus docet, probabiliſſimam eorum eſſe ſententiam, qui miſſam dici volunt à miſſione, ſeu dimiſſione populi, ut idem ſit miſſa, quod miſſio.

Obſervatio II.

Ad verb. ſolemnia.

De ceremoniis in celebratione miſſæ uſitatis.

DE ceremoniis & ſolennitatibus miſſarum agit Durandus *lib.*4. *ration. divin. officior.* Scortia *d. tr. lib.*3. *&* 4.

CAP.

CAPUT XXIV.

INFRA SCRIPTÆ LEGES PROMULGATÆ SUNT IN CURIA METENSI, PER DOMINUM CAROLUM IV. IMPERATOREM, ET BOHEMIÆ REGEM, AUGUSTUM, ANNO DOMINI 1356. IN DIE NATALIS CHRISTI, ASSISTENTIBUS SIBI OMNIBUS SACRI ROMANI IMPERII ELECTORIBUS, PRÆSENTIBUS DOMINIS, VENERABILI IN CHRISTO PATRE, DOMINO T. EPISCOPO ALBANENSI, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALI, AC CAROLO, REGIS FRANCIÆ PRIMOGENITO, NORMANDIÆ DUCE ILLUSTRI, AC DELFINO VIENNENSI.

Obſervatio I.

De Rubrica hujus capitis.

HÆc inſcriptio authorem habet non Carolum ipſum, ſed privatum aliquem, qui poſtea has conſtitutiones cum prioribus conjungere, & uno quaſi volumine exhibere voluit. Quæ vulgò impreſſa ſunt aureæ Bullæ exemplaria (ait Kyriander *Treuerorum annal. part.* 14. *pag.* 118.) recenter iſthoc modo conſarcinata patet ex verbis ipſis circa medium, ubi leges in Metenſibus Comitiis latæ ſubnectuntur, tanquam à Carolo pridem vita functo ſtatuta: quamobrem mirum non eſt, omnia admodum eſſe mendoſa, veluti etiam vetuſti Codices, tempore Caroli exarati, arguunt. Verſio Germanica, exhibita à Goldaſto, inter ſtatuta & reſcripta Imperialia *pag.* 134. hîc longè abit à Codice noſtro, hiſce verbis: An dem Hoffe zu Menze (leg. Metze) dem Wir Keyſer Karle der Vierde/ Remiſch Richs ein Merer/ hielten in dem Jahre/ ꝛc. und bey Uns warend/ ꝛc.

Obſervatio II.

A. B. edita fuit partim Norimbergæ, partim Metis.

AUreæ Bullæ conſtitutiones promulgatæ fuerunt uno eodemque anno 1356. ſed diverſis menſibus, & locis: Pars Norimbergæ, menſe Januario: Pars altera Metis, in Decembri; ut ex collatione exordii Bullæ cum hâc præſenti inſcriptione cognoſcitur.

Digitized by Google

Obſervatio III.

Ad verb. in Curia.

In Curia quæ ibidem habita.

PRomulgatio harum legum facta dicitur in Curia Metenſi, hoc eſt, in Comitiis Metenſibus, quæ ibi haberi, in anterioribus ejuſdem anni, Norimbergæ peractis, placuerat Imperatori, & Electoribus. Locus quidem obſervatus, ſed non itidem tempus; Haberi enim debuiſſet, poſt quatuor ſeptimanas continuas à feſto reſurrectionis Dominicæ numerandas, ut ſupra *cap.* 12. §. 2. conſtitutum.

Obſervatio IV.

Ad verb. Metenſi.

1. De varia fortuna civitatis Metenſis. 2. De nomine hujus civitatis.

1. DE varia civitatis Metenſis fortuna, & quomodo, ac quando ab Imperio avulſa ad Regem Franciæ pervenerit, dixi ſupra *ad d. cap.* 12. §. 2. *obſerv.* 11.
2. Fuit primum hæc civitas dicta Mediomatrica, ut tradit Chiflet. *ad vindic. Hiſpan. lum. genealog.* 2. *pag.* 170. quia media via erat inter Matricam, & Tullum Leucorum. Et quia medium Teutonicè eſt Mett/ inde ortum poſtea Metz vocabulum, pro Mediomatrica urbe. Clarè Sangallenſis Monachus, ubi agit de cantu Metenſis Eccleſiæ: nunc usque apud eos, qui in his regionibus latino ſermone utuntur, Eccleſiaſtica cantilena dicitur Metenſis, apud nos verò, qui Teutonica lingua loquimur, Mete.

Obſervatio V.

Ad verb. die natalis Chriſti.

Quid feſtis diebus agere liceat?

PRomulgationes legum etiam feſtis diebus fieri citra peccatum poſſe, apud me extra dubium eſt; vide Hilligerum *in Don. enucl. ad lib.* 24. *cap.* 7. *lit. u.* Atro autem carbone noto obligationem, qua Balduinus, *dictus le petteur*, obſtrictus fuit, ut die natalis Domini ſingulis annis *coram Rege ſuo* Angliæ faceret unum ſaltum, unum ſuffletum, & unum *bumbulum*. Camdenus *in Icenis pag.* 337. hoc eſt, ſaltaret, buccas cum ſonitu inflaret, & ventris crepitum ederet.

Obſervatio VI.

Ad verb. aſſiſtentibus.

Comitia illa Metenſia non fuerunt generalia.

QUoniam iſta Comitia non fuerunt generalia, ſed Electoralia tantum, ad illa non debuerunt vocari alii, quàm Electores, ſupra *d. c.* 12. §. 1. & 2. & ſi fortè alii quoque Imperii Principes, & Status eò ſe contulerunt, ut nonnulli ex hiſtoricis tradunt, conſultationibus tamen non interfuiſſe probabile eſt, *argum. ſupra c.* 3. §. 2. *d. c.* 12. §. 2. *c.* licet promulgationi adeſſe potuerint, æque ut Epiſcopus Albanenſis, & Delphinus Viennenſis.

Obſerv.

Obſervatio VII.

Qui in illis fuerint præſentes?

Ad verb. præſentibus.

CUſpinianus *in vita Caroli IV. p. m.* 385. de his Comitiis verba faciens, ſcribit, eò conveniſſe præter Electores, & totius Imperii Principes, Tuſculanum Cardinalem de Francia, Delphinum Ducem Viennæ, primogenitum Joannis Regis Franciæ, & Archiepiſcopos, Senonenſem, & Rothomagenſem (qui tunc Cardinalis creatus fuerit Imperatore præſente) item Ducem Britanniæ, & Comitem Pictaviæ, cum multis Baronibus. Cui relationi ſi adhibenda fides, præloquium capitis noſtri ex ea ſuppleri debet.

Obſervatio VIII.

Cardinales dicuntur Eminentiſſimi.

Ad verb. venerabili.

CArdinales hodie dicuntur eminentiſſimi, ut introduxit Urbanus VIII. Papa, vide *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 4. cap. 6. num.* 44.

Obſervatio IX.

Theodoricus, Epiſcopus Albanenſis.

Ad verb. Domino.

MOguntina editio exprimit nomen Epiſcopi Albanenſis, eumque appellat Theodoricum.

Obſervatio X.

De Cardinalibus, remiſſivè.

FUit hic Theodoricus non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Cardinalis. De quorum ſtatu, dignitate, & prærogativis multa expoſui *in annot. ad proœm. Capitul. Caroli V. verb.* Des Tituls *S. Chryſogoni Cardinal. p.* 89. *& ſeqq.* quæ conjungi poſſunt cum illis, quæ annotavit Speidelius *in ſuo ſpeculo ſub lit. c. num.* 23. *p.* 204. *& ſeqq.* & Sprenger. *in juriſpr. publ. p.* 288. *& ſeqq.*

Obſervatio XI.

Inſcriptio capitis præſentis non convenit cum hiſtoria Bohemica.

FIlii primogeniti Regis Franciæ hîc ſaltem fit mentio, Lehemannus verò ex hiſtoriis Bohemicis refert *lib. 7. Chron. Spir. cap.* 35. *p.* 781. Der Keyſer habe den Keyſerlichen Hoff gen Metz gelegt/dahin ſeyen kommen alle Churfürſten/Fürſten/Grafen und Herren/ desgleichen die Päbſtlichen Legaten, des Königs auß Franckreich zween Söhne/ des Keyſers Vettern.

Obſervatio. XII.

An primogenitus Regis Franciæ vocatus fuerit ad Comitia illa Metenſia?

Cæterum, an hic Regis Franciæ primogenitus, ad Comitia illa Metis habita, ſponte, an verò vocatus advenerit, ambiguum eſt. Goldaſt. in epiſtolâ dedicatoria der Reichshandlungen/poſterius aſſerit. Verba ejus retuli *tom. IV.*

jur. publ. in addit. ad lib. 1. *cap.* 9. *num.* 9. *pag.* 82. Es ſol Carolus, Delphin auß Franckreich/ als ein Fürſt des Reichs/ auff dem Reichstag gen Metz *anno* 1356. beruffen/ ſeinen Sitz und Ort neben andern Fürſten des Reichs vertretten/ und Keyſer Carolo dem Vierten/ in Gegenwart aller Chur-und Fürſten des Reichs/ und Päbſtlichen Legaten, den Lehen-Eidt öffentlich geleiſtet/ und die Regalia der Hertzogthumb Wien/ oder Delphinat/ Provintzen/ ꝛc. von Ihrer Majeſtät/ als ordentlichen Lehen-Herren empfangen haben. Hoc certum eſt, Carolum illum, Joannis Regis primogenitum, fuiſſe Caroli IV. ex ſorore nepotem, unde probabile fit, eum ſalutandi & inviſendi ſtudio, tunc Cæſarem acceſſiſſe; certe de vocatione hiſtorici tacent, ut & de inveſtitura, de qua omninò videri debet Conring. *de finib. Imper. Germ. l.* 2. *cap.* 24. *pag.* 597.

Obſervatio XIII.

Ad verb. primogenito.

Titulus primogeniti Regis Franciæ.

L*A qualité de fils aiſné de France eſt prepoſée, non ſeulement à celle de Dauphin, mais auſſi au tiltre des Royaumes, comme du Tillet, & Belle foreſt preuvent par exemple de ceux, qui ont eſté Roys de Navarre avant qu'eſtre Roys de France, qui mettoient en leurs lettres le tiltre de fils aiſné de France avant celuy de Roy de Navarre,* Loyſeau *de traicté des Ordres chap.* 7. *num.* 41. Prædicatum primogeniti filii Regis Franciæ anteponitur non ſolum titulo Delphini, verum etiam titulo Regnorum, ut probant Tilletus, & Belleforeſtus, exemplis eorum, qui fuerunt Reges Navarræ, antequam eſſent Reges Franciæ, & in literis ſuis præmiſerunt prædicatum Primogeniti Franciæ, titulo Regis Navarræ.

Obſervatio XIV.

Ad verb. Normandiæ Duce.

An titulus Ducis præponatur titulo Delphini?

PUgna eſt inter Francogallos, an titulus Ducatus præferri debeat, an poſtponi titulo Delphini. Illud placet Tilleto, hoc à Loyſeau. Scribit ille *au recueil des Roys de France, leurs couronnes & maiſons: Le Dauphiné de Viennois fut acquis par le Roy Philippe de Valois, pour eſtre au fils aiſné de France, & depuis tous ont pris ce titre, non pour eſtre le premier, & plus eminent; parce que ceux qui ont tenu des Duchez, comme Monſieur Charles de France, fils aiſné du Roy Jean, Duc de Normandie, Monſ. Louys de France, fils aiſné du Roy Charles ſixieſme, Duc de Guienne, & autres, ont eſté intitulés premierement Ducs que Dauphins, à bonne raiſon, puis que la dignité Ducale precede celle de Dauphin. Cela toutesfois de nos jours n'a eſté ſuivy en la perſonne du Roy Henry ſecond, lors qu'il eſtoit Dauphin; Car il fut intitulé, Henry, fils aiſné du Roy, Dauphin de Viennois, Duc de Bretagne, par ignorans du paſſé, & couleur que de leur naiſſance ils ſont appellez Dauphins.* Delphinatus Vienneſis à Philippo Valeſio Rege pro Seniori Regum filio acquiſitus fuit, (vide *contra hanc acquiſitionem diſputantem Conringium dict. lib.* 2. *cap.* 24. *pag.* 588. *& ſeqq.*) atque hinc factum, ut omnes poſt-

poſtea hoc titulo uſi fuerint, non quaſi primus & præſtantiſſimus eſſet, quandoquidem qui Ducatus habuerunt, ut Carolus, maximus natu Johannis Regis filius, Dux Normandiæ, Ludovicus primogenitus Caroli VI. Dux Aquitaniæ, aliique prius Duces, quam Delphini, appellati fuerunt. Noſtris temporibus aliud obſervatum in Henrico II. Rege, quando adhuc erat Delphinus; appellatus enim fuit Henricus, Regis primogenitus, Delphinus Viennenſis, & Dux Britanniæ; quod ab ignorantia hiſtoriæ præteritorum originem traxit, ac inde, cum primogeniti ſtatim à nativitatis termino Delphini dicerentur. Huic contradicens Loyſeau *dict. tr. & chap. 7. num. 43.* ait: *je m'esbahy que du Tillet trouve eſtrange, qu'ils mettent le titre de Dauphin devant celuy de Duc, diſant que c'eſt plus d'eſtre Duc, que d'eſtre Dauphin, ce qui pourroit eſtre vray, ſi le Duché, dont le fils aiſné de France prendroit le nom, eſtoit un Duché ſouverain. Mais, le Dauphiné eſtant Seigneurie ſouveraine, eſt, ſans doubte, un plus haut titre, que celuy de toutes les ſubalternes. Et ce qui ſe faiſoit jadis autrement, eſtoit, qu'on n'avoit pas encor bien diſtingué en France les Duchez & Comtez ſouverains, d'avec les ſubalternes, tous les Ducs & Comtes pretendans la ſouveraineté. Mais depuis que nos Roys ont pris garde à retrancher leurs entrepriſes, c'eſt à bon droit que le Roy Henry II. eſtant Dauphin, s'intituloit Dauphin de Viennois, Duc de Bretagne, pour monſtrer que le Duché de Bretagne n'eſtoit pas ſouverain.* Miror, Tilleto incongruum videri, quod titulum Delphini præponant titulo Ducis, cum plus ſit, ut ipſe putat, eſſe Ducem quàm Delphinum: quod pro vero admitti poſſet, ſi Ducatus, cujus titulo uteretur primogenitus Regis, eſſet independens & ſummus. Verùm cum Delphinatus ſit dominatus independens, ſine dubio ejus titulus præferri debet omnibus Dynaſtiis ab aliis dependentibus. Obſervantia antiqua, qua aliud actum, inde fluxit, quod nondum in Francia Ducatus & Comitatus abſoluti à ſubalternis exactè fuerint diſtincti, cum omnes Duces, ac Comites, tunc prætenderent, ſe à nullo dependere. Poſtquam autem Reges noſtri curam adhibuerunt, ut huic eorum conatui poneretur obex, rectè Henricus II. adhuc Delphinus, uſus fuit titulo Delphini Viennenſis, & Ducis Britanniæ, indicans Ducatum Britanniæ ab alio dependere.

Obſervatio XV.

Ad verb. Delfino.

Delphinus, Daulphin, Dalphin.

MElior eſt ſcriptura, quæ latinè exprimit Delphinum, quam quæ Delfinum. In lingua Gallica olim uſitatum fuiſſe Dalphin, pro Daulphin, annotat Bouchel *en la bibliotheque, ou threſor du droit François. tom. I. pag. 810.*

Obſer-

Digitized by Google

jur. publ. in [illegible]*ddit. ad lib. 1. cap. 9. num. 9. pag. 82.* Es ſo[illegible] Franckreich/ als ein Fürſt des Reichs/ auff dem R[illegible] beruffen/ ſeinen Sitz und Ort neben andern [illegible] und Keyſer Carolo dem Vierten/ in Geo[illegible] [illegible]nnou, & de Viennois, quo- Reichs/ und Päbſtlichen Legaten, der [illegible] fuerit, *à cauſe, comme aucuns* Regalia der Hertzogthumb Wien/ [illegible] *a ſes armes, ou, comme d'autres eſti-* Majeſtät/ als ordentlichen Leher[illegible] *Delphes, que leurs predeceſſeurs avoyt* Carolum illum, Joannis R[illegible] *l'hiſtoire univerſelle. chap. 29. pag. 948.* vel nepotem, unde probab[illegible] [illegible]s ſuis uterentur, vel, ut alii putant, in memo- rem acceſſiſſe; certe [illegible] Delphos à Brenno factæ, cum quo eò tunc ive- omninò videri d[illegible]

Obſervatio XVII.

Ad verb. primogenito.

1. *Duplex Delphinus in Gallia.* 2. *Adducitur locus Scipionis du Pleix.*

TItulus Delphini in Gallia ita diſtinguitur, ut alius dicatur Delphinus Viennæ, (*Daulphin de Vienne*) & alius Delphinus Arverniæ. (*Dauphin d'Auvergne.*) Ille competit primogenito Regis, hic alii; &, ut obſervavi, nonnullis de familia Borbonica, apud Fauyn *au theatre d'honneur, tom. I. liv. 3. pag.* 802. ac Scevole, & Louis de Sainte Marthe *en l'hiſtoire genealogique de la Maiſon de France liv. 11. pag. 971.* Originem utriusque ita deſcribit Scipion du Pleix

2. *en l'hiſtoire generale de France. tom. II. pag. 483. Le premier Seigneur, ou Comte de Vienne, qui prit le titre de Daulphin, fuit Guigues II. fils d'autres Guigues, dit le Vieil, & le gras, Comte de Givaudam: Car ayant eſpouſé en premiers nopces, la fille de Comte d'Albon, & de Viennois, qui avoit le nom, ou ſurnom Daulphin, il prit ce meſme ſurnom, ſoit, pour l'amour de ſa femme, ou pour honorer ſon beaupere. Et l'autre gendre du meſme Comte de Viennois, qui avoit eu en dot les terres, qu'il poſſedoit en Auvergne, à l'imitation de Guigues, ou par pareille complaiſance, prit auſſi le titre de Dauphin d'Auvergne.* Inter Viennæ Dominos, vel Comites, *Guigo II.* filius Guigonis Senioris, dicti Craſſi, Comitis Givodami *primus aſſumpſit* titulum Delphini. Poſtquam enim primo matrimonio ſibi aſſociaſſet filiam Comitis Albanii, & Viennæ, qui utebatur nomine, vel cognomine, Delphini, idem ſibi attribuit, ductus, vel amore in conjugem, vel ut ita honore afficeret Socerum. Alter ejusdem Viennæ Comitis gener, qui in dotem acceperat bona, quæ ejus ſocer poſſederat in Avernia, ad exemplum Guigonis, vel iisdem ex cauſis, aſſumſit titulum Delphini Averniæ.

Obſervatio XVIII.

Delphinatus quomodo pervenerit ad Regem Galliæ?

QUomodo & quando Delphinatus ad Regem Franciæ pervenerit, & primogenito ejus fuerit aſſignatus, magna inter hiſtoricos eſt diverſitas,

lib. 2.

Digitized by Google

notavi in Notitia Regni Franciæ *lib. 1. cap. 4. lit. nn. pag.* 101. *& ſeq. ac* *p. 21. lit. p. pag.* 910. Communior tamen eſt, id factum ab Humberto Delphinatus Principe: quid autem de illa translatione judicari ...cet Conring. *d. tr. de finibus Imperii German. lib. 2. cap. 24. p. 593.*

§. 1.

Obſervatio I.

...hujus capitis.

...eeſt rubrica, quæ explicet contenta ejus, contra morem ...is Capitibus obſervatum, neglectum tamen etiam *in c. 28.* ...agitur hîc de pœna eorum, qui vitæ Electorum inſidian... ...è totus deſumptus eſt ex *leg. 5. 7. & 8. C. ad L. Jul. Majeſt.* ...tis, vel immutatis verbis.

Obſervatio II.

Finis hujus conſtitutionis.

VOluit Imperator hâc conſtitutione ſecuritati, & vitæ Electorum conſulere, contra omnes Imperii ſubjectos, cujuscunque conditionis. Dico ...nperii ſubjectos, crimen enim læſæ majeſtatis à non ſubdito haud committur. Gail. *de pace publica lib. 2. cap. 13. num. 19.*

Obſervatio III.

De quo delicto hic agatur. *Ad verb. de nece.*

COnſtitutio noſtra ſaltem agit de pœna eorum, qui de nece Electoris factionem ineunt, non verò de aliis criminibus, quæ in Electorem committuntur; unde pœna hîc expreſſa, ad illos tantum, non verò etiam ad ...æc pertinet.

Obſervatio IV.

Ad verb. pars Corporis.

1. *Explicatio verborum, pars corporis, in* l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.
2. *Electores dicuntur,* der Keyſerlichen Majeſtät innerſte Räthe.
3. *Electores dicuntur propinquiora Imperii membra.*

IMperatores *in d. l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* agnoſcunt, Senatores, non minus quàm cæteros conſiliarios, eſſe partem corporis conſiſtorii, vel 1.
Conſilii Imperialis; ita ego textum intelligendum puto, ut evitemus abſurdum intellectum. Faciunt huc *l. 1. C. Theodoſ. de exhib. reis. & l. 8. C. de* ...*ignitatibus. lib. 12.* ubi Imperator ait, jus Senatorum, & auctoritatem ejus ...rdinis, (in quo Nos quoque ipſos numeramus) neceſſe eſt ab omni injuria ...efendere. *l. 32. C. Theodoſ. de curſib. publ.* quanto magis his (ſenatoribus) facultas

Digitized by Google

cultas eſt deferenda, quos Collegii merito videre frequentius volumus. Ac Theodoſius Junior. *l.180. de Decur.* curiam ampliſſimam, cujus conſortio gratulamur. vid. Martinus Schoockius *in diſſertat. ſingulari de Majeſtate. theſ. 23.* Eſt autem in jure haud infrequens, Collegium dici corpus. *l.3.§.1. verb. collegium, vel quodcunq; tale corpus ff. de colleg. & corpor. l. 1. §. 1. ff. quo*

2\. *cujusq; univerſ. nom.* Electores autem quod attinet, non ſolum hoc ſenſu, quo dicuntur, Conſiliarii Imperatoris intimi, der Keyſerlichen Majeſtät innerſte Räthe. *in duplic. ad replicam Imper. anno 1630. Ratiſpona exhibitam, quam mantiſſæ loco adjeci in annot. ad Capitul. Ferdin. II. pag. 636.* membra corporis hoc eſt, conſiſtorii, vel conſilii Imperatoris dici poſſunt, ſed etiam reſpectu eo, quo Imperator Imperium pro corpore agnoſcit, cujus Electores ſunt præcipua & principaliora membra. Hoc ſenſu Corippus Poëta *lib. 2.* Juſtinum Imper. ad Imperii proceres ſic loquentem introduxit:

> *Vos, ô mihi proxima membra,*
> *Conſcripti patres, noſtri ſpes maxima Regni,*
> *Vos eſtis pectus, vos brachia verticis hujus.*

3\. Rectius autem, hoc intellectu, Electores dici poterunt partes, vel membra Imperii, quàm Imperatoris, qui ipſe quoque ejusdem membrum, nempe caput eſt. In noſtra A. B. ſupra *cap. 2. §. 5.* dicuntur propinquiora Sacri Imperii membra, & ſe ipſos ita appellant, Sacri Imperii proximè ſuperiora membra, in ſententia exauctorationis Wenceslai, apud Goldaſtum *in conſtitut. & reſcript. Imper. pag. 140. §. 7.* vel, ut verba Germanica ejusdem exauctor. apud Goldaſt. *part.* 1 der Reichsſatzungen. *pag. 159. §. 7.* ſonant, oberſte und allernächſte Glieder des Heiligen Reichs; beſondere Glieder des Reichs/ (in der Handlung der Chur und Wahl *Caroli V.* apud Goldaſt. in Reichsſatzungen/ *pag. 97.*) forderſte Glieder des Reichs/ *in Capitulat. Caroli V. art. 4. Ferdin. I. art. 3. Rudolphi II. art. 3. & in ſubſeq. Capitulat.*

Obſervatio V.

An crimen læſæ majeſtatis incurrat, qui Principem Imperij alium, quam Electorem, neci dare attentat?

Licet in conſtitutione noſtra tantummodo Electorum fiat mentio, tamen, ob rationem, & in hac, ac *in l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* expreſſam, ac maximè propter textum. *l. 1. §. 1. ff. ad. L. Jul. majeſt.* ibi *magiſtratus populi Romani,* ille, qui necem Principis vel cujuscunque Status Imperii promovere ſtudet, idem incurrit crimen. Sunt enim Status partes, vel membra, Conſilii Imperatoris, licet ordine & gradu haud pares Electoribus: Suntque magiſtratus populi Romani. Ejusdem, præterea, criminis rei erunt, qui Conſiliarios Imperatoris & Imperii, die Reichs-Hoffräthe/ neci dare pertentant.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio VI.

1. *An cogitationis pœnam nemo pati debeat, etiam in crimine lædendæ majeſtatis?*
2. *Conciliatio legum.*
3. *Mos Angliæ.*
4. *Mos Sueciæ.*
5. *Notabile exemplum relatum à Bodino.*

Ad verb. voluntaté ſceleris.

VOluntas in crimine læſæ majeſtatis eandem meretur pœnam, quam effectus: Hoc eſt, ut ad caſum, de quo loquitur Bulla noſtra, reſpiciamus, qui iniit factionem de necando Electore, licet poſtea Electorem non necaverit, atque ita propoſitum non perduxerit in effectum, nihilominus afficitur eadem pœna, qua afficeretur, ſi effectus fuiſſet ſecutus. 1. Non obſtat, quod cogitationis pœnam nemo mereatur. *l.* 18. *ff. de pœn.* non enim ſolum cogitavit de nece inferendà, verum etiam cum aliis de nece Electori ferenda injvit ſceleſtam factionem, ut textus loquitur; atque ita, non ſola animi præpoſitione contentus, etiam ad actum exteriorem pervenit. *l.* 225. *ff. de V. S.* ordinatum ad delictum. Cephal. *conſ.* 549. Decian, *lib.* 3. *conſil.* 67. 2. Sic enim, ne antinomiam admittamus, explicari debet. *d. l.* 6. *in pr. verb. ex eo tempore, quo hanc cogitationem ſubiit, &c.* & *l.* 8. *in pr. verb. conſilium cœpit.* §. 1. *C. ad L. Jul. Majeſt.* Ac licet in aliis hodiè, de conſuetudine, conatus ſolus non puniatur, attamen in atrociſſimis, quale etiam eſt crimen læſæ majeſtatis, rigor antiquus obſervari non deſiit. videatur Joh. Herman. Stamm. *de ſervit. perſon. lib.* 1. *titul.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *p. m.* 60. Imò verò, in 3. Anglia, ſola cogitatio de offendendo Conſiliario Status, mortis meretur pœnam, ut in Suecia calumniæ, in illum effuſæ. Si verax eſt author *de l'hiſtoire du miniſtere, du Cardinal de Richelieu, part.* 2. *pag.* 187. quando ſcribit: 4. *En Angleterre ſi quelqu'un eſt convaincu d'avoir eu ſeulement la penſee d'offenſer un Conſeiller d'Eſtat, bien qu'il ne l'ait pas mis en execution, la loy du pays veut, qu'il perde la vie, comme criminel de leze Majeſté au premier chef. Les loix de Suede obligent de les traitter avec tant de reſpects, qu'elles ordonnent d'expier par la mort les calomnies, qui leur ſont impoſees.* In Gallia, cum Nobilis homo Regem Franciſcum I. occidere ſe voluiſſe, Franciſcano ſodali religioſè confiteretur, & ab eo ſceleratæ iſtius cogitationis veniam efflagitaſſet; Rex, à fraterculo ſceleris admonitus, confitentem reum comprehendi, ac judicibus Curiæ Pariſiorum ſiſti juſſit, à quibus capitis damnatus eſt: nec verò judices id metu feciſſe, cum optimi ac clementiſſimi Regis edicta impunè, & quidem ſæpiſſimè recuſaſſet. Bodinus *de Republ. lib.* 2. *cap.* 5. *pag. m.* 339. *& lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 734. Ubi eundem caſum iterum repetit, additque, prudentius, opinor, Rex ignoviſſet, quia cogitationis illius ac voluntatis, quam 5. propter ſcelerum atrocitatem leges coërcent, hominem pœnituiſſet, ac ſui ipſius proditor, & accuſator prius extitiſſet, quam accuſaretur.

Digitized by Google

Ad verb. jura voluerunt.

Obſervatio VII.

Quæ jura voluntatem ſceleris puniant?

COnſtitutio noſtra provocat ad jura, quæ voluntatem ſceleris, æquè ac effectum puniri in crimine læſæ majeſtatis, voluerunt: idem factum *in dict. l. 5. C. ad L. Jul. majeſt.* at quæ illa jura ſint, & à quo conſtituta, in ſpecie non exprimitur. Non autem propterea de illo jure dubitandum, ſive id expreſsè ita ſcriptum, ſive uſu obſervatum fuerit. Ex *dict. l. 8. in pr. d. tit.* C. *ad L. Jul. majeſt.* diſcimus, poſt Divi Marci conſtitutionem rigoroſo jure in criminis læſæ majeſtatis reos uti cœptum, & tempus, quo quis ſceleratiſſimum conſilium de iſto crimine cepit, conſideratum; quod etiam fieri debere. *d. l. eod. t.* C. inculcat, ut in antecedente obſervatione diximus. Cæterum, effectus non uno impeditur modo, aliquando enim ita, ut conatus in vituperio maneat, effectus, licet caſu, vel vi divina impeditus fuerit, & ſic nec gladius, nec animus defecerit, ſed fortuna; aliquando verò, ut pœnitentia, & revelatione opportuna abſolutionem à propoſito crimine mereatur, ut infra *ad §. 7. hujus capitis noſtri* annotandum erit.

Ad verb. majeſtatis reus.

Obſervatio VIII.

1. *Electores non ſunt præditi majeſtate.*
2. *Quando lædatur Imperatoris majeſtas?*

1. TOmo *IV. jur. publ. in addit. ad lib. 3. cap. 2. num. 3. pag.* 288. docui, Electoribus majeſtatem adſcribi non poſſe, ſive ut collegio omnibus, ſive ut ſingulis, ſive nonnullis, ut Imperii Vicariis; quo ſtante, conſequens eſt, in illos crimen læſæ majeſtatis committi haud poſſe; verum tamen adhuc perſiſtit, in illis, vel per ipſorum latus, Majeſtatem Imperatoris lædi poſſe, & proinde illum, qui ſceleſtam factionem de nece illorum, vel alicujus ex il-
2. lis inierit, læſæ majeſtatis crimini ſe alligare. Nempè majeſtas Imperatoris læditur, vel immediatè, in perſona ipſius, vel mediatè, in perſona alterius, ut e. g. in conſiliariis. *d. l. 5.* & officialibus ejuſdem? Si id fiat in odium Imperatoris: Bachov. *in not. ad vol. poſter. Treutl. diſp. 32. ad theſ. 1. lit.* C. Petr. Theodor. *in colleg. crimin. diſput. 5. theſ. 5. lit.* C. vel ob illa, quæ commiſſi officii cauſa peragunt: Henricus VII. (non Fridericus II. ut per errorem tradidi *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 14. num. 30.*) in conſtitutione, quæ adjecta eſt ſanctionibus feudalibus. *ſub tit. qui ſint rebelles.* vide, ſi placet, *annot. mea ad Capitul. Ferdin. III. art. 28. verb. Crimine læſæ Majeſtatis. pag. 709. & ſeq.*

Ad verb. Gladio feriatur.

Obſervatio IX.

1. *Qui ſubjaceant pœnæ criminis læſæ Majeſtatis?*
2. *Pœnarum varietas in hoc crimine.*
3. *Tenor ſententiæ, in Ravaillacum latæ in Gallia.*

Pœna

Digitized by Google

Pœna, ob prædictum crimen, non ſolum dictata eſt authori criminis, verum etiam ejusdem liberis, utriusque ſexus, quamvis diverſimodè; nec 1.
non ſatellitibus, conſciis & miniſtris authoris, eorumque liberis. Hic primo loco exprimitur pœna corporalis, nimirum, authorem feriendum eſſe gladio (Juſtinianus *in Inſtitut. lib. 4. tit. de publ. judic.* §. 4. generaliter nominat animæ amiſſionem; hoc eſt, pœnam mortis) quæ pœna hodiè non ſolum in Imperio, *arg. conſtitut. Crim. Caroli V. artic.* 124. Bocer. *de crim. læſæ Majeſt. cap.* 3. *num.* 14. ſed etiam extra illud, præſertim quando vis ipſi Principi, qui 2.
Majeſtate coruſcat, illata, augetur. Sententia in Franciſcum Ravaillacum, 3.
qui Henricum IV. Galliæ Regem anno 1610. occidit, lata in Parlamento Lutetiano, hæc eſt: Ravaillacum Criminis læſæ Majeſtatis divinæ & humanæ primo capite, plus æquo manifeſtum eſſe ex neſario, immani & deteſtabili parricidio in Henricum felicis memoriæ perpetrato: Cui reparando mulctam honoris patietur in veſtibulo Epiſcopalis Eccleſiæ, ubi, poſtquam per ora vulgi plauſtro traductus fuerit, habitu nudus, & tædifer, palam declarabit, proditoriè, & nefariè commiſſum à ſe parricidium deteſtabile, horrendum, immane, cujus pœnitet, Deumque precatur, Regem & judices, ut parcant. Inde in Grevam ductus, theatro ſuperinducetur, candentique forcipe dilacerabitur, infuſis in plagas oleo, pice, ſulphure, reſina & plumbo. Diſtractum exin per quatuor equos, in partes totidem corpus, committetur flammis, aëri cinis rapiendus vento. Bona addicentur fiſco, æquabitur ſolo domus, in qua ipſe natus, nunquam poſthac ſuper inducendo areæ ædificio. Cautum inſuper, ut parentes ſcelesti hominis ditione abſtineant Gallica, ſub pœna capitis, non ſecus agnati, Ravaillacæo nomine infami in omne ævum futuro. Ita hanc ſententiam latinè exhibet Gramondus *in hiſtor. Gall. ab exceſſu Henrici IV. lib. 1. p. m. 8.* Gallicè autem legitur apud Pierre Bougler, *en l'explication des articles & chefs du crime de leze Majeſte. pag. 45. Veu par la cour, les grand chambre, Tournelle, & de l'Edict, aſſemblees, le Procés criminel fait par les Preſidens & Conſeillers à ce Commis, à la requeſte du Procureur General du Roy, à l'encontre de Francois Ravaillac, practicien, de la ville d'Angouleſme, priſonnier en la conciergerie du Palais, information, interrogatoire, confeſſion, denegation, confrontation de teſmoins, concluſions du Procureur general du Roy; Ouy & interrogé par la dite Cour, ſur les Cas à luy impoſez: Procés Verbal des interrogatoires à luy faicts à la queſtion, à laquelle de l'ordonnance de la dite Cour avoit eſté appliqué le 25. de ce mois, pour la revelation de ſes complices: tout conſideré, dict a eſté, que la dite Cour a declaré, & declare le dit Ravaillac devëment atteint, & convaincu du Crime de leze Majeſté, divine & humaine, au premier chef, pour le tres-meſchants, tres-abominable, & tres-deteſtable parricide, commis en la perſonne du feu Roy Henry IV. de tres-bonne & louable memoire: Pour reparation duquel l'a condamné, & condamne*

Digitized by Google

damne à faire amande honorable, devant la principale porte de l'Egliſe de Paris, ou il ſera mené & conduit dans un tombereau : là, nud en chemiſe, tenant une torche ardante du poids de deux livres, dire & declarer, que malheureſement, & proditoirement il a commis ledit tres-meſchant, & tres-abominable, & tres-deteſtable parricide, & tué le dit Seigneur Roy de deux coups de couſteau dans le corps, dont il ſe repent, demande pardon à Dieu, au Roy, & a Juſtice. De la conduit a la place de Greve, & ſur un eſchaffaut, qui y ſera dreſſé, tenaillé aux mammelles, bras, cuiſſes, & gras des jambes, ſa main dextre, y tenant le couſteau, duquel il a commis le dit parricide, ards & bruslez de feu de ſoulphre, & ſur les endroicts ou il ſera tenaillé, jetté du plomb fondu, de l'huile bovillante, de la poix raiſine bruslante, & de la cire & ſoulphre fondus enſemble. Ce faict, ſon corps tiré, & deſmembré à quatre chevaux, ſes membres & corps conſommez au feu, reduicts en cendre, jettez au vent. A declaré, & declare tous & chacuns ſes biens, acquis & confiſquez au Roy. Ordonne que la maiſon, ou il a eſté nay, ſera desmolie, celuy, à qui elle appartient, prealablement indemniſé, ſans que ſur le fonds puiſſe à l'advenir eſtre faict autre baſtiment, & que dans quinzaine apres la publication du preſent Arreſt, a ſon detrompe & cry public en la ville d'Angouleſme, ſon pere, & ſa mere vüideront le Royaume, avec deſenſes d'y revenir jamais, à peine d'eſtre pendus & eſtranglez, ſans autre forme ne figure de proces. A fait, & fait defenſes à ſes freres, & ſoeurs, oncles & autres, porter cy apres le dit nom de Ravaillac, leur enjoinct le changer en autre ſur les meſmes peines, & au ſubſtitut du Procureur General du Roy, faire publier, & executer le preſent Arreſt, à peine de s'enprendre à luy. Et avant l'execution d'iceluy Ravaillac, ordonné qu'il ſera derechef appliqué à la queſtion, pour revelation de ſes complices.

Obſervatio X.

1. *Confiſcatio bonorum*
2. *Exemplum Friderici Electoris Palatini à Ferdinando II. Imper. proſcripti.*
3. 4. *Electoris, Saxoniæ, & Brandenburgenſis, judicium de hac proſcriptione.*
5. *Doctorum diverſa opiniones de feudis, quæ reus criminis læſæ majeſtatis poſſedit.*
6. *Expenditur artic. 28. Capitulationis Ferdinandi III. Imperatoris.*

1. SEcundò, bona omnia rei hujus criminis addicuntur fiſco Imperatoris, *hic & d. l. 5. ac auth. bonis damnatorum. C. de bona proſcript. Conſtitut. Crimin. Caroli V. artic.* 218. nec refert, utrum bona ante delictum acquiſiverit reus, vel ad eum poſtea pervenerint. Bona tamen feudalia à nonnullis excipiuntur. Verum, cum hæc non ſint uniusmodi, diſtinctione opus eſt. Alia enim ſunt feuda immediata Imperii, & conferuntur ab Imperatore; alia verò
2. conferuntur à Statibus. Cum noſtro Seculo Ferdinandus II. Imper. Fridericum Electorem Palatinum proſcripſiſſet, ac aſſereret, Es were Seiner Mayeſt. die Chur-Pfaltz dergeſtalt ledig anheim gefallen/ daß Ihro nach Belieben mit derſelben (non attentis filiis, aut agnatis proximioribus) zu diſponiren

Digitized by Google

[illegible]ren freyſtünde/ und ſolches were den Rechten/ Reichs-Conſtitutionen, und [illegible]er Cammergerichts-Ordnung nicht ungemes/ doch ſolte die translation be[illegible]chehen ſalvo jure agnatorum, und ſolte männiglich an ſeinen Rechten unpræjudicirlich ſeyn. Electores, Saxo, & Brandenburgicus, Imperatori contradixerunt, rem eſſe inſolitam, könten die Clauſulen ſalvo jure &c. nicht approbiren/ were Solche auch nicht nütze zu Ruhe und Frieden/ dieweil der agnatorum jura gantz ungewiß gemacht/ und auff diſputationes des Rechten Außgang geſtellet würden. Dann gleichwohl unzweifentlich/ daß die jura quæſita, ſonderlich per alienum factum, niemand können entzogen/ viel weniger aber der Unſchuldige gleich dem Schuldigen beſtrafft werden. 3.

Et iterum Saxoniæ Elector in literis ad Moguntinum (*leguntur tom. II. actor. publicor. Lundorpij. lib. 6. pag.* 1177.) Wir wiſſen nicht/ ob die/ in der Röm. Keyſerl. Mareſt. an Chur- und Fürſten ergangenen reſolution, befindliche Clauſul wegen der Kinder und Agnaten/ nicht mehr Weiterung und Verbitterung/ dann Frieden anrichten werde/ in dem præciſè das per delictum alienum, auch dem [t]ertio und innocenti, ſein jus per proprium factum quæſitum könne entzogen/ und alſo der geſambter Hand könne privirt werden/ dahero gleichſam erkant/ daß Kinder und Agnaten zur Güte/ und rechtlichen Erkenntniß gewieſen/ das gewiſſe ungewiß gemacht/ und auff Diſputationes geſtellt werden/ welches nicht allein die Pfaltziſche Familien, ſondern alle Chur- und Fürſten/ ſo geſampte Hand proprio facto erlangt/ und derſelben jederzeit/ mit Leiſtung des Juraments, und Küſſung des Schwerts/ Folge gethan haben/ concernirt und betrifft/ deſto weniger durch eines approbation und Beliebung/ dem gantzen Reich zu præjudiciren. 4.

Eaſdem rationes in theſi urgent etiam alii. vide Roſenthal. *de feud. cap.* 11. *concluſ.* 9. *num.* 20. *& ſeqq.* Alii verò docent, in ejusmodi caſibus, quando ob crimen læſæ majeſtatis, ex primo capite legis Juliæ, bona reo auferuntur, ad ſucceſſionem in feudum, nec liberos, nec agnatos admitti. Gail. *de pace publ. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 16. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 66. *& ſeqq.* Carpzov. *de Leg. Regia German. cap.* 9. *ſect.* 9. *num.* 14. *& ſeqq.* 5.

De feudis aliis, quæ immediata non ſunt, certa & clara eſt diſpoſitio, ut etiam de bonis allodialibus, *in Capitul. Ferdin. III. artic.* 28. quæ meretur hîc referri: Wir gereden und verſprechen auch/ daß Wir die Churfürſten/ und Stände des Reichs/ mit ihren angehörigen Lehen/ ſie ſeyen auch gelegen wo ſie wollen/ wann derſelben Vaſallen, oder Unterthanen/ ſolche ex Crimine læſæ Majeſtatis, oder ſonſten verwirckt/ nach ihrem Willen ſchalten und walten laſſen/ keines wegs aber dieſelbe zum Keyſerlichen Fiſco einziehen/ noch ihnen vorige oder andere Vaſallen auffdringen: Gleicher geſtalt die allodial-Güter/ ſo vorgeſetzter maſſen ex Crimine læſæ Majeſtatis, oder ſonſten verwirckt/ und in deren Chur-Fürſten und Stände/ ſo mit den juribus fiſci beehnt/ oder dieſelben ſonſten beſtändig hergebracht/ Landen gelegen/ nicht entziehen/ 6.

ziehen/ ſondern die Lands-Obrigkeiten/ oder Dominos territorii, mit derer confiſcirung/ ohne einige Hinderung gebahren laſſen wollen. Hunc dictæ Capitulationis articulum explicavi *in annot. ad Capit. Ferdin. III. pag. 709. & ſeqq.*

Obſervatio XI.

1. *An* d.l. quisquis. C. ad L. Jul. Majeſt. *quod reorum filios attinet, hodiè obſervetur*
2. *Bodini judicium de Bonis proſcriptorum.*

1. MYlerus *in addit. ad Rumelini part. 3. diſſert. 4. theſ. 9. in fin.* monet, Doctores communiter pro regula tradere, diſpoſitionem *d. l. quisquis. C. ad L. Jul. Majeſt.* reſpectu filiorum, hodie in praxi, ex conſuetudine generali, non obſervari, ceu nimis duram; allegans Angel. *in l. fallaciter. num. 4. C. de abolit.* & alios, ac quoad legitimam aſſentientem Mercur. Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quaſt. 30. num. 26.* Mihi quidem de conſuetudine generali non conſtat, credo tamen rectæ rationi magis, ac charitati Chriſtianæ omninò convenire, liberos, niſi criminis paterni complices ſint, à pœnâ immunes eſſe debere, quod etiam viſum Weſemb. *in comm. Inſtitut. Jur. ad lib. 4. tit.*
2. *ult. §. publica.* de quo mox plura. Bodinus *de republ. lib. 5. cap. 3. pag. 846.* de bonis proſcriptorum diſſerens, & præmiis delatorum, ſuadet, ut paterna, avitaque prædia damnatorum propinquis fruenda relinquantur, cœtera diſtrahantur, ex pecunia verò inde coacta debitoribus primum, deinde delatorum præmiis ſatisfiat; cœtera fiſcus vindicet, publicis operibus ac ſacris ædibus parte, arbitrio judicum, relicta; ea lege, ut quæ accuſatoribus, aut collegiis adjudicata fuerint, non in prædiis, ſed in pecuniæ ſumma decernantur.

Obſervatio XII.

Ad verb. vitam.

Romanorum mos, rapiendi liberos criminis læſæ Majeſtatis rei ad ſupplicium.

APud Romanos olim, liberi eorum, qui crimen læſæ Majeſtatis commiſerant, unà cum parente ad ſupplicium rapiebantur, ut ex Ciceronis loco, *lib. ſing. ad Brutum epiſt. 12. & 15.* diſcimus; ubi exprimit, quid Lepidi liberis expectandum fuiſſet; Si eorum pater ſuccubuiſſet, ſumma ſcilicet ſupplicia, quæ, inquit, ſi pater puerorum viciſſet, etiam nobis ſubeunda fuiſſent. Suetonius *in Nerone. cap. 36. pag. 198. edit. Gruteri,* damnatis conjuratoribus, Neronem eorum liberos urbe pepuliſſe, & necaviſſe veneno, aut fame, refert; quod tamen magis ex tyrannide, quam more civitatis factum videtur. Tacitus *lib. 5. annal. p. m. 209.* annotavit, poſtquam ſatis ſævitum in amicos Sejani, placitum poſthac fuiſſe, ut in reliquos Sejani liberos adverteretur: igitur portatos in carcerem, filium imminentium intelligentem, puellam adeò neſciam, ut crebro interrogarit, quod ob delictum, & quò traheretur? neque facturam ultra, & poſſe ſe puerili verbere moneri. Tradere

Digitized by Google

ſidere temporis ejus authores, quia Triumvirali ſupplicio affici virginem nauditum habebatur, à carnifice laqueum juxta compreſſam, exin obliſis aucibus, id ætatis corpora in Gemonias abjecta. Conſimili more punienli liberos cum parentibus, etiam uſi fuerunt Perſæ, ac Macedones. Juſtino *ib.* 10. referente. Græcorum proverbio, Deſipit occidens, qui patrem, pignora ſervat.

Obſervatio XIII.

Ad verb. lenitate.

Mos ille poſtea abrogatus.

ILlum ſupplicii rigorem, ſi Arniſæum audimus, (*de jure Majeſt. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. *pag. m.* 407. *& ſeqq.*) apud Romanos invexerat Tyrannis eorum, qui per vim Rempublicam tenebant, ſiquidem cum Caſſii liberos, parente Majeſtatis damnato, quidam interficere conarentur, atrox & periculoſum exemplum patribus viſum eſt. Itaque, cum in Curiam conveniſſent, factum eſt SCtum, quo adoleſcentulis pœna eſt remiſſa, illisque nec exilio mulctatis, nec ignominia affectis, nec alia calamitate accepta, tutiſſimè vivere permiſſum eſt. Et ab eo tempore (ita Dionyſ. Halycarnaſſ. *lib.* 8. *antiq. Rom.*) usque ad hanc noſtram ætatem, hic mos Romæ ſervatus eſt, ut nulla parentum delicta liberi ſuo ſupplicio luant, ſive illi ſint Tyrannorum filii, ſive parricidarum, ſive etiam proditorum, quod apud illos crimen eſt graviſſimum. Et qui hunc morem antiquare aggreſſi ſunt noſtris temporibus, circa finem Marcici, & civilis belli, quique liberis, patrum, Syllæ tempore, proſcriptorum, jus paternos honores capiendi ademerunt, aditumque ad Senatum intercluſerunt, quo tempore ipſi rerum potiebantur, facinus & hominum invidia, & Deorum indignatione dignum, patrare viſi ſunt.

Obſervatio XIV.

Ad verb. deberent perire.

1. 2. 3. 4. *Rationes illius rigoris.*
5. 6. 7. *Examen illarum rationum.*

RAtiones, quibus rigorem iſtum fulcire voluerunt, ferè hæ ſunt. Prima, metus paterni, vel hæreditarii criminis. *d. l.* 5. *C. ad L. Jul. Majeſt.* Hinc 1.
Ammianus, *lib.* 28. narrans, à pluribus interemptam, ob parentum delicta, ſobolem, etiam cauſam hanc annectit, ne ad parentum exempla ſuccreſceret. Cum hac prima conjuncta eſt, metus ultionis, ne liberi ſuperſtites necem parentis ulciſcantur. 2.
Aliam nobis ſuppeditat Cicero *epiſt.* 12. *ad Brutum*, quando ita ſcribit; nec verò me fugit, quam ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes liberorum redderet. Itaque Lepidus (de cujus liberis Cicero loquitur) crudelis in liberos, non is qui Lepidum hoſtem judicat. 3.
Aliam exponit Alexander Magnus, in Oratione 4.

Digitized by Google

contra Hermolaum, conjurationis Principem, apud Curtium *lib.* 8. ut majus ſit morientium ſupplicium. Non oportebat, inquit, vos ſcire, quid de his ſtatuiſſem, quò triſtiores periretis, ſi qua vobis parentum memoria & cura eſt. Verum hæ rationes non videntur huic rigori magnum patroci-
5. nium præſtare. Primam quod attinet, dum liberi parentibus ſimiles futuri putantur, incerta eſt: incertus autem metus & ſuſpicio inferendi ejus non attenditur. *l.* 9. *in pr. ff. quod metus cauſa*; certè ad mortem cujusquam ſufficere non debet; ex Dionyſio Halicarnaſſæo Grotius *de jure belli. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 13. Huc pertinet illud Cæſaris, apud Tacitum *annal. lib.* 3. *p. m.* 150. leges in facta conſtitui, quia futura in incerto ſint. Idem dicendum de metu ultionis, huic enim rationi ſi locus detur, nullus à magiſtratu, quodcunque ob crimen, morte puniri ſecurè poterit, qui liberos habet & poſt ſe
6. relinquit. Liberi committentium crimen læſæ Majeſtatis, aut ſunt, eo tempore, quo pater ad ſupplicium trahitur, ætatis imperfectæ, aut perfectioris. In illis educatio bona, quæ cura Magiſtratus fieri poteſt, metum maximè imminuet; grandioribus, & qui educatione amplius corrigi non poſſunt, ſufficiet aſſiduos obſervatores morum & actionum adjungi. Certè, utroque caſu conſcientiæ magis conſultum erit, cuſtodia illos ita coarctare, ut deficiat occaſio paternum crimen, & vindictam exercendi, quam eos inter-
7. ficere. Tertia ſpeciem aliquam inde præ ſe fert, quod tantus eſſe dicatur parentis affectus, ut magis liberorum quàm ſua crucietur perſona. *l.* 8. *§. ult. quod metus cauſa*; & eos chariores habere præſumatur ipſâ uxore Gail. 2. *obſerv.* 144. *num.* 2. ſed vix eſt, ut ille terror animum in furorem jam ira actum frænare poſſit; quod ſi enim pater ſuæ ſalutis contemptor eſt, de liberorum quoque ſalute non ſatis erit anxius; quoniam, ubi ceſſat charitas ſui ipſius, ceſſabit etiam liberorum. Imò, caſus ipſe, quo parens illud delictum commiſit, docet, rigore legis eum non fuiſſe territum, *ac ſuam liberorumque* ſalutem penſi non habuiſſe. At verò, cum obligatio *ad pœnam* ex facto ipſo delinquentis ortum habeat, ad innocentem extendi non debet. Deinde, aliud eſt terror legis, aliud rigoris legis executio. Poteſt legi in terrorem hominis aliquid addi, quod maximè rigoroſum, de quo hîc non diſputamus; ſaltem urgemus, ubi jam conſtat terrorem non inveniſſe locum, executionem ita fieri debere, ne innocenti vis inferatur in corpore. Denique Morientium ſupplicium ſatis magnum eſt, quod delicto adæquatum, & corpori infertur noxio.

Obſervatio XV.

Ad verb. deberent perire.

1. 3. 5. *Rationes iſtum rigorem oppugnantes.*
2. *Grotij judicium.*
3. *An* l. 22. C. de pœnis, *contraria ſit.* d. l. quiſquis. C. ad L. Jul. Majeſt.

Contra

CONtra iſtum rigorem multa in medium afferri poſſunt, tam ex jure divino, quam humano, etiam ipſis ex Romanorum legibus, nec non prudentiorum ſententiis, 1. Lex Moiſis (*Deuteron. cap.* 24. *verſ.* 16.) vult, ne occidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus, ſed unusquisque in ſuo peccato moriatur. Idem tradit Propheta Ezechiel. *cap.* 18. *verſ.* 20. non portabit filius iniquitatem patris ſui, neque pater portabit iniquitatem filii, anima quæ peccaverit, ipſa morietur; juſtitia juſti ſuper eum erit, & impietas impii ſuper eum erit. Ad contraria loca & exempla, quæ in ſacris habentur literis, reſpondet Grotius *de jure belli. dict. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 14. Deum jus Dominii pleniſſimum habere, ut in res noſtras, ita & in vitam noſtram, ut munus ſuum, quod ſine ulla cauſa, & quovis tempore auferre cuivis, quando vult, poteſt: igitur, ſi morte immatura, ac violenta, rapit liberos Acanis, Saulis, Jeroboami, Achabi, in ipſos jure Dominii, non pœnæ utitur, ſed eodem facto gravius punit parentes, ſed ſimul notandum eſt, hac graviore vindicta non uti Deum, niſi adverſus ſcelera propriè in ſuam contumeliam perpetrata, ut falſos cultus, perjurium, ſacrilegia. Et cum in novo fœdere apertius, quam olim, declarata ſint ſupplicia, quæ impios poſt hanc vitam manent, ideò in illo fœdere nulla extat comminatio, perſonas peccantium egrediens, quo præcipuè, quamquam minus apertè, ut mos eſt vatibus, ſpectat dicta jam Ezechielis oratio. Factum autem illud Dei hominibus imitari non licet, neque par ratio eſt, quia, ut jam diximus, Deus ſine culpæ intuitu jus habet in vitam, homines non niſi ex gravi culpa, & quidem quæ perſonæ propria. Eadem docet, magno verborum apparatu, Joan Eichelius, libro, de jure, quo naturaliter liberi, & parentes ſibi invicem ſunt obſtricti, *parte poſter.* §. 15. ita, ut credo, à Grotio edoctus, quamvis ejus nullam faciat mentionem. 2. Romanorum leges, quæ in Digeſtis leguntur, nolunt liberos ob delicta parentum teneri. *lib.* 7. §. *ult. ff. de Senator, l.* 8. §. 2. *ff. de in jus voc.* Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt: namque unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. *l.* 26. *ff. de pœn.* Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ eſt, ideoque nec ordine Decurionum, aut cæteris honoribus, propter ejusmodi cauſam, prohibetur *l.* 2. §. 7. *ff. de Decur.* quæ conſtitutio generalis eſt, nullum excipiens delictum. Nec aliud volunt Codicis leges, quæ improbant filium pro patre conveniri. *tot. t. ne filius pro patre, &c.* Et Imper. Arcadius, & Honorius, ſancimus, inquiunt, *in l.* 22. *C. d. pœn.* ibi eſſe pœnam, ubi & noxia eſt. Propinquos, notos, familiares, procul à calumnia ſubmovemus, quos reos ſceleris ſocietatis non facit. Nec enim adfinitas, vel amicitia, nefarium crimen admittunt. Peccata igitur ſuos teneant authores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Hanc legem iidem Imper. condiderunt, qui authores fuerunt, *dict.*

Digitized by Google

dict. l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. & utramque Eutichiano præfecto prætorii intimarunt; contrarias autem eſſe, nec inter ſe convenire, Budæus docuit. Duarenus autem *lib.2. diſp. cap.24.* Robert. *lib.2. ſentent. jurat. cap.3. verſ. ult.* quos allegat & ſequitur Arniſæus *de jur. Majeſt. diſt. lib.3. cap.6. num.8.* nullam diſſonantiam agnoſcunt, cum *d. l. 5.* diſponat de liberis, in conſortium pœnæ trahendis; *d. l. 22.* autem diſponat de propinquis, notis, familiaribus, pœnæ non ſubjiciendis. Annon filii etiam ſub nomine propinquorum, id eſt, ſanguine conjunctorum cum his veniant, aliis judicandum relinquo; non ſum tamen neſcius, filium patri agnatum proximum dici, *in l. 12. ff. de ſuis & legit.* (cujus affirmativam contra Alciatum, & Hotomannum defendit Hilliger *in Donello enucl. lib.7. c.2. lit. f.*) *l. 10. §. 3. ff. de gradibus. l. 4. §. 1. ff. quis ordo in poſſeſſ. ſervetur.* & perpendo *d. l. 22.* rationem generalem eſſe, ac omnibus innoxiis criminis convenire, itaque & filio. Nota eſt Marci Antonii Epiſtolæ ad Senatum clauſula, quare filiis Avidii Caſſii, (is in eum con-

5\. juraverat) & genero, & uxori veniam dabitis; & quid dico veniam, cum illi nihil fecerint? Grotius *d. l. num. 13.* 3. Philo *lib. 2. de ſpecial. ll.* ait, nunc ipſi legislatores, penes quos ſunt juris regulæ, peritique ſtatuunt, opinionem ſuam magis, quam veritatem ſecuti, proditorem plecti una cum liberis, tyrannum verò unà cum quinque familiis cognatione proximis; libenter diſcerem, cur ita? ſi unà peccarunt, ſimul etiam puniantur; quod ſi nec ſocii fuerunt eorum, nec imitatores, nec felicitatis voluptatiſque domeſticorum participes, cur interimentur? ideone tantum, quia cognati ſunt? genus enim, non ſcelus, punitis. Et paulò poſt, reſpondens ad cauſam, quæ prætenditur, ne ſcilicet liberi necem parentis ulciſcantur, ſcribit; imò ne alios quidem ferretis hæc ſtatuere, ut, ob cavenda ſcelera, innocentes quoque involvantur alienis periculis; nam hic metus ita cautus eſſe debet, ut tamen non contemnatur cujusquam incolumitas. Quæ *reſponſio* jungi debet illis, quas in antecedenti obſervatione produximus. *Hieronymus epiſt. 3.* de morte Nepotiani ait; neque virtutes, neque vitia parentum liberis imputantur. Auguſtinus *epiſt. 105.* Deus ipſe foret injuſtus, ſi quemquam damnaret innoxium. Huc pertinet etiam Ciceronis interrogatio, *lib. 4. de nat. Deor.* ferretne ulla civitas latorem ejusmodi legis, ut condemnetur filius, aut nepos, ſi pater, aut avus deliquiſſent? Seneca *lib. 2. de ira. cap. 4.* cenſet, nihil eſſe iniquius, quam aliquem hæredem fieri odii paterni. Bion, apud Plutarchum, libro *de tarda Dei vindicta*, verbis quidem non admodum ad reverentiam numinis compoſitis, ad propoſitum tamen noſtrum facientibus, Deum, qui in malorum liberos vindicet, magis deridiculum eſſe, ait, medico, qui ob avi valetudinem, vel patris, nepoti, vel filio remedium adhibeat. Plura congerere teſtimonia haud opus duco, ne videar potius ſacco, quam manu ſerere.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio XVI.

Ad verb: hæreditate.

Commendatio l. 3. ff. de interd. & relegatis.

L. 3. *ff. de interdictis, & relegatis,* humanior eſt. *dict. l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* diſtinguit enim inter jura, quæ à patre pervenire poſſent ad liberos & alia aliunde obvenientia: Præſtat ipſa legis verba proferre: eum qui civitatem amitteret, nihil aliud juris adimere liberis, niſi quod ab ipſo perventurum eſſet ab eo, ſi inteſtatus in civitate moreretur, hoc eſt, hæreditatem ejus & libertos, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt. Quæ vero non à patre, ſed à genere, à civitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros: non enim hæc patrem, ſed majores eis dediſſe.

Obſervatio XVII.

Ad verb: à materno.

Quid hodiè moris de bonis maternis?

Hodiè filios bona materna retinere, tradit Beſold. *in theſauro pract. verb. confiſcation.* quod etiam placet Farinac. *part. oper. Crimin. de crimin. læſæ Majeſt. quæſt.* 116. *num.* 130. Peregr. *de jure fiſci. lib.* 5. *tit.* 9. *num.* 16.

Obſervatio XVIII.

Ad verb. avita.

Quid de bonis avitis?

Filios ſuccedere avo, & aliis agnatis, tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento docet, & propugnat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 36. *& ſeqq.*

Obſervatio XIX.

Ad verb. nil capiunt.

Quid de bonis fideicommiſſo affectis?

Quid dicendum de bonis fideicommiſſo affectis? illa ad filios pervenire docet Beſold. *d. theſ. pract. verb. confiſcation.*

Obſervatio XX.

Quid de bonis filij Caſtrenſibus?

Quid de bonis filii Caſtrenſibus, vel quaſi? eorum *in d. l.* 5. nulla fit mentio, cum tamen, ſi induſtrius fuerit, illorum acquiſitione paupertatem, qua perpetuo laborare eum lex voluit, evitare poſſit. Verum illa bona liberis ſalva eſſe debere, putat Myler. *in addit. ad Rumelin. part.* 3. *diſſert.* 4. *ad A. B. theſ.* 17. alios in eandem ſententiam allegans.

Obſervatio XXI.

Ad verb. egentes & pauperes.

Cur legiſlator voluerit, liberos rei criminis læſæ Majeſtatis perpetuò eſſe pauperes?

 Legiſ-

LEgiſlator liberos reorum criminis læſæ Majeſtatis voluit perpetuò eſſe pauperes, & egentes, partim in pœnam, partim ſecuritatis cauſa. Pauper enim haud facilè inveniet ſocios ad excitandam conjurationem, nec ipſe magna moliri poterit, ad quæ requiruntur ſumptus. Id ſolum ſupereſt, ut vitam ſuam contemnens alienæ ſit Dominus.

Obſervatio XXII.

Ad verb. infamia.

De infamia liberorum rei criminis læſa Majeſtatis.

CRimen, vel pœna paterna, nullam maculam filio infligere poteſt. *d. l. 26. ff. de pœn.* filius non debet maculari patris nota, *l. 2. §. 1. ff. de decurion.* Quæ enuntiata, licet generalia ſint, in caſu tamen perpetrati Criminis læſæ Majeſtatis non attenduntur *in d. l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* Sed Budæus *in annot. ad l. 2. C. de pœn.* putat, infamiæ pœnam abrogatam eſſe: Quicquid ſit, lex filium hoc caſu propria infamiâ laborare non dicit, ſed paterna, atque ita aliena.

Obſervatio XXIII.

Ad verb. nullum unquam honorem.

Grotij judicium.

DE jure Digeſtorum nullum patris delictum innocenti filio loco pœnæ eſt, ideoque nec ordine decurionum aut cœteris honoribus propter ejusmodi cauſam prohibetur: *dict. l. 2. §. 7. ff. de decurion.* ſed *in dict. l. 5.* aliud conſtitutum: quod approbat Grotius *dict. lib. 2. cap. 21. num. 16.* ubi notandum ſcribit, ſi quid habeant, aut expectare poſſint perduellium liberi, in quod jus proprium ſit, non ipſis, ſed populo, aut Regi, id auferri ipſis poſſe, jure quodam Dominii, cujus tamen uſus ſimul in pœnam redundet eorum, qui peccaverint. Huc refert ibidem, quod Antiphonis, ut proditoris, poſteri, narrante Plutarcho, honoribus prohibiti ſunt, ut Romæ liberi à Sulla proſcriptorum, & in Arcadii lege *(d. l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.)* illud tolerabile in liberos, ad nullos honores, ad nulla ſacramenta perveniant.

Obſervatio XXIV.

Ad verb. Sacramenta.

LEx noſtra excludit perduellis liberos ab omni Sacramento; quod intelligendum arbitror, illos ad nullum gradum militiæ admitti debere. Juvenalis *Satyra 15.* Sacramenta figuratè pro ipſis militibus poſuit, dum ait, præmia nunc alia, atque emolumenta notemus Sacramentorum, hoc eſt, militum juratorum & Sacramento rogatorum. *adi l. 1. §. 2. C. qui militare poſſunt. lib. 12.*

Obſervatio XXV.

Ad verb. mors ſolatium.

Liberi Criminis læſa Majeſtatis rei, quomodo miſeriam poſſint effugere?

Han-

HAnc miſeriam effugere poterunt, ſi in remotas ſe conferant regiones; quod ſi fecerint, etiam ſecuritati publicæ magis conſultum erit, ne, domi tanta miſeria laborantes, ſolatium mortis, vel paterni criminis reiteratione, vel aliis maleficiis, appetant.

§. 2.

Obſervatio I.

Interceſſio quando denegata?

IN accuſationibus Silani, ne quis neceſſariorum juvaret periclitantem, majeſtatis crimina ſubdebantur, vinculum & neceſſitas ſilendi. Tacitus *lib.3. annal. p. m.*147. Artaxerxes, Eunuchum ejusdem nominis, miſit in exilium, quod liberius pro Megalyzo perduelle interceſſiſſet: ex Cteſia *de rebus Perſic.* Arniſæus *d. lib.* 3. *de jure Majeſt. cap.* 6. *num.* 10.

Obſervatio II.

Ad verb. ſine venia.

An illa denegatio ſit juſta?

HOc ab omni juſtitia & humanitate alienum eſſe judicat Sfort. Oddo *conſil.* 27. *num.* 14. *& ſeqq.*

§. 3.

Obſervatio I.

Ad verb. ad filias.

De filiabus committentium crimen læſæ Majeſtatis.

MArcus Imperator Caſſii filias, auro, argento, gemmisque frui paſſus eſt. *Vulc. Gallic.* Ferdinandus, Rex Neapolitanus, filias Principis Roſſani, ob crimen Majeſtatis puniti, honorificè elocavit. Afflict. *in cap.* 1. *verſ. bona committ. tit. quæ ſint regal. num.* 3. Alphonſus Arragonius, uxori & liberis Anton. Condolæ, Siculi, theſauros mariti, & patris, reddidit. Panormit. *lib.* 3. *de vita Alphonſi.* quæ exempla referuntur ab Arniſæo. *d. l. num.* 8.

Obſervatio II.

Ad verb. Falcidiam.

Quid illis debeatur ex bonis maternis?

FIliabus ex bonis maternis debetur legitima; quæ hic, ut *in l.* 31. *C. de inoff. teſtam. & in Novell.* 92. Falcidia dicitur, ſed minus propriè. Rittershuſ. *ad Novell. part.* 6. *cap.* 1. *num.* 4.

Obſervatio III.

Ad verb. tantum.

Explicatio vocabuli tantum.

Ambiguum

Digitized by Google

AMbiguum eſt, an vocabulum *tantum* ad ſola materna bona referri debeat, ut ſenſus ſit, filias nihil aliud ex bonis maternis obtinere poſſe quam legitimam; vel generaliter intelligi debeat, ita, ut æquè quidem ac filii excludantur à ſucceſſione avita, & omnium proximiorum, ac nihil capiant ex teſtamentis aliorum, tantum verò, quod bona materna attinet, melioris conditionis ſint, quam filii. Qui rigorem ſequuntur, urgent, hîc ſaltem excipi bona materna, de reliquis ſucceſſionibus nihil omninò ſtatui, indeque in illis filias filiis pares remanſiſſe. Claud. Seyſell. *in l. ſi quis id quod. ff. de juriſdict.* Rumelin. *ad A. B. d. part. 3. diſſert. 4. theſ.* 10. Alii autem abeunt in contrarium, quoniam illa pœna, quæ filiis dictata, reſpectu ſucceſſionis in avita & proximorum hæreditate, ac teſtamentario commodo, in paragrapho, qui de filiabus loquitur, non ſit verbis expreſſa & repetita. Farinac. *d. parte oper. Criminal. de crim. læſæ Majeſt. quæſt.* 116. *num.* 96. Salicet. *in d. l. 5. §. ad filias. num.* 15. Menoch. *conſil.* 158. *num.* 29. Bocer. *d. tract. de crim. læſæ Majeſt. cap.* 3. *num.* 58. Dieterich *in not. ad A. B. tit.* 24. *verb. auſuras eſſe conſideramus. pag.* 88.

Ad verb. mediocrē alimoniā.

Obſervatio IV.

An filiæ omninò maneant impunitæ?

QUicquid dixerimus, certum eſt, filias non omninò impunitas relinqui, mitius tamen quàm filios haberi. Cujus diſparitatis ratio annectitur illa, quod, perpenſa infirmitate ſexus fœminini, Imperator confidat illas minus auſuras, in vindicanda patris nece, quàm maſculos. Quod autem nonnulli generaliter tradunt, gravius viros quàm fœminas peccare, cum hæ minus rationis ob imbecillitatem ſexus habeant; ideoque in imponendis pœnis cum his mitius agendum eſſe. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 1. *n.* 37. non niſi cum temperamento admitti debet. *arg. l. ſi adulterium.* 38. *§.* 2. *ff. ad L. Jul. de adult.*

§. 4.

Obſervatio I.

Ad verb. emancipationes.

Quid dicendum de filio emancipato?

QUoniam in filio emancipato quoque ſupereſt amor & affectus in patrem, ſicque dehinc in eo paterni criminis exemplum metuendum, atque ille necis paternæ vindex futurus præſumatur, ideoque eum quoque iiſdem pœnis, quæ non emancipatis dictatæ, legislator ſubjecit. Emancipatione quidem ea tolluntur, quæ poteſtatis paternæ meræ civilis ſunt, ſed non ea, quæ natura ipſa illis implantavit, aut paternæ poteſtatis ex jure gentium propria ſunt. *arg. §. emancipatos.* 4. *Inſtit. de exhæredat. liber. §. emancipati.* 13. *§. minus ergò juris.* 12. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato.*

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio II.

Ad verb. poſt legem duntaxat datam.

Examinantur rationes à Rumelino adducta.

Liberorum emancipationes, quæ ante *d. legem. 5. C. ad. L. Jul. Majeſt.* factæ ſunt, firmæ permanent; ſed an propterea paterni criminis exemplum, & vindicta necis paternæ in illis, atque ita pœna non emancipatis impoſita, ceſſare debent, quæritur? Rumelinus *ad A. B. dict. diſſert. 4. part. 3. theſ. 14.* putat, emancipatum ante patris delictum, pœnis illis non ſubjacere, quoniam emancipatus deſinat eſſe de familia. *l. quin etiam. 55. in fin.* ibi, *quia poſt emancipationem extraneus intelligor. ff. de rit. nupt.* & amittat nomen filii. *l. ſenatoris 6. in pr. ff. de Senat.* ſed perpendere debuiſſet, leges allegatas non loqui de emancipatis à patre naturali, verum de emancipatis à patre civili, hoc eſt, adoptivo, de quo in lege noſtra nihil diſponitur, at ſaltem de patre naturali, ſeu vero: Cui, cum filius emancipatus, non ſolum quod ab ipſo procreatus, ſed etiam quod ab eodem beneficio manumiſſionis affectus, maximè obligetur, credo in eodem filio rationes, ob quas non emancipatus puniretur, adhuc ſupereſſe.

§. 5.

Obſervatio I.

An perduellis amittat ſtatim à tempore commiſſi delicti bonorum dominium.

Alienatio bonorum, ſive datione in dotem filiæ, vel extraneæ, vel donatione, aut manumiſſione, vel ſolutione debiti (infra §. 8. *hujus capitis*) aut alio modo à perduelle facta; eſt nullius momenti, quoniam illi alienatio bonorum à die commiſſi delicti adempta eſt, bonorum autem poſſeſſio non itidem. *l. 20. ff. de accuſat.* Doctores inter ſe in hoc non conveniunt, an perduellis ille amittat ſtatim à tempore commiſſi delicti bonorum dominium, an vero bonorum adminiſtrationem tantum. Diverſas illas opiniones refert Stam. *de ſervit. perſon. lib. 1. tit. 2. cap. 5. num. 12. & 13.* ipſe verò *num. 19.* ita ſentit, in caſibus, in quibus reus ipſo jure pœnam incurrit, alienatio bonorum à reo poſt delictum commiſſum facta, per fiſcum revocatur, ex fundamento hoc, quia commiſſo delicto reus Dominus bonorum ſuorum eſſe deſiit; unde dominium bonorum, quod non habuit amplius, in alium transferre non potuit. *arg. l. nemo ff. de R. I.* Sed in crimine læſæ Majeſtatis, etſi ſtatim commiſſo delicto bona rei ita ſint affecta, ut alienari non poſſint, *l. 20. ff. de accuſ. l. 15. ff. qui à quib. manum. A. B. cap. 24. in f. C. eſt* §. 8.) & ſecus, ſecuta condemnatoria, omnia per reum quæcunque alienata recte vindicet, *l. fin. ff. ad L. Jul. Majeſt. Angel. in l. pen. C. eod.* Hieron. à Laur. *deciſ. 121. num. 9.* non tamen ex prædicto, ſed ex hoc fundamento fit alie-

Digitized by Google

natorum revocatio: tum, quia pœnæ metu alienatio in fiſci fraudem facta cenſetur. *l. in fraudem.* 45. *in pr. l. auferetur.* 46. §. 1. *ff. de jure fiſci. Br. & alii in l. poſt contractum. ff. de donat.* unde etiam alienatio in fraudem futurorum creditorum facta reſcinditur. *l. ait Prætor.* 10. §. *ita demum.* 1. *ff. quæ in fraud. creditor.* tum etiam, quia adminiſtratio bonorum (non dominium) à die commiſſi delicti reo læſæ Majeſtatis à lege eſt adempta. *dict. l.* 20. *verſ. alii ubi gloſſ. & DD. commun. ff. de accuſat. l. donationes in concub.* 31. §. *fin. ff. de donat.* Gometz. *var. reſolut. tom. III. cap.* 14. *num.* 4. Grammat. *deciſ.* 105. *num.* 48. Ego, in illo, quod reus maneat ante damnationem Dominus, cum Stammio conſentio, ob expreſſa *d. l.* 15. *ff. qui & à quib. manum.* verba, ſed in ratione altera hoc monendum duco, non omnes alienationes illius fraudulentas cenſeri, nonnullas enim ſine fraude fieri, *d. l.* 5. §. 4. *C. ad L. Jul. Majeſt. & in textu.* §. *noſtri.* De ſenſu autem *dict. l.* 45. remitto lectorem ad Hillig. *Don. enucl. part.* 2. *lib.* 23. *cap. ult. lit.* C. Adminiſtrationem bonorum reo criminis læſæ Majeſtatis à die commiſſi criminis ademptam eſſe generaliter, omnem ſcilicet, non credo (id enim nulla lege conſtitutum reperio) alienationem autem ei interdictam omninò aſſevero, ita, ut ſi de facto procedat, à fiſco revocetur. *d. l.* 20. *ff. de accuſat. & inſcript.*

Obſervatio. II.

Ad verb. cogitaverint.

Solius cogitationis pœnam nemo meretur.

NOn ſolam cogitationem, ſed illam, cui criminis actualis præparatio acceſſit, puniri, ſupra demonſtravimus *hoc cap. noſtro,* §. 1. *obſerv.* 6. Actus merè interni, etiamſi caſu aliquo, puta per confeſſionem ſubſecutam, ad notitiam aliorum perveniat, puniri ab hominibus non poſſunt, quia naturæ humanæ congruum non eſt, ut, ex actibus merè internis, *jus,* aut obligatio inter homines naſcatur. Et hoc ſenſu accipiendum *eſt, quod dictant* leges Romanæ, cogitationis pœnam neminem mereri. *Id* tamen *non* obſtat, quo minus actus interni, quatenus in externos influunt, in æſtimationem veniant, non ſui propriè, ſed actuum externorum, qui inde meriti ſui accipiunt qualitatem. Hugo Grotius *de jure belli & pacis. lib.* 2. *cap.* 20. *num* 18. *pag.* 309.

§. 6.

Obſervatio I.

Ad verb. uxores.

Crudelis Scotorum lex.

CRudelis eſt Scotorum lex de Majeſtate, qua damnatorum bona, ſummotis, non modo uxore ac liberis, ſed etiam debitoribus, ſolida fiſco adjudicantur. Bodin. *de Republ. lib.* 5. *cap.* 3. *p. m.* 846.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio II.

De Dote uxoris.

VXor mariti bonis confiſcatis dotem, quam revera maritus accepit, resque alias, quocunque titulo ſibi quæſitas, vindicat, aut occupatas recipere debet. *l. 9. in pr.* C. *de bon. proſcript.* vide omninò Gailium *de pace publ. lib. 2. cap. 16. per totum & Obſerv. lib. 2. obſervat. 86.* Mynſing. *reſponſo. 52. num. 16. & ſeqq.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 20. num. 99.* Bocer. *de crim. læſa majeſt. c. 3. n. 69.* Myler. *in addit. ad d. part. 3. diſſert. 4. theſ. 15.* Rumelini.

Obſervatio III.

Ad verb. deputetur.

Differentia inter perduellis filios, & filias.

HIc iterum differentia conſtituitur inter filios, & filias, perduellis. Filiabus enim, ex illis bonis, de quibus lex diſponit, Falcidia debetur; filiis omnino nihil: adeò, ut nec ex bonis patris illis debeatur legitima. Bocer. *dict. cap. 3. num. 90. & ſeqq.* Hodiè tamen, ex æquitate, aliud receptum eſſe, docet Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 30. num. 26.*

§. 7.

Obſervatio I.

Ad verb. conſciis.

Qui dicantur conſcij criminis?

COnſcios hîc accipio, non pro ſolis ſcientibus, ſed potiſſimum pro illis, qui cum authore criminis conſilium ineunt de crimine perficiendo, licet aliam ad hoc non conferant operam: quamquam non eam negatum, etiam in *Novell. 117. cap. 8.* conſcium poſſe intelligi de ſciente, quæ ſignificatio à Latinis authoribus quoque paſſim uſurpatur. Opinionem meam firmat, quod à conſciis ſeparentur miniſtri, tanquam illi qui operam adhibent ad patrandum ſcelus.

Obſervatio II.

Sciens debet revelare machinationem delicti.

SCientes tamen tenentur revelare ſcientiam ſuam, qualis qualis etiam illa ſit, ne videantur tacentes promovere ſcelus, quod impedire poſſint. Hocque obtinere puto, etiamſi ſanguine, amicitia, aut vinculo aliquo alio, puta fidelitatis, tanquam vaſalli, ſceleris authori, aut complicibus, ſint conjuncti. Decian. *tr. crimin. lib. 7. cap. 34. num. 21. & ſeqq.* Caſſium pater ipſe detulit, Halycar. *lib. 8.* Vitium Serenum filius *Tacit. 4. annal. Arniſa. d. l. pag. 410.* Obligatio, qua patriæ, ejusque ſecuritati adſtricti ſumus, omnem aliam ſuperare debet. *l. 35. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Proinde Thuanus,

Digitized by Google

nus, in Gallia, qui noſtro tempore amici (erat *Monſr. le Grand. fils du Marquis de Fiat*) propoſitum non revelaverat, cum illo, capite truncatus fuit, quod privatas amicitiæ leges magis obſervaſſet, quam publicam ſalutem.

Obſervatio III.

Aliud eſt accuſare, aliud revelare.

VIdentur mihi errare omnes, qui ſtatuunt, illos qui ſcientiam ſceleſtæ factionis in majeſtatem initæ habent, ſed talem, quæ ad probationem criminis non eſt ſufficiens, ſcientiam ſuam revelare non teneantur. Confundunt illi accuſationem, cum ſcientiæ revelatione, quæ inter ſe maximè differunt : illam impunè non inſtituit, qui crimen non probat. *l. 3. C. ad L. Jul. Majeſt. l. 8. C. de calumn. l. fin. C. de accuſat.* Simplex revelans non accuſat, ſed exponit tantum ſcientiam, qualem habet, quam ille, cui revelatur, examinare poterit, cujus ſit ponderis, & quid agendum, ſecum conſtituere. Adi ſi placet Myler. *ad d. A. B. part. 3. diſſert.* 4. Rumel. *theſ. 19.* & Dietrich *in notat. ad A. B. cap. 24. verb. ſeveritate cenſemus. pag. 90.*

Obſervatio IV.

An ſacerdos debeat revelare confeſſionem ſibi factam?

DE ſacerdote quæritur, ſi ex confeſſione pœnitentiali authoris, vel complicum, ſceleris ſcientiam conſecutus fuerit, an eam Magiſtratui politico revelare debeat? Binetus, ex ordine Jeſuitarum, Iſaaco Caſaubono dicebat, præſtare Reges omnes perire, quàm ſi vel ſemel confeſſionis ſigillum violaretur: Regum enim Imperium juris humani eſſe, confeſſionem verò juris divini. Et alius in Galliis Jeſuita, teſte Caſaubono *in reſponſ. ad Epiſtol. Cardin.* Perronii, dixit; Si Dominus noſter Jeſus Chriſtus in terris verſaretur, morti obnoxius, & aliquis ſibi in confeſſione *dixiſſet, velle ſe* illum occidere, priusquam confeſſionem revelaret, paſſurum *ſe ut Chriſtus* occidatur.

Obſervatio V.

***Ad verb.* prodiderit.**

De filiabus eorum, qui perduelli præſtant opem.

QUi authori ſceleris ad patrandum crimen læſæ Majeſtatis miniſterium exhibent, & ei opem atque auxilium præbent, iisdem pœnis ipſi ſubjacent, quibus authores; & eorum filii ſimili ſeveritate, ac authorum, puniuntur. Quod textus noſter clarè exprimit: ſed poſtquam de filiabus nullam facit mentionem, quæri poteſt, an illarum conditio melior ſit, quam filiarum authoris ſceleris? Cum in utriusque eadem ſubſiſtat ratio, idem de utriusque ſtatuendum arbitror: Everhard. à Middelburg. *in topic. loco à ſimili. num. 1. & loco à ceſſatione rationis. num. 1. & 2.* & cum legislator paritatem inter

Digitized by Google

inter filios utriusque ſontis eſſe voluerit, non video, cur inter filias diſcrimen eſſe debeat, ſaltem ex præſumpta, licet non expreſſa voluntate.

Obſervatio VI.

Ad verb. prodiderit.

Præmium quod datur revelanti.

DE proditoribus, ſeu revelantibus ſceleſtam ejusmodi factionem, diſtinctim agit legislator, atque aliud conſtituit in eo, qui in exordio initæ factionis eam revelat; aliudque in illo, qui ſerò, nondum tamen cognita conſiliorum arcana patefacit. In illo, præter tempus, conſideratur etiam animus, & intentio revelantis, nempè, an hoc faciat ſtudio veræ laudis accenſus, non aliis ex cauſis, de quibus agit *l. ult. C. de accuſ.* his concurrentibus, meretur & obtinet præmium, & honorem; hoc eſt, quod monet Tacitus *lib. 4. annal.* ut denuntietur hoc crimen, præmiis eſſe alliciendos omnes.

Obſervatio VII.

De revelatione ante delictum, vel poſt illud, facta.

SOcius criminis, qui ſerò, nondum tamen cognitis conſiliis, arcana factionis ſceleſtæ patefacit, veniam culpæ impetrat, nullum autem præmium, nullumque honorem meretur. Mylerus *in addit. ad d. diſcurſ. Rumel. theſ. 20. circa fin.* tradit, hunc criminis detectorem, pœnæ mitigationem, non autem omnimodam delicti excuſationem, impetrare; quod à Bulla noſtra alienum eſt, quæ veniam culpæ concedit ſine diſtinctione. Addit autem ille hanc rationem, ne ex hujus impunitate alii plerique audaciam ſumant, idem attentandi, & allegat *l. aut. facta. 16. §. fin. ff. de pœn. l. ſervum. 6. in f. C. de ſervis fugitivis.* Anton. Fab. *lib. 9. Cod. tit. 6. defin. 12.* Verum hæc ratio inverti poteſt, & dici, veniam illis dari, ut alii quoque in conſimili hærentes delicto, ſpe veniæ illud patefaciant. Hanc autem veniam non merentur, qui patefacta jam, & in actum deducta ſceleſta factione, omnia conſilia manifeſtant, ſemetipſos deferunt, & veniam petunt.

Obſervatio VIII.

Ad verb. poſt mortem.

An mortui memoria poſſit accuſari?

GRavium noxarum pœna fine vitæ ſolvitur, inquit Symmachus *lib. 10. epiſt. 47.* Hoc quidem regulariter *l. 6. ff. de publ. judic. ac toto titulo. C. Si reus vel accuſator mortuus fuerit.* excipitur autem Crimen læſæ Majeſtatis, cujus atrocitas tanta eſt, ut etiam defunctus accuſari, memoria ejus damnari, bonaque fiſco vindicari poſſint, niſi ab hæredibus ejus innocentia demonſtretur. *§. per contrarium. 6. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. l. ult. ff. ad L. Jul. Majeſt. l. 7. C. d. t. l. 20. ff. de accuſ. l. 6. §. 11. ff. de injuſto rupto, &c.*

Digitized by Google

Obſervatio IX.

Ad verb. Servi torquentur.

Quando ſervi contra Dominos interrogari poſſint?

REgula eſt, ſervos adverſus Dominos non interrogandos, nec torturæ ſubjiciendos eſſe. *l.* 1. §. 5. *&* 16. *l.* 3. *l.* 18. §. 7. *ff. de quæſtion. l.* 14. *eod. tit. l.* 8. C. *de teſtib.* Hujus exceptio datur in adulterii criminibus, item fraudati cenſus accuſationibus, & crimine Majeſtatis, quod ad ſalutem Principis pertinet. *l.* 1. C. *de quæſtion. l.* 7. §. 1. *l.* 8. §. 1. C. *ad L. Jul. Majeſt.* cum Silano crimina Majeſtatis afficta fuiſſent, ſtatim ſervos ejus, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio accepit, Tacit. 3. *annal.* Piſo ob interfectum Germanicum miniſtros ad tormenta flagitavit. Tacitus 3. *annal.* Arniſ. *d. l. num.* 10.

Obſervatio X.

Error verſionis Germanicæ.

NOn poſſum hîc ſilentio præterire errorem verſionis Germanicæ, quæ Codici Receſſ. Imperii præmiſſa, quando ultima §. noſtri verba ita reddit. Dann in ſolchem Fall/ wann die Churfürſten beleidiget/ ſol der Knecht/ wie der Herr/ gepeiniget werden; Rectius verſio illa, quam exhibuit Goldaſt. *inter ſtatuta & reſcripta imperialia. pag.* 134. §. 7. Sollen die Knechte an deß Herrn Haupt gepeiniget werden.

§. 8.

Obſervatio I.

Ad verb. poſt mortem.

Hic deſumptus ex jure Civili.

QUæ hoc §. exprimuntur, partim deſumpta ſunt ex *l.* 8. *partim ex l.* 6. *C. ad L. Jul. Majeſt.*

Obſervatio II.

Ad verb. inchoari.

Majeſtatis crimen morte perduellis non extinguitur.

QUod hîc poſt mortem inchoari dicitur, illud in §. præcedenti dictus fuit inſtaurari, quorum unum petitum ex *dict. l.* 8. alterum ex *l.* 7. C. *d. t.* *in l.* 6. *d. t.* dicitur poſt mortem moveri. Eſt enim in Majeſtatis crimine, *ut ſupra ad præced.* §. *obſerv.* 8. *dixi*, hoc ſpeciale, ut contra defunctum, qui dicitur id commiſiſſe, in vita tamen non fuit de eo accuſatus, cum crimen demum poſt ejus mortem innotuerit, inſtituatur proceſſus. vid. Gigas *de læſa Majeſt. crim. tit. qual. proced. quæſt.* 20.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio III.

Ad verb. memoria ejus.

Quid ſit damnare memoriam?

SI mortuus de hoc crimine convincitur, damnatur ejus memoria: at quid de eo, qui adhuc vivus convictus fuit? Reſponſio petenda ex interpretatione, quid ſit damnare memoriam. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 20. *num.*8. hoc ita explicat; Proceſſus inſtituitur, non quidem contra defunctum, quia ſententia contra mortuum ferri nequit, ſed contra ejus memoriam, citatis ad hoc filiis, ſi adhuc in vivis ſunt, vel agnatis, aut cognatis, & ſucceſſoribus, quorum intereſt, ne memoria defuncti, ob aſſertum & imputatum crimen læſæ Majeſtatis, turpiter damnetur, bonaque ejus ignominioſè fiſco applicentur. Alii memoriam defuncti damnare interpretantur: Pro nomini perpetuam infamiæ notam inurere, ut perpetua de eo conſervetur infamia, ex Menochii *conſil.* 99. *num.* 53. Rumelin. *ad A. B. d. part.* 3. *diſſert.* 4. *theſ.* 2.

Obſervatio IV.

Ad verb. & bona.

Aliud eſt damnare memoriam, aliud publicare bona.

DIverſas eſſe pœnas, memoriam damnare, & publicare bona, ſatis probat copula & (cujus natura eſt, diverſa conjungere. *Br. & gloß. in rubr. ff. de iure & facti ignor.*) ut rectè contra Bocerum *tract. de Crim. Majeſt. cap.* 3. *num.* 49. ſtatuit Rumelin. *d. theſ.* 2.

Obſervatio V.

Ad verb. ſua mente.

Delinquens videtur conſentire in pœnam delicto ſtatutam.

QUi crimen committit, videtur delinquendo in pœnam, quam ſcit, vel ſcire debet, ei delicto conſtitutam, conſentire, & ad eandem ſe obligare. Grotius *de jure belli & pacu. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 2. *pag.* 296.

Obſervatio VI.

Ad verb. ei ſolvere.

Perduelli non debet ſolvi debitum.

VErba textus debitorem attinent, nempè illum perduelli debitum, quo ei adſtrictus, non debere ſolvere. vide *c. fœlicis. de pœn. in* 6. quod ad hoc allegat. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 19. *n.* 14. ſi ſolvat, non liberari à debito: quod reſtringo tamen ad ſcientem, creditorem ſuum eſſe perduellem.

§. 9.

Obſervatio I.

Ad verb. ſervos torqueri.

Repetitio priorum.

Fruſtra

FRuſtra hîc repetitur, quod ſupra §. 7. *inf.* expreſsè fuit conſtitutum. Idem dicendum de vetita alienatione. §. 5. quæ reiteratur in §. 8. Credo, illum, qui hanc Conſtitutionem ex variis legibus Codicis compilavit, (*nempe ex l. 5. l. 7. & 8. C. ad L. Jul. Majeſt.*) non ſatis advertiſſe ad illud, quod erat faciendum, nempe ut ex variis legibus unam, reſectis repetitionibus, conficeret. Dictæ leges Codicis variorum ſunt authorum; hæc autem noſtra conſtitutio unius eſt Imperatoris, cujus authoritati compilator melius proſpicere debuiſſet. Verum factum hoc eſſe contra mentem & intentionem Imperatoris probabile eſt.

Obſervatio II.

***Ad verb.* incertam.**

Vitium editionis Moguntinæ.

MOguntina editio legit, propter inſertam perſonam, ſed malè; rectè vero Palatinus codex habet, propter incertam perſonam: ita enim in *dict. l. 8. §. 2. C. ad L. Jul. Majeſt.* legitur, ex quo fonte petitum, quod Aurea Bulla *hoc* §. expreſſit.

CAPUT XXV.

DE INTEGRITATE PRINCIPATUUM ELECTORUM SERVANDA.

Obſervatio I.

***Ad verb.* cæteros Principatus.**

Diſconvenientia inter Codicem Palatinum, & editionem Moguntinam.

IN editione Moguntina hæc peculiari, & ſeparato titulo, *non exhibentur,* ſed *tit.* 24. adhuc incluſa reperiuntur. Poſtquam verò cum materia, quæ in illo titulo tractatur, non conveniant, præferendus eſt Palatinus Codex, qui materiam, à priori ſeparatam, ſeparato exhibet capite: Quod etiam obſervat in ſequentibus, in quibus editio Moguntina materias commiſcet.

Obſervatio II.

***Explicatio* tit. 55. §. 1. & 2. Feudorum.**

VIdetur Imperatorem hîc reſpexiſſe ad conſtitutionem Friderici, quæ extat *lib. 2. Feud. tit. 55. §. 1. verſ.* præterea Ducatus, Marchia, Comitatus de cœtero non dividatur: aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, dividatur. Quod Guntherus *de reb. Frider. lib. 8. circa f.* his expreſſit verſiculis:

Digitized by Google

Marchia, ſeu Comitis poſſeſſio, ſive Ducatus,
Integra permaneant, feudalia cætera multis
Participanda patent:

x verbis, de cætero, quæ in textu habentur, colligimus, ante hanc conitutionem, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, fuiſſe diviſos: quamuam verò Imperator id amplius fieri prohibuerit, ejus tamen conſtitutio xactè ab eo tempore, usque ad noſtram ætatem, non fuit omninò obſervata, & nec hodiè obſervatur: Dantur namque adhuc ejusmodi feuda, quæ diviſioni obnoxia.

Obſervatio III.

Rationes, cur majorum dignitatum feuda non debeant dividi.

Ad verb. ut corroboretur juſtitia.

MUlta ſunt, quæ ſuadent, feuda majorum dignitatum non eſſe dividenda; Imperator duo proponit. 1. ut corroboretur juſtitia. 2. ut fideles ſubjecti pace gaudeant, & quiete. Huc reſpexit quoque Leopoldus de Rothafft/ Canonicus Leodienſis, in Chronic. Comitum de Marca. verbis ad Engelbertum Comitem directis (referente Goldaſt. *lib.* 2. *de major. cap.*17. *n.*15.) ad pacificam terræ gubernationem, & defenſionem, inter cætera expediens eſſe puto, ut ipſius Comitatus de Marcka unitus indiviſibiliter conſervetur, videlicet, ut caſtra, jurisdictiones & diſtrictus, per unum tantummodo, & non per plures Comites gubernentur: Sic enim pax in terris poterit conſervari: Sic contra vicinos Dominos, & alios extraneos invaſores, tanto fortius defenſari: quod fieri non poſſet, ſi in ſeipſa eſſet diviſa. Nam ſi dividatur, tunc una pars ſubditorum uni Domino, altera pars alteri Domino, adhærebit, & tantò terra ad ſe defendendum erit debilior contra adverſarios extraneos, quando ſic eſſet diviſa, quæ hucusque unita fortiter & viriliter ſe defendit. Idque ſatis patet in nonnullis dominiis Ducatuum, Comitatuum & aliorum Dominiorum, quæ olim magni fuerunt nominis & potentiæ, quæ nunc per partitiones, diverſos in hæredes factas, ad ſtatum modicum ſunt redacta. Alii ejusmodi diviſiones Imperio minus decoras eſſe putant, cum per ſucceſſiones promiſcuas non leviter lædatur dignitas, & honor Imperii; ex Borchold. *de feud. cap.* 7. *num.* 1. Dieterich *in not. ad A. B. cap.* 24. §. *ſi cæteros. p.* 93. Addit Gail. 2. *obſerv.* 153. *num.* 3. eas etiam Imperio eſſe damnoſas: Inde enim variari Imperii matriculam, aut ſaltem cenſitationes, & exactiones collectarum reddi incertas, toties mutatis rerum poſſeſſoribus. Præterea affirmant, illas diviſiones familiarum ſplendorem, in quibus receptæ, maximè obfuſcare. Schurf. *cent.* 1. *conſil.* 17. *num.* 16. Diviſionem enim ordinatam eſſe ad deſtructionem ſubjecti, unionem autem facere ad conſervationem dignitatis, decoris & ſplendoris familiæ.

liæ. Surd. *conſil.* 375. *num.* 13. Denique ſunt etiam ſubditis perquam oneroſæ, quoniam illis admiſſis, multiplicantur Domini, tribunalia, familiæ, officiales, & miniſtri, atque ita exactiones, contributiones, & collationes variæ. Hoc intereſſe tanti facit Cravetta *conſil.* 624. *n.* 19. ut doceat, ſubditos proprerea inſtare poſſe, ne Principatus dividatur. Videtur quidem non leve liberis inferri damnum, ſi non æqualiter admittantur ad ſucceſſionem parentis; verum, ubi publicum, & commune intereſſe, cum nonnullorum & particularium intereſſe concertat, meritò hoc illi poſtponitur. Petra *de Princip. poteſt. cap.* 11. *num.* 5.

§. 1.

Ad verb. inſignes & magnifici.

Obſervatio I.

Magnifici Principatus.

QUi in exordio dicti ſunt Magnifici Principatus, hîc appellantur inſignes & Magnifici Principatus.

Obſervatio II.

Extenſio diſpoſitionis.

RAtio, quæ movit Imperatorem prohibere diviſionem quatuor Principatuum Electoratuum Secularium, etiam hodie militare debet in quinto, illis nuper addito.

Obſervatio III.

Cur hic nulla fiat mentio Electoratuum Eccleſiaſticorum?

CUr hîc nihil diſponatur de Electoribus Eccleſiaſticis, ratio in promptu eſt, quoniam Eccleſiaſtici non per ſucceſſionem, ſed per Electionem ad Electoratus promoventur, & unius Archiepiſcopatus, *tanquam indiviſibilis*, unus tantum poſſit eſſe Archiepiſcopus.

Ad verb. terræ.

Obſervatio IV.

Diverſa bona Electorum.

DIverſa ſunt bona, & territoria, quæ Electores tenent; alia enim ſunt illa quibus ab antiquo inhæſit dignitas, & jus Electorale *ſupra. cap.* 7. *&c.* 20. *& hoc.* §. *noſtro,* alia quæ cum his poſtea fuerunt unita; & iterum alia, quæ non unita, ſed adhuc ſeparata ſunt. Prima illa, & ſecunda, non poſſunt inter Electorum liberos dividi; tertia diviſionem admittunt. Exemplum diviſionis nuperum habemus in familia Electorali Saxonica, facta post mortem Johannis Georgii Electoris, anno 1656. ſecundum tabulas teſtamenti ab eodem anno 1652. confectas. De bonis autem, quæ poſſedit, & eorum

Digitized by Google

:orum diſtributione in circulos, ſcripſi *tom. I. jur. publ. lib. 3. cap. 10. num. 15. & 16.* & *tom. IV. in addit. ad d. cap. & n. & in addit. ad lib. 5. cap. 15. num. 5. pag. 934.*

Obſervatio V.

Civitates Electoratus Saxonici.

Ad verb. Ducatus Saxoniæ.

ELectoratus Saxoniæ civitates enumerat Johannes Fridericus Elector, apud Hordlederum von Urſachen des teutſchen Kriegs. *lib. 5. cap. 22. pag.* 207. §. Dann Unſer Chur-Stadt Wittenberg/ die andere Stätte in gemeldter Chur/ Belzick/ Bruck/ Niemeck/ Brettin/ Jeſſen/ Hertzberg/ Liebenwerda/ Bitterfeld/ Kemberg/ Schmidberg/ Schweinitz. Hunc Electoratum Æneas Sylvius, in libello ſuo de Statu Europæ, ſub Friderico III. *cap.* 24. apud Freher. *tom. II. ſcriptor. German.* vocat parvum Principatum, inter Miſniam, Sileſiamque ſitum, cujus Witteberga caput ſit. Doceri autem poſſe, tradit Hordled. *in not. ad d. locum. d. pag.* 1207. primis inveſtituræ literis, quæ apud Petrum Albinum Chronic. Miſnenſi *tit.* 16. extant, ejusdem Saxoniæ Ducatus, ſive Principatus parvi, aut Electoratus, membra atque partes eſſe. 1. Comitatum Palatinum, cum arce, atque oppido Alſtet. 2. Comitatum Brenenſem. 3. Burggraviatum Magdeburgenſem, una cum juribus Magdeburgi, & in Salinis Saxonicis competentibus. In quibus ditionibus univerſis, cum præter ſupra enumeratas civitates duodecim etiam hæ ſequentes contineantur, Zana/ Gräfenheinigen/ Brena/ Gommern/ Seida/ Luchau/ Schönwald/ Schlieben/ Ubigau/ Warnburgk/ (Alſtetum, arx & oppidum, per tranſactionem Naumburgenſem anno 1554. die 24. Februar. ad Ducalem domum familiæ Saxoniæ ab Electorali devolutum) apparere, quidnam Ducatus atque Principatus Saxoniæ nomine, aureæ Bullæ Caroli IV. *tit. 7. verſ. ſanè, & tit.* 20. *ac* 24. §. *decernimus*, veniat, & quas ille terras, diſtrictus, homagia, vaſallagia, ſcindi, dividi, dimembrari vetet, eique uni ac ſoli, cui vox, us, dignitas eligendi competit, præcipuo jure attributas cupiat. Hæc Hordlederus.

Obſervatio VI.

De augmentis Electoratuum.

Ad verb. ad ipſa ſpectantia.

APud me extra omne dubium eſt, tempore Caroli IV. terras atque diſtrictus ad Electoratus propriè pertinentes tanti non fuiſſe, quanti poſtea facti ſunt, quando cum illis dominia alia uniri cœperunt; Electoribus ipſis in hoc incumbentibus, quò dignitas illa acceſſione bonorum fieret illuſtrior, & magis reverenda illis, qui, ut moris eſt, divitias pro dignitatis augmento habent. Eſt etiam adhuc hodiè Electoribus conſuetum, ut ſucceſſori in Electoratu, præ cœteris liberis multa, tàm immobilia, quàm mobilia conferant, quæ ad ornamentum, viresque Status faciunt, ut non ita

Digitized by Google

pridem ab Electore Saxoniæ Johanne Georgio factum eſſe ex teſtamento ab eodem condito, notum eſt.

§. 2.

Obſervatio I.

De ſucceſſione in Electoratum.

DE ſucceſſione in Electoratum dictum fuit ſupra *ad cap.* 7. §. 2. ubi primaria hujus materiæ ſedes eſt.

Ad verb. ſibi ſoli.

Obſervatio II.

Unius Electoratus olim aliquando duo poſſeſſores.

ANte auream Bullam aliquando de facto contigit, ut non unus, ſed duo ſimul unius, ejusdemque Electoratus jura exercuerint. vide *jur. publ. tom. IV. lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 284. Sinold. *vol.* 1. *de Statu Rei Romanæ diſput.* 7. *theſ.* 10. *lit.* C. *pag.* 379. Hoc ne amplius fieret, Carolus cavere voluit. Rumelin. *part.* 3. *ad A. B. diſſert.* 5. *theſ.* 3. & ibi Mylerus *in addit.*

Ad verb. apud fratres.

Obſervatio III.

1. **Abgefundene Herren.** 2. *Apanagium unde ita dictum.*

1. PRimogenitus, vel in ulteriori gradu filius, qui Electori ſuccedit, debet habere rationem cœterorum fratrum ſuorum, atque illis conſtituere congruentia alimenta, & ad dignitatem familiæ conſervandam ſufficientia bona. Apud nos pars illa, quæ hiſce conceditur, audit **Abfindung**/ deputat, & illi, qui hac fruuntur, dicuntur **abgefundene Herren**/ **oder** Deputats-**Herren**.

2. Galli eos dicunt apanager, & illis rem addictam, appanage, quod ad imitationem vocabuli uſu invaluit nominare apanagium. *Nomen alii deducunt à pane, quo omnia comprehenduntur, quæ ad ſuſtentationem hominis ſunt neceſſaria, ut oratione dominicali docemur.* Jean du Tillet *au recueil des Roys de France, leur couronne & maiſon, tiltre de Meſſeigneurs fils de France, leurs appeunages, & bienfaicts. pag.* 209. *edit. Paris de anno* 1586. Alii à Græco panegos, quod ſuſtentationem, aut proviſionem denotat. Tillet *d.l.* Alii ab ἄπαν, aut πᾶν, quod totum notat, & ἅγιον, ſanctum: Bernhard de Girard Seigneur du Haillan. *de l'eſtat & ſuccez des affaires de France. liv.* 4. *p. m.* 355. Alius à voce apparier, apariagium appellat, quod æquare, ac paria facere ſignificat. Petr. Gregor. Tholoſ. *in Syntagm. juris lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 22. Alii, Germanicæ, vel antiquæ Francicæ originis eſſe tradunt **abannen**/ (quod Latinè valet excludere) item ut **außbannen**/ & **Forbannen**/ quaſi ea portione accepta excluſi à Regni ſucceſſione intelligantur. Hotoman. *in Francogallia cap.* 9. *pag.* 69. Hinc abanagium vocat Ragueau *en l'indice des droits Royaux,*

&

Digitized by Google

& cœteros taxans, qui à pane, panegos, aut panagio derivant, ait; illi non formidant Grammaticorum ferulas, & ſtultorum plena ſunt omnia, adeoque fœcunda eſt inſcitia.

Obſervatio IV.

Ad verb. ſuum beneplacitū.

Pacta familiarum Electoralium de apanagio.

HOdiè ferè in familiis Electoralibus hoc beneplacitum ceſſat, poſtquam ejus locum ſupplet vel teſtamentum paternum, vel pactum familiæ, idque non modo reſpectu filiorum, ſed etiam filiarum. In familia Electorali Brandenburgenſi ex pacto familiæ primogenito cedit Electoratus, ejusdem verò fratribus, usque dum annum decimum octavum compleverint, debentur alimenta, & poſtea annuatim 6000. Reichsthaler pro deputato. Probant hoc pacta familiæ, in quibus tunc Elector Joachimus Fridericus promiſit, daß er alle ſeine freundlich-geliebte Brüder/ ſo lang ſie nicht verſorget/ jährlich/ nach geſtalt und gelegenheit jedes Alters/ zur Nothdurfft Fürſtlich unterhalten wolle. Do aber einer/ oder mehr/ ſein vollkomlich Alter/ als 18. Jahr/ erfüllet/ alsdann jedwedern derſelben/ ſo lang er mit gewiſſen Landen und Leuten/ oder Stiffteren/ nicht verſehen/ jährlich 6000. Thaler zum deputat reichen/ und folgen laſſen. Eſt tamen in arbitrio Electoris relictum, das deputat, ſo von ſeinem ältern Sohn/ welcher in der Chur ſuccedirt, dem andern Bruder zu geben ſeyn wird/ nach Gelegenheit und Anzahl der Perſonen zu mindern/ und einzuziehen.

Obſervatio V.

De quantitate dotis filiarum Electoris.

IN familia Electorali Brandenburgenſi filiabus Electoralibus dos pacto familiæ conſtituta eſt. 20000. florenor. in Electorali Saxonica (ut ſcribit Dieterich *in notat. ad A. B. cap. 25. verb. ſorores. pag.* 102.) 30000. Joachimiorum. Verum hæc ſumma augmentum recipit eo caſu, de quo agit pactum ſucceſſorium (die Erbverbrüderung) Anno 1614. 30. Mart. Naumburgi reiteratum, inter familias, Electoris & Ducum Saxoniæ, Electoris & Marhionum Brandenburgenſium, ac Landgraviorum Haſſiæ. §. Es iſt auch in dieſer Unſerer Brüderſchafft bedinget/ ob einige unter Uns vorgenannten Partheyen/ alſo ohne eheliche Männliche rechte Leibs Lehens Erben abgiengen/ und doch Töchter/ Schweſtern/ oder andere Fräulein/ auß demſelben Hauſe gebohrne/ eine oder mehr hinder ſich verlieſſen/ die zu der Heil. Ehe noch nicht außgeſezt/ noch berathen were/ daß alsdann die andern Partheyen/ auff die des abgangenen Churfürſtenthumb Fürſtenthumb/ Herrſchafft und Lande/ inmaſſen/ wie verſtehet/ verſtorben weren/ dieſelben Töchter/ Schweſtern/ oder Fräulein/ als viel der weren; jegliche beſonder mit 24000. Gulden Rheiniſch/ Ehegelds/ und ſonſten allen anderen Fürſtlichen Auffſetzungen außſetzen/ und

berathen ſollen/ in aller maſſen/ als die abgeſtorbenen Fürſten/ darvor in vergangenen Zeiten/ Ihre Schweſtern und Töchter gewöhnlich außgeſteuert und berathen haben: Und wo der Fürſt/ der alſo leſt/ unter einer Partheyen/ verſturbe/ nicht mehr dann ein Fräulein deſſelben Stamms verlieſſe/ ſol derſelbe die Summa ihrer Heimſteuer gebeſſert werden mit 40000. Gulden; Wo ſie aber der mehr verlieſſen/ſo ſol ihnen die gebeſſert werden/ ihr iglichen mit xxxx Gulden/ und ihnen fürter keine Beſſerunge/ noch wegen Vätterlicher, Mütterlicher oder Brüderlicher Erbſchafft/ legitimæ oder anderer Angefell was mehr zu reichen/ zu geben/ oder folgen zu laſſen/ ſchuldig ſeyn/ ſondern ſie ſollen mit obberührten Summen aller ihrer Forderungen/ ſo ſie zu haben gedächten allenthalben vergnügt und abgerichtet ſeyn und bleiben/ und ſich hierüber keiner Succeſſion, oder anderer Anforderung/an den Häuſern/ Sachſen/ Brandenburg und Heſſen/ anmaſſen/ in keinerley weiſe oder wege.

Obſervatio VI.

De apanagio in familiis Principum uſitato.

QUod in filiis Electorum in Bulla noſtra conſtitutum,idem etiam in aliis Principum familiis, quæ diviſionem non receperunt, vigere cognoſcitur, nempè etiam in his primogenitus ſuccedit patri in regimine, & adminiſtratione Principatus ſecundo vel poſtgenitis certa portione pecuniæ vel provinciæ in uſumfructum aſſignata. Illo caſu, ſi primogenitus, durante calamitate bellica, (ut noſtra ætate frequenter contigit) citra culpam ſuam non habeat, unde poſſit ſolvere illud debitum, cogi haud debet ut cedat proprietatem, Beſold. *differt.* 5. *de ſucceſ. regn. theſ.* 6. ſed pro fructuum proportione, ex boni viri arbitratu alimenta convenienter erunt æſtimanda, & præſtanda in tantum, quantum facere poſſit primogenitus, quouſque durat illa calamitas, Dn. Dieterich *in not. ad A. B. tit.* 25. *verb. pium exhibebit. pag.*104. *allegans l.* 6. & Bart. *ad eandem. ff. de ceſſ. bonor.* Quod ſi culpa primogeniti non fiat ſolutio, tunc ad ceſſionem proprietatis *pro quantitate conſtituti* apanagii agi poſſe,ex Giurba *deciſ.*24. *num.*24. *in f.* Vincent. Catoc. *tr. de remed. except.* 25. *num.* 12. maximè ubi hypotheca expreſſa in caſum contraventionis ſibi caverint poſtgeniti. Surd. *conſil.* 351. *num.* 11. *& ſeqq.* ibidem docet Dieterich & reſolvit quæſtionem, an primogenitus, vel ejus ſucceſſor, ſi pervenerit ad pinguiorem fortunam, poſſit revocare à ſecundogenito aſſignationem pro apanagio factam in proprietate, & ſolvere pecuniam annuam?

Obſervatio VII.

Quid in conſtitutione apanagii obſervandum?

CAſu, quo certa provinciæ portio poſtgenito aſſignatur, multa ad exemplum apanagiorum, quæ in Gallia ſecundo vel poſtgenito Regis filio, con-

Digitized by Google

onſtituuntur, obſervanda eſſe noſtrates monent. De quibus vide meam Notitiam Regni Franciæ *d. l. 2. cap. 21. lit. uu. & ſeqq. pag. 923. & ſeqq.* Præcipuè autem in familiis Germaniæ Principum, in conſtitutione apanagii reſpiciendum eſt ad conſuetudinem, & pacta in unaquaque recepta. Novi tamen, non ſemel à primogenitis, ex benigno in poſtgenitum affectu, pacta familiæ non fuiſſe ſtricte obſervata.

Obſervatio VIII.

De dote filiarum in familiis Principum.

Ad verb. ſuum beneplacitũ.

QUod de filiabus Electorum in Bulla noſtra conſtitutum, id etiam in familiis Principum obſervari cœpit, & hodiè ita perpolitum eſſe cognoſcitur, ut expreſſis pactis certa dos filiabus conſtituta ſit, nec ea amplius à beneplacito primogeniti proveniat, excepto augmento, quod voluntarium. Dote autem ſua quælibet contenta eſſe debet, & juratò renuntiare hæreditati paternæ, maternæ & fraternæ. Hoc fieri volunt pacta familiæ Marchionum Brandenburgenſium, & aliarum multarum. In ſumma dotis diſpares ſunt familiarum conſtitutiones: In familiis Marchionum Brandenburgenſium, Burggraviatus Norici, dos filiarum determinata eſt 12000. florenorum, beſampt ziemlicher Außfertigung/ nach derſelben Würden und Ehren/ doch ſoll ihnen/ ut diſpoſitio ſonat, kein Land oder Leut gegeben werden/ und daß ſich hergegen jede Tochter/ ehe ſie ehelich beygeſchlaffen hat/ noch aller Nothdurfft Vätterliches/ Mütterliches und Brüderliches Erbes/ nach altem Herkommen verzeihen ſolle. In familiis Ducum Saxoniæ 20000. flor. In Teſtamento Johannis Georgii, Electoris Saxoniæ, filiabus filiorum ſuorum pro dote ſingulis conſtituta ſunt duodecim thalerorum millia. In Landgraviorum Haſſiæ 20000. floren. In Holſatiæ Ducum 20000. florenorum Dieterich *ad d. tit. 25. pag.* 102. In Ducali Würtenbergica, teſte Mylero *in addit. ad d. part. 3. diſſ. 5. theſ.* 14. *Rumelini,* primogenitus omnibus ex familia Würtenbergica filiabus condecentem dotem conſtituit, und wird ſolch Heyrathgut von der Landſchafft Einkommen abgeſtattet/ vigore Chriſtophori Ducis Würtenbergiæ, & Georgii Comitis Montisbelgardi, tranſactionis die 4. Maji, anno 1565. §. daß auch gemeine. ubi filiabus ipſius primogeniti 32000. floreni Rhenenſes pro dote definiuntur; quæ tamen ſumma in filiabus ultragenitorum ad 20000. aureos moderata fuit. Hæc *d. l.* Dn. Mylerus: ſed cum non ita pridem inter Ducem Würtenbergenſem, lineæ Studgartienſis, & Ducem lineæ Montiſpelgardenſis hæc quæſtio de dote à primogenito exſolvenda, moveretur, contrariæ opinionis patrocinium idem ſuſcepit, aſſerens Comitatum Mompelgardenſem filias Illuſtres per ſe, ſine adjumento Ducis Würtenbergenſis, (capitis familiæ) aut Statuum Provincialium illius Ducatus, dotare teneri: atque aſſertionem dotandi filias Illu-

Digitized by Google

Illuſtres ultragenitorum, à Principe primogenito, limitandam eſſe in apanagio improprio. Dicit autem apanagium improprium, proviſionem alimentariam ultrogenito conceſſam, hac lege, & conventione, ut ille cum maſculis deſcendentibus, Ducatum, aut Comitatum, cum omnibus Regalibus, prærogativis, reditibus, commodis & oneribus, eo jure, quo ipſe Princeps frater primogenitus, poſſideat, utatur, fruatur. Talem appanagii improprii naturam habere Principalem Comitatum Montpelgardenſem, (die gefürſtete Graffſchafft Mombeliart) quem Würtenbergiæ Dux Johannes primogenitus Ludovico Friderico, anno 1617. cum omnibus Regalibus, juribus, prærogativis, privilegiis, commodis, & oneribus conceſſerit. Verum hæc controverſia adhuc inter partes vertitur, ac, ut mihi videtur, potiſſimum ex pactis familiæ decidi debet, adi, ſi placet, Georg. Theodor. Dieterich *in notis ad A. B. tit. 25. verſ. & Sorores. pag.* 103.

Obſervatio IX.

1. *Dotes illa non debentur, niſi filia nupſerint.*
2. *Innupta non poſſunt de illis diſponere.*

1. Cœterum, annotari debet, hanc dotem filiabus Principum non debere præſtari, niſi tunc, quando elocantur; & hinc eſſe, quod innuptæ illæ de ejuſmodi dotibus non poſſint diſponere, ac easdem aliis teſtamento re-
2. linquere. *arg. l.* 41. *ff. de condit. & demonſtr.* nec ab inteſtato decedentes in hæredes ſuos transmittere. Rauchbar. *part.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 42. Carpzov. *part.* 2. *conſtit.* 46. *defin.* 20. Springsfeld. *de apanag. cap.* 12. *num.* 67. Lauterbach. *in disquiſit. de ſingulari fratrum jure. part.* 2. *membro* 1. §. 8. *num.* 9. *& ſeqq.*

Obſervatio X.

An collecta indici poſſit pro dotandis filiabus?

Occaſione moris Würtenbergici quæſtio perpendenda venit, an jus collectandi pro exſolvenda filiarum dote etiam aliis quoque competat Imperii Principibus, & quo ex fundamento? occupati ſunt in reſponſione ad quæſitum, Roſenthal. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 77. aliique, copioſè relati à Caſparo Klockio *in tract. nomicopol. de contribut. cap.* 8. *num.* 13. *& num.* 17. quibus adde Sinoldum *vol.* 2. *diſput.* 11. *theſ.* 5. *lit. c.* Ego cum illis facio, qui regulariter hoc Principibus competere negant, credoque, hac ſententia conſcientiæ Chriſtianæ Principum magis conſuli, quàm affirmativa, quæ tendit ad onerandos ſubditos. Sunt qui huc facere putant Johannis Baptiſtæ præceptum *Lucæ* 3. *verſ.* 13. *&* 14. & ad collectas etiam pertinere ſentiunt: Philipp. Melanchthon. *in explicat. cap.* 22. *Matthæi.* Jacobin. de S. Georgio *tr. de homagio. num.* 33. *verſ. in quæſt. prædicta.* Facultas Lipſienſis *conſil.* 9. *num.* 11.

Digitized by Google

num. 11. inter Conſilia Modeſtini Piſtoris. Ad exceptiones refero. 1. niſi conſuetudine certâ aliud fuerit introductum. *arg. l. 5. C. de. agricol. & cenſit. lib. 11.* quam non ſufficit allegare, ſed probari, vel cognitam eſſe requiritur. De hâc vero, licet conſtet, illam in nonnullis Principatibus Germaniæ obſervari, non tamen inde inferri poteſt, proinde generalem eſſe debere: Conſuetudo enim juri communi derogans ſtrictè intelligi, nec ullo modo de caſu ad caſum, neque de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum extendi debet. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 20. num. 165.* 2. niſi inter Principem, & ſubditos, expreſſo pacto aliud conſtitutum. Hoc tamen caſu pacti tenor benè expendendus, an generalis ſit, vel ſaltem unum, aut alterum exprimat caſum. In dubio hoc pactum intelligi, ſi deficiant ordinarii reditus, vel ſi ſine notabili rerum ſuarum diminutione Princeps filiæ dotem commodè conſtituere nequeat. tradit Gœdd. *conſil. Marpurg. 16. num. 441. vol. 4.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 79. num. 1.* Quo caſu, etiamſi pactum nullum præceſſerit, Princeps ſubditos rogare poteſt, ut ad ſandum dotem filiæ contribuant, ad quam procliviores eſſe debent, quando ille non ſua culpa, in luxum & delicias ſuperfluas, facultates impendendo, ipſe inopiæ & calamitatis ſuæ faber extitit, & ſubditorum extraordinario, ac charitativo ſubſidio indignum ſe reddidit. Klock. *dict. cap. 8. num. 42.* Quando verò hanc, & ejusmodi ſubventiones alias, Domino præſtant ſubditi, proſpicere ſibi debent, proteſtatione interpoſita, & reverſalibus acceptis, ne, quod voluntarium, impoſterum convertatur in neceſſarium: quamquam nec his quoque acceptis ſemper ſint ſecuri, ut ex Sixtino, & Wilhelm. Neumeieri libro von Friedens-Handlungen und Verträgen in Kriegszeiten/ refert Klock. *d. l. num. 39. & 40.*

Obſervatio XI.

An primogenitus dotare debeat filias poſtgenitorum?

Occaſione prædictæ conſuetudinis in familia Würtenbergenſi, in qua primogenito incumbit etiam ſecundogenitorum filiabus dotem dare, conſiderandum venit, an non idem in aliis familiis quoque fieri debeat? Affirmativam protexit Vulteius *vol. 3. conſil. Marpurg. conſil. ultimo.* quem ſequitur Myler *ad Rumelin. diſſert. 5. part. 3. theſ. 14.* negativam pro Duce Holſatiæ, Cothmannus *volum. 4. conſil. 3. & 4.* pro qua opinione multa probabiliter adferri poſſe fatetur Sinoldus *dict. vol. 2. diſput. 11. theſ. 5. lit. c. in fin.* & ab eadem non abhorrere videtur Klock. *d. l. num. 46.* Conciliare has ſententias nonnulli auſi ſunt, diſtinctione inter apanagium proprium, de quo intelligi voluerunt Cothmannum, & apanagium improprium, ac conventionale, de quo apanagiatus ab Imperatore cum jure territorii & ſuperioritate fuit inveſtitus; quam fuiſſe mentem Vulteij, tradiderunt. Sed hanc diſtinctionem non exhaurire difficultatem, obſervavit Dn. Dieterich

in not. dict. tit. 25. *A. B. ver. & mores. pag.* 103. cum notum ſit, in Principatibus Germaniæ jura primogenituræ, & apanagii, dependere à pactis conventis, adeoque eſſe impropria; magis itaque eſſe, ſiquidem pacta familiarum hanc quæſtionem non determinant, ut de jure verior ſit negativa Cothmanni ſententia, non tantum per rationem à Klockio *d. cap.* 8. *num.* 46. allegatam, quia apanagiatus id, quod ſuum eſt, jam ſit conſecutus, ſed etiam, quia apanagium eſt loco hæreditariæ partis. Matth. de Afflict. *in c. Imperialem. §. præterea de probib. feudi alienat. num.* 17. Conſtare autem, dotem de jure communi ex bonis patris propriis eſſe ſolvendam, & apanagiatum reliqua onera, quæ imponuntur perſonæ, pro prædio, ad ratam ſolvere teneri. Apud me extra dubium eſt, diſcrimen magnum eſſe inter einem abgetheilten & inter einem abgefundenen Herrn; at cum hîc nobis quæſtio ſit, non de illo, ſed de hoc, credo æquitati quidem convenire, ut habito reſpectu ad exiguam apanagiati portionem, quam accepit, primogenitus, vel regens (der regierende Herr) illum in dotanda filia ſublevet, non tamen ad hoc cogi poſſe, niſi pactum familiæ, vel teſtamentum paternum hoc injungat. Unde, ne de eo diſputatio oriatur, teſtamentis illud onus primogenito imponi ſolet; prout etiam factum in teſtamento Joh. Georgii Electoris Saxoniæ non ita pridem defuncti, cum hâc tamen reſtrictione, ut filiæ mit Silbergeſchirr/ Geſchmuck/ Kleinodien/ Kleider/ und dergleichen von ihren Fürſtl. Eltern ſelbſten verſehen/ und außgeſtattet werden ſollen.

Obſervatio XII.

An in conſtitutione apanagii reſpici debeat ad quantitatem legitimæ?

Ad verb. patrimonii facultates.

EXtra dubium eſt, apanagium conſtituendum eſſe ſecundum facultates patrimonii, à parente relicti, idque in pactis familiarum, quæ certam quantitatem poſtgenitis aſſignant, obſervatum fuiſſe, ac in *teſtamentis*, quæ de eadem re agunt, obſervandum. An verò hîc reſpici *debeat ad quantitatem* legitimæ à jure civili præſcriptam, quæritur? Myler. *addit. ad. Rumel. d. part.* 3. *diſſert.* 5. *theſ.* 12. hoc affirmat. Negat Dietrich *ad d. tit.* 25. *A. B. verb. patrimonii facultates. p.* 206. cum in feudis primogenituræ non detrahatur legitima. Guido Pap. *deciſ.* 476. *num.* 1. proindeque nec apanagium intelligi debeat de legitima jure naturæ debita, ſed de ſubſidio aliquo pro ſuſtentatione poſtgeniti, quod decernitur boni viri arbitratu. Surd. *conſ.* 427. *num.* 40. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 13. *& ſeqq.* non ſecus ac dos, quæ debetur filiabus, ab hæreditate excluſis, metam legitimæ non ſequitur, ſed ſufficit, ſi ſit congrua pro dignitate perſonæ, & modo facultatum. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 37. Reinking. *ad l. fin. C. de pact. num.* 175. atque ſic, cum Springsfeld. *de apan. cap.* 8. *num.* 40. concludit, poſtgenitos non poſſe provocare ad quantitatem legitimæ, ſed debere

ebere eſſe contentos alimentis, pro dignitate ſibi proviſis. Hanc doctriam ego quoque priori præfero, ita tamen, ut agnoſcam, neque lege, nec liunde certum & determinatum eſſe, qualia & quanta illa alimenta eſſe ebeant, quæ dici poſſint dignitati familiæ convenire, itaque hîc opinioni arbitrio multum relinqui. A. B. autem diſpoſitioni magis convenire, ut patrimonii facultatibus omnia æſtimemus, nec tantum ad neceſſaria alienta, verum etiam ad ſplendorem familiæ facientia, reſpiciamus. Quod, orrò, dotes filiarum attinet, illæ majores eſſe debent, quam fructus apaagii, quoniam ſemel dantur dotes, fructus autem illi vel pecunia annuam percipiuntur.

CAPUT XXVI.

DE CURIA IMPERIALI, ET SESSIONE.

Obſervatio I.

Correctio rubricæ.

HOc in capite de ſeſſione nil diſponitur, magis ergò congruet materiæ, ſi, pro ſeſſione, ſubſtituatur, proceſſione.

§. 1.

Obſervatio II.

Ad verb. ſolennis Curia.

De qua Curia hîc loquatur legislator?

DOminus Dieterich *in not. ad A. B. titul. 26. verb. celebranda. pag.* 107. tradit, Carolum IV. hîc ſaltem deſignare auguſta Electorum officia, quæ Imperatori in ſolenni coronationis actu exhibenda ſunt: Verum, generalitas textus illi reclamat, & præcipuè §. 4. ubi de Imperatore, jam Imperialibus infulis decorato, agitur; hoc eſt, ut pro more iſtius temporis res exprimatur, qui coronam Romanam Imperialem, poſt Aquisgranenſem Regalem, ſuſcepit. Præterea, tempus proceſſionis, nempe quod poſt horam primam incipit, non admittit, ut textus noſter accipiatur de proceſſione, quæ fit in die coronationis; illa enim tempore matutino peragitur, quoniam ad ſolennitatem celebratio miſſæ accedit, quæ veſperi celebrari ſanctione Pii V. anno 1566. prohibetur. Caſalius *de veter. ſacr. Chriſt. ritibus cap. 6. pag. 99.*

Digitized by Google

Obſervatio III.

Ad verb. horam primam.

1. *Quæ hic dicatur hora prima.*
2. *Sigismundus Imperator Argentinæ publicè per plateas ſaltavit, cum choro mulierum.*

1. TExtus accipiendus eſt de hora prima pomeridiana; abſurdum enim eſſet,
2. ſolennem hanc proceſſionem poſt mediam noctem inſtituere. Ludicram tamen maturius ab Imperatore Sigismundo aliquando factam, ex aliis refert Leheman. *in Chron. Spir. lib. 7. cap. 74. pag. 872.* Jacob von Königshoffen ſchreibt in ſeiner Chronick/ und wird auch in der Elſaſſer Chronick gedacht/ daß Keyſer Sigmund umb Margarethen Tag zu Straßburg ankommen/ und faſt 8. Tage daſelbſt verharret/ und ſein Loſament gehabt in deß Lenherrn Hoff. Den zweyten Tag nach ſeiner Ankunfft/ ſeyen Morgens/ umb prim Zeit/etliche Straßburger Weiber zum Keyſer in ſein Loſament kommen/ haben Jhn beſucht/ der alſobald auffgeſtanden/ ſich mit ihnen erluſtiget/ einen Mantel umb ſich geworffen/ und Barfuß mit den Weibern durch die Statt gedantzt; und da Er in die Körber-Gaß kommen/ haben ſie Jhme ein paar Schuhe/ umb 7. Kreutzer/gekaufft/ und angethan/ welches der Keyſer/ als ein frölicher ſchimpfflicher Herr/ zugelaſſen/ noch ferner mit gedantzt/ biß Er ermüdet/ ſich wieder zu Ruhe begeben. Sit fides penes authorem, meam non interpono.

Obſervatio IV.

INtelligo horam primam pomeridianam, ſecundum horologium commune Germanicum, non ſecundum particulare, quale in uſu eſt Norimbergæ, Rotenburgi, &c. Et appellari ſolet Italicum. Utrumque deſcribens Giovdatio Stefano Menochio, *delle ſtuore. parte 5. centur. 10. cap. 31. pag. 379.* ait: *Gl' Italiani ordinarono il loro horologio in modo, che le ventiquattro hore, nelle quali è diſtincto lo ſpatio del giorno, e della notte, finiſcano con il tramontare del ſole, e con le prime tenebre ricominci á correre l'hora prima, e poi le altre. Hà queſt' horologio due principali comodità. La prima è, communemente ſi deſidera ſapere che hora ſia, per ſapere inſieme quanto tempo reſti inſino à ſera, per attendere à negotij, è queſto più agevolmente ſi sà con l'horologio Italiano, che con niuni altro, perche ſe la campana, per e ſempio, batte le vent'hore, ſubito ſappiamo, che inſino à notte ci reſtano quatt'hore. La ſeconda comodità è, che quando il tempo è nuvolo, ò piovoſo, più facilmente s'aggiuſta l'horologio Italiano, acciocbe ſuoni le hore al tempo ſuo, e ſenza errore, che non ſi accomoda quello che uſano li Spagnuoli, e li Franceſi, e li Tedeſchi, che regalano li horologij loro di dodici in dodici hore, cioè dal mezzo di, inſino alla mezza notte; perche ſe non veggono il ſole, che moſtra nell'horologio ſolare il mezzo giorno, non coſi benè poſſono aggiuſtare l'horologio loro, come ſi può il noſtro Italiano, che ſenza altra diligenza, ò diſcorſi all'imbrunire della ſera ſappiamo, che ſpirano le ventiquattro hore.* Non nego però che

l'horolog

l'horologio Spagnuolo, e Franceſe non habbia le ſue comodità particolari. In un conceſſo di perſone letterate ſi diſcorreua, e faceva paragone di queſti due horologij, e ſi trouava preſente il Card. B. che taceva. Interrodato del ſuo parere riſpoſe gratioſamente: biſogna dire, che men buono ſia l'horologio Italiano, perche nell' uſo dell' altro convengono nationi, che non ſogliono mai, ò quaſi mai accordarſi in coſa niuna.

Obſervatio V.

An eadem hora hodiè obſervetur?

HOdiè moribus ab hâc horæ diſpoſitione receſſum, nam in Curiis ſolennibus, ſive Comitiis Imperii, proceſſiones fiunt poſt peracta ſacra, atque, ordinariè ante meridiem.

Obſervatio VI.

Ad verb. Domus habitationis.

1. *De palatiis Imperatorum in civitatibus Imperij.*
2. *Caroli Magni palatia.*

IMperator non habet in omnibus civitatibus, ubi ſolennem inſtituit Curiam, palatium proprium (vide *annot. ad Capitul. Caroli V. art. 30. verb.* Königliche *Reſidentz. num. 8. & ſeqq. pag. 336.* ac *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib. 2. cap. 7. num. 44.*) ideoque, ubi id non habet, alienis utitur domibus, quæ hic dicuntur habitationis. vide *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 7. cap. 35. num. 6.* Norimbergæ inhabitat caſtrum, Ratisbonæ ædes Epiſcopales, Francofurti den groſſen Braunfelß. Carolus Magnus tria in Regnis ſuis palatia primaria conſtituit, Neomagum, Diviodurum, ſeu Theodonis villam: ex Reginone. Hadr. Junius *Batav. hiſtor. cap. 11. pag. 124.* Alii enumerant quatuor; nempe, Aquisgranum, Ingelhemium, Neomagum, & Moguntiam. Ahasverus Fritſchius *in comment. ad l. un. C. de palatiis. cap. 5. num. 5. & 14.*

Obſervatio VII.

Ad verb. Omnibus inſigniis Imperialibus.

Inſignia Imperialia olim plura quàm hodiè.

INſignia Imperialia varia ſunt; de quibus Panvinius *in lib. de Comit. Imper. ſui tit. qua ratione Imper. Francos occidentales, &c.* ita ſcribit: Imperatorum occidentalium, poſt Carolum Magnum, ornamenta & inſignia erant, chlamis aurea vel purpurea, torques aurea, crux cum labaro purpureo, ſceptrum aureum, enſis, lancea, globus rotundus, in orbis formam ſphæricus, clypeus aureus, cum aquila bicipiti nigra, corona aurea, ſive diadema. His ornamentis à quibusdam additur vexillum cum aquilâ bicipiti. Noſtri temporis Imperatores multa ex his retinuerunt, gladium videlicet, coronam, globum & chlamidem, cum clypeo. Crucem verò, lanceam, labarum, & vexillum, ni fallor, in uſu habere deſierunt. Hæc Panvinius. De pleriſque ab

illo enumeratis videri poteſt Höpping. *de inſign. ſive armorum priſco & novo jure. cap. 2. §. 7. ſect. 2. memb. 2. num. 755. pag. 155. & ſeqq.*

Ad verb. inducetur.

Obſervatio VIII.

Differentia inter hæc inſignia qualis?

INſignia Imperialia ſunt duplicia, nonnulla in ſolenni Curia gerit Imperator ipſe, nonnulla geruntur ab aliis. De prioribus hunc §. 1. intelligi debere, ſatis cognoſcitur ex verbo, inducetur. Eſt inter illa 1. Corona, quam gerit in capite, quæ eſt, vel Imperialis Romana, qua uſus fuit ille, qui Romæ Imperator coronatus; vel Regalis, quæ Aquisgranenſis dicitur *hoc cap.* §. 4. qua uſus fuit ille, qui in Regem Romanorum coronatus. De utraque paulò inferius dicendi dabitur occaſio. 2. Amictus Imperatoris; qui eſt, vel antiquus, vel modernus. Antiqui uſus eſt in Curia ſolenni, quæ coronationis cauſa peragitur: Cuſtoditur ille Norimbergæ, (*ut dixi, ac qualis ſit expoſui. tom. III. jur. publ. lib. 7. cap. 35. num.* 12.) & quando Coronatio inſtat, tranſmittitur ad locum coronationi præſtitutum. Tranſmiſſionem hujus, & reliquorum ornamentorum, requirunt Electores, literas ad Senatum Norimbergenſem propterea dantes. Electus verò, per literas monere ſolet Marchionem Brandenburgenſem, Burggravium Norimbergenſem, ut ad petitionem Senatus civitatis, amictum illum, & cetera clinodia adjuncta, conduci faciat per loca ditionis ſuæ, ita, ut ſecurè integra, & illæſa ad locum coronationis (exempli gratia Francofurdum) transferri poſſint.

Ad verb. aſcenſis equis.

Obſervatio IX.

1. *Proceſſio eſt vel equeſtris, vel pedeſtris.*
2. *Principum præſentium prærogativa.*

1. MOre hodierno ſolennis proceſſio non ſemper eſt equeſtris, *ſed* ut plurimum pedeſtris. In Curia ſolenni, quæ coronationis *cauſa habetur*, Rex, & Electores, ac Principes, tunc præſentes, pedeſtres *ſunt*, & ex ædibus ſacris ad locum convivio deſtinatum progrediuntur. In Curia ſolenni Comitiali, quando ad faciendam, & audiendam propoſitionem Imperator cum Electoribus, cœteriſque Statibus, aut eorum mandatariis ſe confert, differentiam hanc obſervari ſcribit Leheman. *in Chron. Spirenſi. lib. 7. cap.* 11. *tit.* 4. *p.* 1012. ut quidem Imperatoris Commiſſarius, ſi Princeps ſit, ut ſæpe conſuevit, & Electorum plenipotentiarii, equitent, Statuum cœterorum ablegati pedibus incedant. Quod, licet enuntietur ſaltem de caſu, quo Imperator ipſe præſens non eſt, attamen ratio etiam illud videtur requirere, ſi
2. præſens ſit. Hoc caſu tamen perpendendum eſt, an non Principes præſentes, præ cœterorum ablegatis, hâc prærogativa uti debeant, ut ipſi equis incedant, hi vero pedibus incedant? Memini de hoc fuiſſe actum in Comitiis Ratisbo-

Digitized by Google

isbonenſibus anno 1653. ac à Principibus ab Imperatore petitum, daß bey dem actu propoſitionis das reiten bey allen anweſenden Fürſtlichen Geſandten durchgehend abgeſtellet/ und den perſönlich anweſenden Reichs-Fürſten/ wider das alte Herkommen/ kein præjudicium zugezogen werden möchte. Percepi tamen poſteà, omnes, tàm Principes præſentes, quam legatos abſentium, pedeſtres fuiſſe. In Comitiis eadem in civitate, anno 1640. habitis, haben die Biſanziſche/ und Teutſchmeiſteriſche Geſandte/ in der Proceſſion, gleich den Oeſterreichiſchen und Saltzburgiſchen Geſandten/ ꝛc. auch anweſenden Geiſt- und Weltlichen Fürſten/ reiten wollen; dieweil es aber/ auff Befehl der Keyſerl. Majeſt. ihnen von dem Reichs-Marſchallen unterſagt worden/ haben ſie es eingeſtellt bleiben laſſen/ ſeind aber vor Abgang der Proceſſion à part auff das Rathhauß gefahren.

Obſervatio X.

Imperator utitur equo albi coloris.

IMperator in ſolenni actu uti ſolet equo albo, in ſignum præcellentiæ, ut annotavi *tom. V. jur. publ. in addit. ad lib. 2. cap. 7. num. 45. pag. 45.* Quod tamen Rex Galliæ ſuo in Regno Carolo IV. Imperat. denegavit, ut ex Louys Guyon *tom. II. de diverſes leçons. liv. 3. chap. 26. pag. 612.* & Favyn, *au theatre d'honneur, & chevalerie. liv. 1. chap. dernier. pag. 98.* docui *d. tom. V. jur. publ. ad lib. 2. cap. 7. num. 45. pag. 46. & ſeq.* nec alia, quæ ſuperioritatis notæ ſunt, illi exhiberi permiſit. *Il commanda bien qu'on luy fuſt des entrées magnifiques par toutes les villes, mais que ce fuſt ſans luy porter poule, & ſans ſonner les cloches.* Bret. *de la ſouveraineté du Roy liv. 1. chap. 3. pag. 21.* juſſit quidem, ut Carolus Imperator magnificè exciperetur à Civitatibus, ſed non introduceretur ſub umbella honoraria, & campanarum ſonitu.

Obſervatio XI.

Correctio textus. ***Ad verb. & illic.***

PUto, vocabulum, *illic*, plane expungendum eſſe, modo textum velimus perfectum reddere, & legendum, ad locum ſeſſionis aptatæ, quilibet eorum in ordine, &c. hoc niſi faciamus, confuſio erit proceſſionis & ſeſſionis, de qua tamen hîc nihil agitur, ſed tantum de illa. Nec enim hîc allegatur lex de ordine ſeſſionis, quæ poſita ſupra *cap. 3. §. 2. & cap. 4. §. 1.* ſed lex de ordine proceſſionis. Præterea, ſi retinetur vocabulum, illic, addi debet, ad perfectionem textus, quid illic fieri debeat; nempè, ut occupent ſedes, eo ordine, qui ſupra præſcriptus, in dictis capitibus.

Obſerv.

Digitized by Google

Ad verb. ordine proceſſionis.

Obſervatio XII.

Conſtitutio, de ordine in proceſſionibus, inter Electores, obſervando.

LEx de ordine in proceſſionibus inter Electores obſervando, exhibita fuit *cap.* 21. & *cap.* 22.

§. 2.

Ad verb. in cujus Archicancellariatu.

Obſervatio I.

1. *Tres ſunt Archicancellarij Imperij.*
2. *Gerunt ſigilla Imperialia.*

1. TRes omninò ſunt Imperii noſtri Archicancellarii, quorum unusquiſque peculiarem Archicancellariatus ſui habet diſtrictum; adeò totum Imperium in tres Archicancellariatus diſtinctum eſt. Moguntinenſis eſt Imperii Archicancellariatus per Germaniam, ut ſupra audivimus. *cap.* 2. §. 1. Trevirenſis per Galliam, & Regnum Arelatenſe, ſupra *cap.* 1. §. 12. Colo-
2. nienſis per Italiam. *d. cap.* 1. §. 11. Horum quisque, reliquis excluſis, in Archicancellariatu ſuo hanc habet prærogativam, ut in ſolenni proceſſione gerat, ſuper baculo argenteo, ſigilla, & typaria Imperialia, ſive regalia. Quando verò illa ante Imperatorem ſedentem, poſt actum proceſſionis jam menſæ accumbentem, deponenda ſunt, omnes illi Archicancellarii ad baculum, in quo ſuſpenſa tenentur ſigilla, manus admovent; ita, ut ille, in cujus Archicancellariatu hoc peragitur, in medio procedat, cœteris ex alterutro latere ſubjunctis. infra *cap.* 27. §. 2.

Ad verb. ſuper baculo.

Obſervatio. II.

Pondus baculi argentei, à quo dependent ſigilla Imperialia.

BAculi hujus etiam fit mentio infra *cap.* 27. §. 2. ubi de ejus pondere diſponitur, nempè quod duodecim marcas æquare debeat.

Ad verb. omnia Sigilla.

Obſervatio III.

Imperatoris Sigillum eſt, vel majus, vel minus.

SIgillum Imperatoris eſt, vel majus, vel minus. Freher. *ad Pet. de Andl. lib.* 2. *cap.* 5. quæ differentia etiam apud alios in uſu eſt. Höpping. *à priſco & novo jure ſigillorum. cap.* 4. §. 6. *num.* 124. & *ſeqq.*

Ad verb. & typaria.

Obſervatio IV.

Typaria quid?

NOmine typarij venit inſtrumentum illud, quo ad incudendam in ipſis Bullis Principis imaginem, & arma, utebantur. Bernhard. à Mallinckrot

de

Digitized by Google

Archicancellariu S. Rom. Imperij lib. 1. part. 2, pag. 119. Hic conjunguntur gilla & typaria, non quod diverſa ſint, ſed ut conſtet, ſigillum hîc nihil iud ſignificare, quam typum, cui inſculpta eſt facies & forma ſigilli, quam er impreſſionem communicamus materiæ, cujus uſus eſt in ſigillis.

Obſervatio V.

Quot ſint typaria?

VIdetur Dieterich *in notis ad c. præſens. verb. deportabunt. pag.* 108. diſtinguere typaria, ut alia ſint Regni Arelatenſis, alia Italiæ, alia Germaniæ; ihi verò de diverſitate illa non conſtat, credoque, ea non rectè dici typaa Regnorum, ſed eſſe & dici debere typaria Imperialia, vel Regalia; uo nomine hîc A. B. utitur. Omninò quoque mihi perſuaſum habeo, paria illa eſſe uniuſmodi, ac formam & figuram unam eandemque haere, & exprimere.

Obſervatio VI.

Sigillum aliud eſt Imperiale, aliud Regale.

TExtus noſter differentiam facit, inter typaria Imperialia, & Regalia; ſcilicet, ut alia ſint illius, qui Imperiales ſuſcepit infulas, alia illius, qui is nondum ſuſcepit. Licet verò hîc non de Rege illo Romanorum, qui vente adhuc Imperatore electus, & Aquisgrani coronatus fuit, ſed ſalm de illo, qui mortuo Imperatore in Regem electus, & Aquiſgranenſi orona, nondum autem Imperiali Romanâ, coronatus, intelligi debeat; tamen, poſtquam effectus illius diſtinctionis à noſtris proſcriptus, & conitutum, ut inter Regem Romanorum, quem electum Imperatorem diciius, & Imperatorem Romæ coronatum, nulla ſit, reſpectu poteſtatis, & ignitatis, differentia, ſigilla, ſive typaria, electi Imperatoris hodiè non ifferunt ab illis, quibus utitur Imperator Romæ coronatus. Caſu autem lo, quo, vivente electo Imperatore, Rex Romanorum ei adjunctus, ſigila utriuſque diverſa ſunt, tàm ratione prædicati, quàm aquilæ, quæ in illis xpreſſa. In prædicato hæc eſt differentia, quod unus utatur Sigillo Imeriali, alter verò Regio; Aquilam verò quod attinet, unius eſt concororata biceps, alterius uniceps, & ſimplex: quod indicatum à me *tom. I. ur. publ. lib. 2. cap. 15. num. 46. & in annot. ad Capitul. Maximil. II. art. 18. num. 59. ag. 502.*

Obſervatio VII.

Relatio Chronicor. Bohemicorum non convenit cum textu Bullæ noſtræ.

CUm §. noſtri diſpoſitione non convenit, quod ex Chronicis Bohemicis exhibet Leheman. *Chron. Spir. lib. 7. cap. 35. pag.* 781. de Comitiis Metenſibus,

Digitized by Google

ſibus, anno 1356. habitis à Carolo noſtro; Darnach ſeynd kommen geritten die Churfürſten/ und zuförderſt die drey Ertz-Biſchöffe/ als des Reichs-Cantzler/ deren jeder am Hals ein güldin Inſiegel hanzend/ und in der rechten Hand einen Brieff gehabt/ ꝛc.

Obſervatio VIII.

De more frangendi ſigilla defuncti Regis Poloniæ.

IN Polonia moris eſt, ut circa celebritatem funeris defuncti Regis confrangantur ſigilla Regis defuncti, & Cancellarii à Coronato Rege novo, nova accipiant. Piaſecius *in Chron. geſtor. in Europa ſingularium ad annum 1632. p. 456.* Apud nos ſigilla quidem Imperatoris defuncti caſſantur, & ut credo, franguntur, ſed non in publico.

§. 3.

Obſervatio I.

Ad verb. ſceptrum.

1. *Varius Uſus ſceptri.*
2. *De columna, vel ſceptro, in inſigniis Electoris Brandenburgenſis.*

1\. SCeptri uſus apud varias gentes, ut exemplis comprobat Louys d'Orleans *aux ouvertur. des Parlemens. chap. 12. pag. 148. & ſeq.* In Galliis, Regi, quando coronatur, traditur ſceptrum; vide *Notit. Regni Franciæ. lib. 1 c. 4. lit. kk. p. 367.* Idem fit in Imperio noſtro. *tom. I. jur. publ. lib. 2. c. 4. num. 11. & ſeqq.* & in ſolenni proceſſione illud ante Imperatorem gerit Elector, Marchio Brandenburgicus. ſupra *cap. 22.* unde in inſigniis ſuis ſceptri quoque
2\. figura utitur in medio ſcuti. Sunt, qui hoc emblema pro columna habent, qui, ſi ſenſu Dionis, ubi ſceptrum columnam vocavit *(à cauſe qu'elle eſtoit tournée en forme de colomne.* Louys d'Orleans *d. l. pag. 186.)* *utuntur,* rectè agunt; quod ſi vero pro vera columna, ex Columneſiorum familia *(unde* originem hodiernæ familiæ Marchionum Brandenburgenſium deducunt) petita agnoſcunt, maximè falluntur. Et, ſi inde eſſet, ea non ſolus uteretur Elector, ſed etiam cœteri ejuſdem familiæ; quod tamen non eſt ſolitum.

Obſervatio II.

Ad verb. pomum.

Pomum Imperiale.

POmum ante Imperatorem, in ſolenni proceſſione, portavit olim Elector Comes Palatinus. *dict. cap. 22.* hodie gerit coronam, pomum vero Elector Bavariæ, ut dixi ſupra *ad cap. 22. obſerv. 5.*

Digitized by Google

Obſervatio III.

1. Enſis nudus præfertur Imperatori à Saxone.
2. Vaginam gerit Pappenhemius.
3. Comes Stabuli Regi Galliarum præfert enſem.
4. Venetiis non ante, ſed poſt Ducem fertur enſis.

Ad verb. enſem.

ENſem Imperatori præfert Elector Saxoniæ, *d. cap.* 22. nudum, vaginam 1.
tenet Pappenhemius. In Galliis, quando Rex ingreditur civitatem, 2. 3.
ibi eſt ſedes Parlamentaria, Comes Stabuli, (*Conneſtable*) ante Regem equi-
tans, manu dextrâ gerit gladium evaginatum; ac quando Rex adſcendit
thronum juſtitiæ, aut Comitiis generalibus Regni præſidet, ante Regem, ad
dextrum latus, ſedet idem Comes, eundem gladium evaginatum tenens.
Vide meam *Notit. Regni Franc. lib. 2. cap. 26. lit. ff. pag.* 1020. Venetiis, in pro- 4.
ceſſione ſolenni, gladius non ante, ſed poſt Ducem fertur, illeque non nu-
dus, ſed in vagina reconditus; cujus cauſam reddens Pierre Matthieu *liv. 3.*
de l'hiſtoire de Louys XI. pag. 162. ait: *c'eſt pour monſtrer, que l'uſage de l'eſpée,*
& l'authorité, depend de ceux qui le ſuivent, (hoc propterea fit, ut innoteſcat,
uſum gladii, & authoritatem, dependere ab illis, qui Ducem ſequuntur.)
Sunt autem illi Senatores, & optimates Reipublicæ.

Obſervatio IV.

Electoribus quando præferatur gladius?

ELectoribus quoque, quando ad Electionem Regis Romanorum ſe conferunt, præferuntur gladii, non ſolum extra Eccleſiam, verum etiam in illa; ut ex deſcriptionibus illorum actuum notum fit. Ita anno 1562. als die Churfürſten auß ihren Herbergen auff den Römer geritten / hat ſich jeglicher derſelben ſein Chur-Schwerdt in der Scheiden vorführen laſſen / und darauff nachgeritten / Goldaſt. *part.* 1. Politiſcher Reichshändel. *in deſcriptione Electionis Maximiliani II. num. 8. pag. 66.* und hernach / in der Kirchen / hat ein jeder ſein Chur-Schwerdt vor ſich gehabt. *pag. 67.* & in deſcriptione Electionis Matthiæ. *dict. part. 1. annotat.* in der Kirchen erſchienen vor dem Altar die Churfürſten / den Eyd vor der Wahl zu præſtiren / da ein jeder derſelben ſeinen Marſchall / mit dem Schwerd in der Scheiden / fürgehend gehabt; Dem Brandenburgiſchen Geſandten aber iſt kein Schwerdt fürgetragen worden.

Obſervatio V.

In Germania habentur duo gladij Caroli Magni.

IN Imperio duo ſunt gladii, qui Caroli Magni fuiſſe dicuntur: eorum unus, qui major, cuſtoditur Norimbergæ; alter, qui minor, Aquisgrani. Hic dicitur Perſico acinaci non diſſimilis, cujus capulus aureus, inſolentibus

Digitized by Google

gemmis diſtinctus, & ſerpentis exuviis obductis, ac vagina ejus inſigni portione monocerotis exornata. Maten. *lib.3. de Coron. Ferdin.II. p.87.* Quando Imperator, die Coronationis ſuæ, in Germaniâ creat Equites, unum ex his gladiis eligit pro libitu, ad perficiendum illum actum, ex Hartmanno Mauro Noppius in der Aacher Chronick. *cap.11. p.58.*

Obſervatio VI.

De miniſteriis Electorum.

Ad verba ſuperius exprimitur.

DE his Electorum ſecularium miniſteriis actum, ſupra *cap.22.* alio tamen obſervato ordine. Ibi enim primo de enſe, deinde de pomo, denique de ſceptro dictum; hîc verò, primò de ſceptro, deinde de pomo, & ultimo loco de enſe.

Obſervatio VII.

De Veſtitu Electorum.

VEſtitus Electorum ſecularium, quo utuntur in ejuſmodi ſolennitatibus, eſt paludamentum holoſericum rubrum, pellibus hermelinis ſuffultum, & prætextum, pileuſque ejuſdem materiæ, coloris, ac prætexturæ. Electorum Eccleſiaſticorum verò veſtitus, in ſolenni Curia, eſt toga, ex panno coccineo rubro, hermelinis pellibus ſuffulta, & prætexta, pileus quoque ex dicti coloris panno, itidem hermelinis pellibus prætextus: ut tradidi *tom.IV. Jur. publ. in addit. ad lib.3. cap.2. pag.291. & ſeq.* ac *ad lib.5. cap.7. num.23. pag.429.* Der Geiſtlichen Churfürſten Habit iſt ein rother ſcharlachen Rock/ inwendig mit weiſſen Hermelinen gefüttert/ auch außwendig/ unden herum/ mit deßgleichen belegt/ und eine Haube/ vom gleichen Zeug und Gebremt/ auff dem Haupt; Die Weltliche Churfürſten tragen rothe ſammete Röck/ und Hauben/ mit Hermelinen verbremet. vide Goldaſt. Politiſcher Reichs-Händel. *part.I. p.69.* Forma coloreque, ac pellibus, *Electorum veſtitus* conveniunt, ratione autem materiæ differunt in eo, quod Eccleſiaſticorum eſt ex laneo panno, ſecularium verò ex ſerico. Quod tegumentum, vel ornamentum capitis attinet, Rex Bohemiæ corona uti poteſt. *d. p.96.* Hinc apparet, quid judicandum ſit de relatione Myleri *in addit. ad Rumelini diſſert. part.3. diſſert.5. theſ.16. p.781.* quando ait, Imperii Electores, Imperatorem concomitantes, ſolenni & illuſtri veſtitu incedunt: Eccleſiaſtici Electores inſignia, ſeu ornamenta Pontificialia, gerunt, quales ſunt mitra, pallium, crux, baculus curvus, der krumme Stab. Hunc tamen baculum in actibus Imperialibus an gerant, dubito, &c. Ita ille.

Digitized by Google

§. 4.

Obſervatio I.

Ad verb: ſuo loco.

Locus aſſignatus Trevirenſi in proceſſione ſolenni.

DE loco Archiepiſcopo Trevirenſi competente in proceſſione ſolenni, actum fuit, ſupra *c.21.*

Obſervatio II.

Ad verb. primo.

De prælatione coronarum.

QUo ordine coronæ Imperatori præferri debeant, non ſatis clarè in Bulla noſtra explicatur. Coronæ Aquiſgranenſi locus quidem primus aſſignatur, Mediolanenſi ſecundus, ut conſtet, quæ nam ex illis dignior judicetur: at verò, an illa ſeparatis in lineis, an ve in una, & connexa, (ut cætera inſignia ab Electoribus præferuntur, ſupra *c.22.*) portari debeant, potius ex uſu, quam hac noſtra conſtitutione petendum erit. Si diverſas conſtituis lineas, docendum tibi erit, an primus locus ille dicatur, qui proximior, & primus eſt à Trevirenſi, an verò, qui in illis lineis anterior. Si connexam admittimus, dici debebit, primum locum eſſe à dextro, ſecundum à ſiniſtro latere.

Obſervatio III.

De Corona, quæ Aquiſgranenſis dicitur.

COrona, quæ Aquiſgranenſis dicitur, nomen hoc inde obtinuit, quod Aquiſgrani, in coronationis actu, electo Imperatori, quem veteres Regem Romanum appellarunt, regulariter imponitur, infra *c.28.* §.5. Cuſtoditur autem Norimbergæ, cum aliis Inſigniis Imperialibus, ut annotavi *tom.III. jur. publ. lib.7. cap.35. num.12.* Vocatur etiam hæc corona Diadema Regium, hac Bulla noſtra *c.4.* §.3. Corona Regni Teutonici, à Friderico I. epiſtola ad Ottonem Freiſingenſem, patruum ſuum; ac ab Ænea Sylvio, cum legato Friderici III. in oratione, quam habuit Cæſaris nomine ad Innocentium IIX. Papam. Conring. *de Germanor. Imper. Romanor. cap.12. p.104.* & more hodierno die Römiſche Königliche Kron. *Capitul. Caroli V. artic.30. Rudolphi II. artic.31. Matthiæ, artic.38. Ferdinandi II. artic.37. Ferdinandi III. artic.39. Ferdinandi IV. artic.37. Leopoldi, artic.37.* Corona Germanica. Sylerus *in addit. ad Rumel. part.3. diſſert. ad A.B. 6. theſ.7. lit. a.* non ſolum, quod in Germania eam ſuſcipiat Imperator, ſed etiam Regni Germanici reſpectu. Ita enim olim viſum, tres illas Reſpublicas conjunctas, Regnum Germaniæ, Regnum Longobardiæ, ac Imperium Romæ, tribus diverſis Coronis diſtinguere: non autem ſeparare. Unus enim ſummus

Digitized by Google

omnium magiſtratus Cæſar, cujus electio, & Conſtitutio, ſoli Germaniæ competit.

Obſervatio IV.

De materia hujus coronæ.

COronam hanc alii dixerunt eſſe ferream, alii argenteam, utrique erronee; eſt enim aurea. vide *tom. I. jur. publ. lib.2. cap.4. num.37.* Sed errorem aliorum non ſolum nuperè amplexus eſt, Narciſſus Schwelin in der Würtenbergiſchen Chronick. *pag. 523.* verum etiam alium, hiſtorico planè dedecoroſum, cum illo conjunxit, dum ſcripſit, Keyſer Carol der Groſſe/ welcher zu Aach/ wie Münſterus ſchreibt/ Anno Chriſti 814. geſtorben/ und begraben liegt/ der hat damals neben den Fürſten Verordnung gethan/ daß hinführo die Römiſche Keyſer daſelbſten eine eiſene/ zu Meyland eine ſilberne und zu Rom die guldene Kron empfahen ſollen.

Obſervatio V.

Ad verb. Mediolanenſis.

Corona Mediolanenſis.

SEcunda Corona hîc dicitur Mediolanenſis, quoniam Mediolani ea coronandi, qui in Germania in Regem Romanorum erant electi. Melius autem dicitur Longobardica, cujus Regni cauſa conferebatur. Nam, quod Mediolanum attinet, licet nonnulli à noſtratibus, in Cæſarem electi, ibidem Coronam Regni Longobardici ſuſceperint, ſunt tamen, qui aſſerant, eam ſuſcipiendam fuiſſe Modoëtiæ, quam Regni Italici ſedem nominat Radevicus *de geſtis Frideric. I. lib. 2. cap. 8.* vide *annot. mea ad Capitul. Caroli V. artic. 30. verb.* die Römiſche Königliche Kron/ *num. 9. & ſeqq. pag. 511. & ſeq.* Hujus juris initium (quod incertum, *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 4. num. 51.*) alii referunt ad Theodolindam, Reginam Longobardorum, uxorem Agilulphi Regis. Annales Mediolanenſes, Sigonio *teſte lib. 1. de Regno Ital.* aſſerunt, hanc Reginam ſtudiis pacis intentam, & Catholicæ religionis ſtudioſam, oppidum, olim Moguntiarum, nunc verò Modoetiam, appellatum, nobilitaſſe, regiam ibi magnificam condidiſſe, & regiæ Baſilicam nobiliſſimam addidiſſe, ſancti Johannis Baptiſtæ nomini conſecratam; & conſtituiſſe, ut Reges Longobardorum ibi Coronam ferream acciperent: vide *Bavariam ſanctam. pag. 36.* Addunt etiam annales, coronam illam auream fuiſſe, ſed circulo ferreo interiore intextam. Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 10. cap. 5. pag. 1035.* Licet autem, poſtero tempore, nonnulli Imperatores hanc coronam Mediolani ſuſceperint, Modoetia tamen non ceſſavit jus ſuum tueri, & Mediolanenſes à ſe hoc onus avertere. Rem ita geſtam narrat Alciatus *de form. Rom. Imper. circa f.* Cum Henricus Lucelburgenſis Mediolani, in Ambroſii templo, coronatus fuiſſet, Moguntiaci, vetuſto ſe jure,

e jure, debitoque honore fraudari exiſtimantes, Henricum adeunt, debuiſſe Regni decreta in Baptiſtæ Johannis æde, quæ apud eos opulentiſſima eſt, ſſumi, contendunt; idque ſibi Ænobarbi officio, aliorumque Cæſarum conſuetudine tributum, affirmant, (quod Mediolanenſium odio Ænobarbus fecerat) ipſe quinque aureorum millibus acceptis, impoſterum conſenſu ſuo ratum fecit. Non repugnavere cives, quo minus Moguntiam Regni Italiæ ſedem eſſe Henricus privilegio declararet: uſu enim didicerant, id, qualiſcunque honoris eſſet, ſemper in ſummam urbis calamitatem verti, quod intra mœnia recepti milites, feræque nationes, quas in exercitu habere Imperatores conſueverunt, à rapina & cædibus temperare neſciant, conſultiuſque paci ſit, ſi urbe excluſus Cæſar, ſua eo in oppido inſignia accipiat, in quo propter cenſus inopiam, nec diutius eſſe, nec multum damni inferri poſſet. De materia hujus Coronæ, & cur ferrea dicatur, ac cur ab aliis palearis, dixi *tom.I. jur. publ. lib.2. cap.4. num.46. & ſeqq.* & *tom.IV. in addit. ad d. lib. & cap. n.48.* Hanc Coronam poſt Carolum V. nemo ſuſcepit, nec ille eam ex debito, ſed arbitrio: in Capitulatione enim, quæ illi præſcripta, ſe tantum obligavit ad ſuſceptionem Coronæ Regalis, & Romanæ Imperialis. *d. artic.*30. quod etiam obſervatum poſtea in ſubſequentibus Capitulationibus, Leopoldi, Imperatoris moderni, excepta, in qua ſolius Regalis Coronæ mentio facta deprehenditur, *artic.*37.

Obſervatio VI.

Corona Regni Arelatenſis.

CEremoniale Romanæ Eccleſiæ (quod vulgò attribuitur Chriſtophoro Marcello) *lib.*1. *ſect.*5. legimus, ait, & in aliis hiſtoriis quoſdam Imperatores Arelate etiam Coronam ſuſcepiſſe de Regno Arelatenſi, & alibi alios pro aliis Regnis: Nam & Carolus IV. Avenionem venit ad Urbanum V. anno ſalutis milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto, multo ante juſſu Innocentii VI. Romæ Imperator coronatus: Qui rebus, quarum gratia ad Pontificem venerat, abſolutis, Arelate profectus eſt. Hoc ſi admittimus teſtimonium, quæri poterit, cur Carolus hîc Coronæ Arelatenſis, nullam injecerit mentionem, quæ tamen, ſi unà cum Aquiſgranenſi, & Mediolanenſi, in proceſſione portaretur, actum redderet ſolenniorem? tempore, quo Aurea Bulla condebatur, Carolus nondum ſuſceperat hanc Coronam, nec ab ejuſdem anteceſſoribus ſemper ſuſcepta fuerat, ideò fortaſſis noluit tunc de illa quicquam diſponere, tamquam de non neceſſaria, nec admodum conſueta, aut utili.

Obſervatio VII.

Forma Coronæ Imperialis.

Quid

QUid nomine inſularum veniat, dixi ſupra *ad proœm. Bullæ obſerv.* 26. & hîc eam pro Corona Imperiali accipi non dubito, figura illa, qua pars pro toto ponitur. Infula enim ſuperiori parti coronæ ſubjacet, ut ſupra monui. In Ceremoniali Romanæ Eccleſ. *lib.*1. *ſect.*5. *c.ult.* his verbis deſcribitur: Differt forma Coronæ Imperialis ab aliis, nam ea ſub ſe tiaram quandam habet, in modum ferè Epiſcopalis mitræ; humiliorem tamen magis apertam, & minus acutam: eſtque ejus apertura à fronte, non à lare, & ſemicirculum habet per ipſam aperturam aureum, in cujus ſummitate crux parvula eminet; eam tiaram aliæ Coronæ non habent.

Obſervatio VIII.

Ad verb. Coronati.

Iterum de hâc Corona.

HÆc Imperialis Corona non portatur ante Imperatorem, ſed ille eam ipſe gerit. *ſupra in proœm.* capiti impoſitam, vel ipſam, vel aliam eandem repræſentantem. Hinc verba, quas geſtabunt, quæ habentur in textu, non referenda ſunt, ad has infulas Imperiales, ſed ad coronas antea enumeratas. Cœterum de hâc corona multa annotavi *d. tom.I. jur. publ. lib.*2. *cap.*4. *n.*53. *& ſeqq.* ac *tom.IV. in addit. ad d. cap.*4. *num.*53. *& ſeqq.* nec non *tom. V. in addit. ad dictum locum.*

Obſervatio IX.

Ad verb. decoratus.

An Coronam Imperialem Imperator ſuſcipere debeat?

AN hæc Imperialis Corona Imperatori ſit neceſſaria; & ab eo, modo perfectus eſſe, & dici velit Imperator, ſuſcipienda ſit, hactenus variè diſputatum à Variis, quorum plures nominat Hœpping. *de inſignib. cap.*2. §.7. *ſect.*2. *memb.*2. *num.*814. *pag.* 814. quibus addi poſſunt negantes, Carpzov. *de L. Reg. Germ. cap.*11. *ſect.*10. *num.*11. aliique recenſiti à *Mylero in additam. ad Rumelin. part.* 3. *diſſert.* 6. *theſ.* 8. affirmans Dieterich *in not. ad A. B. titul.*26. *verb. deputandi. pag.*110. Ego de hâc quæſtione ſæpius egi, *nempe d. tom.I. lib.*2. *cap.*4. *num.*89. *tom.IV. in addit. ad d. cap. & n. p.*229. *& ſeqq.* in *annotam. ad Capitul. Caroli V. artic.*30. *verb.* Zum beſten befleiſſigen die Keyſerliche Kron. *pag.* 342. *& ſeqq.* Hodie, poſtquam in Capitulatione ſua Leopoldus, modernus Imperator, ad requirendam hanc coronam ſe non obligavit, *ut monui ad hunc* §. 4. *obſerv.* 5. dicendum eſt, eam ab aula plane receſſiſſe.

Obſervatio X.

1. *Caroli Paſchalij judicium de Coronis Imperatoris.*
2. 3. 4. *Examen hujus judicij.*

1. CArolus Paſchalius *lib.* 10. *Coron. cap.*7. (vide ap. Goldaſt. *politic. Imper. parte* 3. *pag.*242.) ſcribit, non una Corona inſignitur Imperator, ſed ut plurimum

Digitized by Google

plurimum tribus, quandoque quatuor, & quinque; ut accidit Friderico, authore Ottone Friſingenſi. Prima de Regno Francorum Aquiſgrani: ſed hanc ego coronam aſſimilo triumpho Domitiani de Germania. Secunda Ratisbonæ, de Regno Germaniæ: Cujus Regni nihil, quod ſciam, extat præter inane nomen. Tertia Papiæ, de Regno Lombardiæ; & hîc quoque vano titulo. Quarta Romæ, pro Romano Imperio: Cujus ne ullum quidem, niſi in libris, veſtigium extat. Quinta Modontiæ, pro Regno Italico, ſive Longobardico, &c. & hoc quoque Regnum Italicum mente concipi verius, quam manu tangi, aut oculis deſignari, ubi ſit, poteſt. Verè Julianus, loquens de inani purpura, ſine viribus maximis panni quid faciunt leves? Ita ſine Regnis, cui rei tantus verborum rumor, qui nihil concrepat, niſi Regna, quæ nuſquam ſunt. Hæc Paſchalii verba recitans, 2.
Arumæus *diſcurſ. 6. ad A. B. cap. 26. theſ. 37. pag.* 323, ſubnectit; Sarcaſmus hic homini Gallico, cujus judicio nec creſcere, aut decreſcere res noſtræ poſſunt, remittendus erit: Nec enim coronationes variæ introductæ ſunt, ait Henr. Bebel. *in apolog. pro Romano Imper.* propter majus Imperium, ſed propter conſuetudines locorum. Dn. Dieterich *in not. ad A. B. d. tit. 26.* 3.
verb. deputandi. pag. 110. eundem Paſchalii locum referens; lubens fateor, inquit, Imperium, quod Otto Magnus potenti manu apud Germanos retinuit, & Italiam, Longobardiam, Siciliam, Calabriam, & Apuliam, cum ipſo Arelatenſi Regno complectebatur, ab aliquot jam ſeculis multum deceſſiſſe, animo verò excidiſſe Germanis recuperationem amiſſorum vix crediderim, ut non habeat Gallus ſcriptor, de quo exagitet Germanorum Imperium; DEI voluntate mox cadunt Regna, mox ad primam originem & florem facilè revertuntur. Modeſtè hæc Germanus immodeſto opponit Gallo, cujus odium in noſtrates non leve fuit, & innotuit tam ſcriptis, quam verbis, & actionibus, etiam tunc, quando Regis Galliæ fuit legatus ad Rheto Helvetios. Ego hominis eruditionem in dubium non voco, ſed magna eam bile fermentatam fuiſſe affirmo. Ne ſucceſſoribus ejus, quorum adhuc hodiè non omninò caret Gallia, relinqui hîc poſſit ulla calumniandi materies, enuntiatum adverſarii examinare aggredior. Quod Pa- 4.
ſchalius hîc teſtimonio Ottonis Friſingenſis probare voluit, (ut etiam factum à Majolo, ſicut retuli *tom. I. jur. publ. lib. 2. cap. 4. num.* 50.) id in ejuſdem libris non reperitur. Ego legi editionem Urſtiſii *tom. I. German. hiſtoric. illuſtrium.* in qua *ſub tit.* 6. exhibentur duo libri, de geſtis Friderici I. in quorum ſecundo *c.* 3. (*pag.* 448.) mentio fit Coronationis Aquiſgranenſis, *cap. vero* 20. (*pag.* 460.) coronationis Papienſis, *& cap.* 22. (*pag.* 464.) Coronationis Romanæ, de aliis altum in his libris eſt ſilentium. Nec verò aliarum meminiſſe potuit, cum nec ipſe Fridericus, in Epiſtola ad Ottonem, *extat apud Urſtiſ. dict. tom. I. pag.* 403.) aliarum, quas ſuſceperit, quam

Digitized by Google

Aquiſgranenſis, Papienſis, & Romanæ, mentionem faciat. Nemo autem melius eas recenſere potuit, quam ille, qui eaſdem ſuſcepit; cur vero nonnullas reticere, alias verbis exprimere voluiſſet, cauſa nulla proſtat. Primam ſuſcepit de Regno Francorum, ut Paſchalius ſcribit; Fridericus, in dicta epiſtola, eam nominat Coronam Teutonici Regni. Fuiſſe autem duo Francorum Regna, unum Orientale dignum, alterum Occidentale, ex Ottone Friſingenſi *lib.5. Chron. cap.35.* diſcimus; ubi, poſtquam verba feciſſet de Francorum Imperii diviſione in tres partes, inter Ludovici Pii filios, annectit: ex hinc diviſo Regno, Regna modo duo, Orientale, ac Occidentale inveniuntur; quorum alterum (orientale) partem Ludovici, ac Lotharii, ſedemque Regni Francorum palatium Aquiſgrani, ac Imperium Urbis Romæ habet: aliud verò, (Occidentale) quod adhuc Francorum, eo quod iſtud Romanorum vocatur, appellatur, partem Caroli tenet. Hugo Grotius *d. lib.2. cap.9. num.*11. *pag.*189. monet, diviſum Francorum fuiſſe populum, in Occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & Orientalem, qui Germaniam, ſive Alemaniam tenet. & *pag.*193. videri de hac diviſione vult Withikindum *lib.*1. & ibi notata Meibomii, ac pactum Caroli, & Henrici, poſt Capitula Caroli Calvi, & ad id viri magno judicio, doctrinaque præditi, Jacobi Sirmundi. De hoc Orientali Francorum Regno, Aquiſgrani, ubi ejuſdem palatium extitit, coronatus fuit Fridericus noſter, non autem de Francorum Regno Occidentali, quod ad Gallo-Francos ſpectabat: Proinde adverſarius omninò malè hanc coronationem comparat triumpho Domitiani de Germania. Ratisbonæ Fridericum coronatum fuiſſe, nullibi annotatum reperi, hoc tamen à Cuſpiniano *de Cæſar. atq. Imper. Roman. in deſcript. Frider. I. m.*323. obſervatum, hunc Imperatorem, reverſum in Bavariam, in Divi Emerani Monaſterio Ratisbonæ, coronationis ſuæ approbationem à Pontifice accepiſſe, Regni ſive Imperii *Germanici* (verba idem innuunt) reſpectu, Maximilianus I. author *fuiſſe dicitur, Im*peratoris titulo conjungere prædicatum Regis Germ*aniæ*, *hac formula*: Wir Maximilian/ von GOttes Gnaden/ erwehlter Römiſcher Keyſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ ꝛc. König. R.A. zu Cölln und Trier. *anno* 1512. *in* C. *Receß. Imper. pag.* 91. cujus veſtigiis hucuſque ſtudioſè inhæſerunt ejus ſucceſſores in Imperio. Magna prudentia à Maximiliano hoc factum eſſe, docet Conringius *de German. Imperio Romano. cap.* 12. *pag.* 109. *& ſeq.* quem ſi videris, operæ feres precium. De hoc Regno, ſi Paſchalii ſcientiam exquirimus, audiemus, ejus nihil extare præter inane nomen. Eſt ſane hæc, vel affectata, vel craſſa ignorantia, hominis docti, & legati Regii, cui non ignota eſſe potuit Germania, ejuſque illius temporis ſtatus, ac potentia. Quicquid fuerit, ejus ignorantia Regnum Germaniæ non evertit, ſed adhuc etiam, adverſariis frementibus, illud ſubſtitit, non ſine egre-

Digitized by Google

egregio robore, quod cognoſcere licet ex matricula Imperii, & Comitiorum Receſſibus. Papienſem Coronam, de Regno Lombardiæ, vano titulo ſuſcepiſſe Fridericum, cantat Gallus, ſed male, pro more ſuo, & contra fidem hiſtoricam. Ex Radevico de rebus geſtis Friderici noſtri. *lib.2. cap.5.* (apud Urſtiſ. *part.1. German. hiſtor. illuſtr. pag.509.*) diſcimus, quid de juribus Regiis in Comitiis Roncalienſibus, anno 1158. ultrò Italiæ Epiſcopi, Principes & Urbes, fuerint profeſſi. Deinde, (ait Radevicus) ſuper juſtitia Regni, & de Regalibus, quæ longo jam tempore, ſeu temeritate pervadentium, ſeu neglectu Regum, Imperio deperierant, ſtudiosè diſſerens, (Cæſar) cum nullam poſſent invenire defenſionem excuſationis, tam Epiſcopi, quam Primates, & Civitates, uno ore, uno aſſenſu, in manum Principis Regalia reddidere: Primique reſignantium Mediolanenſes extitere. Requiſitique de hoc ipſo jure, quid eſſet, adjudicaverunt Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſulatus, monetas, thelonea, fodrum, vectigalia, portus, omnemque utilitatem ex decurſu fluminum provenientem; Nec de terra tantum, verum etiam de ſuis propriis in capitibus cenſus annui redditionem. Hiſque omnibus in fiſcum adnumeratis, tanta circa priſtinos poſſeſſores (Cæſar) uſus eſt liberalitate, quicunque donatione Regum aliquid horum ſe poſſidere inſtrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc Imperiali beneficio, & Regni nomine, idipſum perpetuò poſſideret. Ex his tamen, qui nullo jure, ſed ſola præſumptione de regalibus ſe intromiſerant, XXX. millia talentorum, plus minuſve, reditibus publicis per ſingulos annos acceſſere. Prætereà & hoc ſibi ab omnibus adjudicatum, atque recognitum eſt, in ſingulis civitatibus Poteſtates, Conſules, cæteroſve Magiſtratus, aſſenſu populi per ipſum creari debere, qui fideles ſimul, & prudentes, & Principi honorem, & civibus, patriæque debitam juſtitiam poſſent conſervare. De his autem omnibus fideliter, & ſine fraude recipiendis, & obſervandis, ab omnibus civitatibus, & ſacramenta præſtita, & vades pro libitu Imperatoris exhibiti ſunt. Si hæc Gallo noſtro vana ſunt, vanus ipſe ſit neceſſe eſt. Pergit idem aſſerere, Romani Imperii, pro quo Romæ coronatus fuit Fridericus, nullum, niſi in libris, veſtigium extare; quod de antiquo Romanorum Imperio etiam alii aſſeruerunt, quorum memini *tom.I. jur. publ. lib.1. cap.4. tom.IV. in addit. ad d. l. & c. tom.V. in proœm. in addit. ad d. c.* nec non *in annot. ad Capitul. Caroli V. in proœm. ad verb.* Römiſch Reich. *pag.99. & ſeqq.* & opinionem eorum ibi examinavi. Denique coronatum fuiſſe Fridericum, ait, Moduntiæ, pro Regno Italico ſeu Longobardico. Eſt hæc Corona eadem, quam ſupra Fridericum Papiæ accepiſſe ſcripſit: Cui autem bono hæc reiteratio? Si facta, (de quo valde dubito) ad exemplum Conradi I. referri poterit, qui, licet Mediolani Lombardicum diadema Regium accepiſſet, nihilominus Modoetiæ (quæ

eſt illa Moduntia) iterum ſe coronari, veteri renovata conſuetudine, petiit Sigonius *de Regno Italiæ. lib.8. pag.193.* Hoc regnum mente concipi verius, affirmat Gallus noſter, quam manu tangi, aut oculis deſignari, ubi ſit, poſſe. Intellectum hoc vult author, vel de tempore Friderici I. vel de eo, quo hujus Imperatoris factum expoſuit, & damnavit. Si de illo, Radevicum, quem paulò ante allegavimus, è diametro ſibi contrarium habet, ac illos ſimul, qui annotarunt, cum Friderico II. Regnum omne Italiæ, quod primus Otto felicibus armis Germaniæ aſſeruerat, concidiſſe. Si de altero, fatemur quidem ſplendorem Regiæ dignitatis Italicæ cum Friderico II. ferè extinctum, ipſam tamen illam ne nunc quidem omninò interiiſſe, ſuperſtite nempe etiamnum ſumma Regiorum jurium; id liquidum faciente Conringio *in tract. de finibus Imperij Germanici. cap.23. pag. 493. & ſeqq.* hoc argumento; quod nec apertè, nec tacitè juribus illis Germania hactenus renunciaverit, eoque ne quidem longi temporis aliqua præſcriptione integram libertatem ſibi Italia pepererit. Tandem, ſi adeò inanis noſtrorum Imperatorum dicenda ſit purpura, & Regna, quorum reſpectu coronantur, nuſquam extent, ineptiſſimus fuerit neceſſe eſt Franciſcus I. Galliarum Rex, qui perquam enixè, & magnis conatibus, atque impenſis, hanc purpuram ambivit: Quod Paſchalio citra notam criminis affirmare non licuit. *vide annotam. mea ad Capitul. Caroli V. proœm. verb.* Durch die Wahl. *num.36. & ſeq.*

§. 5.

Obſervatio I.

Ad verb. Auguſtalibus amicta inſigniis.

Inſignia Imperatricis.

IMperatrix, ad exemplum mariti Imperatoris, ſua quoque habet *inſignia*, quibus amicitur: quæ autem illa ſint, hîc non exprimitur. *Puto eſſe* Auguſtalem, vel inſignem veſtem, qua Imperatrix ad *ſplendorem pro arbitrio* ſuo utitur.

Obſervatio II.

Ad verb. immediatè.

Palatinus Codex convincitur erroris.

PAlatinus Codex habet: Imperatrix, vel Regina Romanorum poſt Regem, vel Imperatorem, immediatè ſubſequitur; quod non convenit cum diſpoſitione *cap.22. in f.* ibi: Rex autem Bohemiæ Imperatorem, ſeu Regem ipſum, immediatè, nullo interveniente ſequatur. Pro conciliatione horum textuum dici quidem poterit, *cap.22.* intelligi debere de proceſſione, cui non adeſt Imperatrix; §. autem noſtrum de proceſſione, cui adeſt: vel ſi *dict. cap.22.* etiam comprehendat caſum præſentiæ Imperatricis, diſtingui debere inter nullum, & nullam, nempe nullum debere intervenire

inter Imperatorem & Regem Bohemiæ, maſculum puta, poſſe autem intervenire ullam, ſcilicet Imperatricem. Verum hæc non ſufficiunt ad tollendam contradictionem, quoniam *cap.22.* generaliter diſponit de omnibus actibus vel ſolennitatibus proceſſionum, &c. ſub quibus utique comprehendi quoque debet actus proceſſionis, cui intereſt Imperatrix. Præterea, ſi exceperimus Imperatricem, non poterunt excipi Proceres, qui eam debent comitari, *hoc §. noſtro*: obſtant enim verba, *d. cap.22.* nullo interveniente. Securius itaque eſt, recipere, & ſequi lectionem, quam in textu exhibuimus, ex editione Moguntinenſi, Codici Receſſuum Imperii præmiſſa. Cum de hâc re agerem *in annotam. ad Capitulat. Ferdin.III. artic.4. verb.* Vorgehen. *pag.686.* addidi, ſi Reginam, vel Imperatricem, ejuſque Comitatum ſubſequeretur Rex Bohemiæ, non parum decoris proceſſioni detraheretur, & honori Regis Bohemiæ (qui in actibus Imperii omnibus Regibus præferendus *ſupra cap.6.*) minus conveniens eſſet, ſequi miniſtros, atque pediſſequas Imperatricis, vel Reginæ.

Obſervatio III.

De Intervallo inter Regem Bohemiæ, & Imperatricem, in proceſſionibus obſervando.

Ad verb. competentis ſpatii intervallo.

IMperatrix, vel Regina, ſequi debet Regem Bohemiæ, ſed ita, ut competens intervallum inter eoſdem obſervetur, ne videatur ipſius quaſi tergum urgere. Quot autem paſſus ad hoc competens intervallum requirantur, ceremoniarum magiſtris determinandum relinquitur. Cœterum, ſi quæratur, unde hic locus poſt Regem Bohemiæ procedendi Imperatrici competat, reſpondet Dn. Dieterich *in not. ad A. B. cap. 26. ad verb. procedat. pag.*111. hoc inde eſſe, quod Auguſta gaudeat privilegiis Auguſti. *l. benè à Zenone C. de quadr. præſcript.* Verum, hæc ratio pro illis facere videtur, qui Auguſtam immediatè Imperatorem ſequi aſſerunt, & hac eo caſu utitur Schütz *part.1. Colleg. de Re Romana. diſput.3. theſ.ult. lit.d.* Ab illis verò, qui Regem Bohemiæ immediatè Imperatorem ſequi docent, & Auguſtæ ultimum locum aſſignant, haud providè allegatur.

Obſervatio IV.

1. *Abbas Fuldenſis, quando factus Imperatricis Cancellarius?*
2. *Tenet coronam Imperatricis.*

Ad verb. Proceribus.

1\. ARchicancellarium Imperatricis Abbatem Fuldenſem, etiam inter illos Proceres numerandum eſſe puto, qui in proceſſione eam concomitantur, idemque ſentiendum de Imperatricis Archicapellano, Abbate S. Maximini apud Treviros. Brouverus, qui Fuldenſes antiquitates literis conſignavit, tradit, ante quadringentos annos Abbatem Fuldenſem, Auguſtæ Archicancellarii titulum geſſiſſe. Mallinckrotus verò de Archicancellariis Sacri Romani Imperii *lib.2. cap. 7. pag. 214. & ſeq.* longè altius originem iſtius

iſtius honoris eſſe repetendam cenſet. Annum autem, vel ſaltem Imperatorem, ſub quo cœperit, fruſtra veſtigari, obſtantibus vetuſtatis caligine, & ſcriptorum ſilentio. Ad minimum autem ſuſpicari, ſi non affirmare, licere, ad Otthoniana felicia tempora initium hujus Archicancellariatus redigi poſſe. Arbitratur præterea, non alio reſpectu, jam inde à ſeculis *multis*, Fuldenſem Abbatem, non niſi uni Moguntino ceſſiſſe, reliquis o*mnibus, ne* ipſo quidem Colonienſi Archiepiſcopo, nec etiam Magdeburgenſi, quamvis Germaniæ inter Epiſcopos, & Metropolitanos, Primate, exceptis, præcedentia & ſeſſione potiorem fuiſſe, quam quod Imperatricis Archicancellariatum gereret. Ante Wolffgangi Theodorici ab Enſickheim, Abbatis, tempora, tamen non temerè repertum eſſe, prædeceſſorum ejus aliquem, qui titulos ſuos Archicancellariatus adſcriptione auctiores fecerit, ad annum uſque 1559. (vide *ſubſcriptionem Receſſ. Comitior. illo Anno Auguſtæ habitorum, in Codice Receſſ. Imper. pag.*530.) Nec putat, ſupereſſe diplomata Auguſtæ, Fuldenſis Abbatis ſubſcriptione inſignita, quorum hactenus apud auctorem aliquem, qui publicè prodierit, memoriam ſupereſſe non comperit. Nec tamen inde rectè quem inferre, malè feciſſe prædictum Wolffgangum, ejuſque ſucceſſores, quod uti cœperunt, & perſeverantiis honorum titulis, quibus præcedentes, vel per modeſtiam, vel pro temporum ſimplicitate, abſtinuerant, eò, quod probabile ſit, non minus illis fuiſſe legitimas novitii ſui inſtituti cauſas, quam hi vetuſti moris ſui habuerint. Hæc quidem Mallinckrotus; at mihi ea non ſatisfaciunt, qui novi Eccleſiaſticos proceres, dignitatis, & muneris titulos, non contemnere, & minus Fuldenſem hoc per modeſtiam agere debuiſſe, cum illud munus ei præcedentiam peperiſſet, quam aliquoties magna cura, & egregio ſtudio defendere ſuſcepit, ut ex hiſtoriis notum. Quæ autem vera omiſſi tituli cauſa *fuerit*, in medio relinquo. Certè, etiam reſumptus illi præcedentiam *antiquam non*
2. reſtituit. Habet tamen adhuc hodie à Carolo IV. ſibi *attributum jus, ut,* quoties Imperatricem, ſive Reginam Romanorum *coronari*, aut in veſte Imperiali, ſeu Regia ſedere contigerit, ipſe coronam, quoties more & ordine poſcente, illa à capite Imperatricis deponenda, eandem deponendi, tenendi, & reponendi fungatur officio. vide *tom.I. jur. publ. lib.*2.*cap.*14. *num.*23.

Obſervatio V.

Ad verb. Gomitata virginibus.

De Comitatu Imperatricis.

IN Comitatu Imperatricis ſunt maſculi, & fœminæ. Hæ in textu noſtro vocantur virgines, eo ſignificatu, quo virginum nomine etiam nuptæ intelliguntur, de quo conſuli poteſt Gœdd. *ad l. mulieris.* 13. *ff. de verb. ſign. num.*6, ac alii recenſiti ab Hilliger. *in Donelli enucl. lib.*12. *cap.*29. *lit.*B.

Obſerva

Obſervatio VI.

1. *Memoriale, quod Principes, anno 1653. quando Imperatrix coronanda erat, obtulerunt Imperatori.*
2. *Reſponſum Imperatoris.*

Um anno 1653. Imperatrix coronanda erat, Principes Imperii, tunc præſentes, Imperatori hoc obtulerunt memoriale, ordinem in proceſſione concernens; Allerdurchleuchtigſter/ꝛc. Allergnädigſter Herr/ auß E. Keyſerl. Majeſt. allergnädigſtem Befehl/hat Uns/deroſelben geheimer Rath/und obriſter Hoffmeiſter/deß Fürſten von Dietrichſtein Liebd. geſtern Vormittag nachrichtlichen eröffnet/ was maſſen E. Keyſerl. Majeſt. deroſelben hertz-geliebteſter Keyſerl. Gemahlin/ der Allerdurchleuchtigſten/ Großmächtigſten Fürſtin und Frauen/ Frauen Mariæ Eleonoræ, erwehlter Römiſcher Keyſerin/ auch zu Hungarn und Böheimb Königin/ ꝛc. gebohrner Hertzogin zu Mantua und Monteferrat/ꝛc. Unſerer allergnädigſten Frauen/ veranlaßter Keyſ. Krönung/ auff nächſtkommenden Montag den 11.21. biß würcklich vollzogen/ und bey der Proceſſion in- und auß der Kirchen/unter andern auch dieſe Ordnung halten zu laſſen/allergnädigſt entſchloſſen ſeyn/daß zwar der regierenden Reichs-Fürſten Gemahlinnen/ Ihrer Majeſt. der Keyſerin obriſter Hoffmeiſterin vor/ die unvermählte Princeſſinnen aber dero nachgehen und folgen ſollen. Thun gegen E. Keyſerl. Majeſt. der allergnädigſt beliebten aviſation halber uns förderiſt allerunterthänigſt bedancken/ und zu dem vorſeyenden glorwürdigſt-heiligen actu coronationis Grund Hertzens allergehorſamſt gratuliren/ könten aber E. Keyſ. Majeſt. darneben mit gebührenden reſpect allerunterthänigſt anzubringen uns nicht enthalten/was maſſen Wir/auf gepflogene Nachfrag/und mündliche Unterredung/gründlich befunden/ daß hievorigen Zeiten bey dergleichen/ und andern actibus, ſonderlich aber bey Krönung weyland Keyſerin Annæ, nicht nur die vermählte Fürſtinnen des Reichs/ſondern auch die Princeſſinnen/ je und allwegen vor der Keyſerl. Ober-Hoffmeiſterin die Præcedenz und Vorzug gehabt/und deroſelben niemals nachgezogen worden; maſſen dann zu Zeiten Keyſerin Eleonoræ, das Fräulein zu Sachſen/ ohngeacht daſſelbe in dem Keyſerl. Frauenzimmer würcklich bedienſtet geweſen/ eben um dieſer Conſideration willen/daß Sie eine gebohrne Fürſtl. Princeſſin/ dannoch der Keyſerin Hoffmeiſterin jederzeit vor- und nicht nachgegangen. Weilen nun auß allerunterthänigſter zu E. Keyſerl. Majeſt. tragender Confidentz, Wir uns verſichert wiſſen/daß Dieſelbe es durchauß bey dem alten löblichen Herkommen verbleiben zu laſſen/und die alte Fürſtliche Häuſer/und darvon entſproſſene Fürſtliche Perſonen/ welche die Ehre haben mit E. Keyſerl. Majeſt. höchſtlöblichen Erbhauß Oeſterreich befreundet und alliirt zu ſeyn/ bey Ihren hergebrachten Fürſtlichen Dignitäten/Würden und Prærogativen/ vielmehr allergnädigſt zu conſer-

conſerviren/als dieſelbige in einigen Weg zu diminuiren/in Kayſerlichen Gnaden bedacht ſeyn werden. Als bitten E. Keyſerl. Majeſt. Wir hiemit allerunterthängiſt/ Sie geruhen/ bey vorſeyenden Keyſerlichen Krönungs-Actu, die Proceſſion, an gezogenen alten Herkom̃en gemäß/dergeſtalten/ darmit die Uns anverwandte Princeſſinnen/welche allerhöchſt ernañt Ihrer Majeſtät der Keyſerin allerunterthänigſt auffwarten ſollen/ keinen Schimpff davon zu gewarten/ anſtellen zu laſſen/ allergnädigſte Beliebung tragen/ und das um ſo viel deſto mehr/weilen ohne das dieſelbe in allem nur drey Glieder machen/und Ihre Keyſerl. Majeſt. zu dero nothwendigſten Dienſten die Frau obriſte Hoffmeiſterin/einen als den andern Weg/ nahe gnug an der Hand haben könten. Dargegen wollen Wir gantz gern geſchehen laſſen/ daß in der Kirchen hinter Ihrer Majeſtät/der Keyſerin/dero Frau obriſte Hoffmeiſterin ihren Sitz einnehmen/ und mit Auffwartung/ auch auß- und ankleidung/ ihr Ampt verrichten möge. Gleichwie nun E. Keyſerliche Majeſt. dieſe Unſere allerunterthänigſte Erinnerung/ und angehenge gehorſamſte Bitt/ verhoffentlich ſelbſt nicht anders/ als der Billigkeit und üblichen Herbringen gemäß befinden werden/Alſo thun Wir Uns allergnädigſter Beliebung um ſo viel gewiſſer allerunterthänigſt getröſten; Und thun darmit E. Keyſerl. Majeſt. zu beharrlichen Keyſerlichen Hulden und Gnaden/ Uns und die Unſerige allerunterthänigſten befehlen. Datum Regenſpurg/den 6.16. Julii/ Anno 1653. Ad hoc, Imperatoris juſſu, per decretum, ſub dato 18. Jul. reſponſum fuit: Der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtät/ Unſerm allergnädigſten Herrn/iſt in Unterthänigkeit referirt, und vorgetragen worden/ was bey deroſelben die anweſende löbliche Fürſten des Reichs/ wegen des vor Ihre Fürſtliche Gemahlinnen/ und Fürſtliche Fräulein prætendirten Vorgangs/ für der Keyſerlichen Obriſten Hoffmeiſterin/ bey inſtehender Krönung Ihrer Majeſtät/der Römiſchen Keyſerin/Unſerer allergnädigſten Frauen/ gehorſamſt erinnert/ geſucht und gebetten haben; Wann nun vor allerhöchſtgedachte Ihre Keyſerl. Majeſt. von Zeiten Ihrer angetrettenen Keyſerl. Regierung/ keinem Stand des Reichs ichtwas zugemuthet/ ſo deſſen wolhergebrachter prærogativ, Recht und Gerechtſam/ in einzige Wege zu Nachtheil gereichen können/ alſo ſeynd Sie auch dieſes Orts einzige Neuerung vorgehen zu laſſen/ nicht gemeynt. Nachdem aber bekannt/ und es ohne das die Nothdurfft erfordert/ daß Ihre Majeſtät/die Römiſche Keyſerin/ wie jedesmals/ alſo auch bevorab bey dergleichen höchſten Solennitäten und Krönung/ Ihre Obriſte Hoffmeiſterin näheſten bey der Hand haben/ und von derſelben bedient möge werden; Alſo hat es annoch bey ſolchem Herkommen billich ſein Verbleiben/ und werden ſich vorgedachte anweſende Fürſten des Reichs nicht entgegen ſeyn laſſen/ daß die Frau Obriſte Hoffmeiſterin in der Proceſſion, zu/ und von der Kirchen/ alsbald nach denen regierenden vier Fürſtinnen/ in der Ordnung allein folge; Dafern aber dieſelbe künfftig noch beweiſen würden/ daß es anders

were

Digitized by Google

were gehalten worden/ ſo erklären Ihre Majeſtät ſich allergnädigſt dahin/ daß dieſer erganzene actus ihnen nicht præjudicirlich ſeyn ſolle. Im fall aber Ihre Fürſtl. Gn.Gn. gleichwol einig Bedencken haben ſolten/ daß dero Fräulein Töchter/ und Schweſtern/auff dieſe Weiſe bey dem actu coronationis ſich befinden thäten/ ſo ſtellen Ihre Keyſerl. Majeſt. denenſelben allergnädigſt anheim/ ob Sie mehr beſagte dero Fürſtliche Fräulein Töchter/und Schweſtern/ in der Kirchen erſcheinen/ und alſo der Krönung/ an deme vor Sie außgezeichneten Ort/ beywohnen laſſen wolten. Welches allerhöchſtgedachte Ihre Keyſerl.Majeſt. hochgedachten anweſenden hochlöblichen Fürſten des Reichs/ zum Beſcheid alſo anzudeuten allergnädigſt befehlen; Die denſelben benebens mit beharrlichen Keyſerlichen Gnaden und allem Guten förderiſt wol beygethan/ verbleiben; Signatum Regenſpurg/ ꝛc. den 18. Julii/ 1653.

Obſervatio VII.

Syrmatophora Imperatricis.

MOris eſt, in proceſſione Imperatricis dari Syrmatophoras; tales fuerunt in proceſſione coronationis Imperatricis Mariæ Eleonoræ, Ratiſbonæ anno 1653. die Frau Landgräfin zu Darmſtadt und die Herzogin zu Würtenberg/ Conjunx Ducis Eberhardi, in introitu, in reditu verò, die Frau Pfalzgräfin von Simmern/ und die Frau Marggräfin von Baden.

Obſervatio VIII.

Qui locus Viduæ Imperatoris defuncti adſignandus?

QUid ſi tempore proceſſionis etiam vidua Imperatoris adſit, quem Illi aſſignabimus locum? Nihil de hoc caſu diſponit Bulla noſtra: Sunt tamen, qui eam, ſi prioris Imperatoris vidua ſit, Imperatricis prælatam velint. Arum. *ad A.B. diſcurſ.6. theſ.39.* Sinold. *part.1. de Statu Rei Romanæ. cap.3. theſ.32. lit. d.* allegans *l. 8. in f. de Senator.* Hæc deciſio mihi non ſatisfacit, putoque, quoniam viduæ Imperatoris in A.B. nulla facta fuit mentio, eam ad proceſſionem vocandam non eſſe, admitti tamen poſſe, ſi admiſſionem petat. Hoc caſu multa expendenda erunt, antequam locus certus illi aſſignetur. Inter illa erit, an ſit vidua Imperatoris defuncti, & mater Imperatoris regnantis; deinde, an fuerit coronata in Imperatricem; porrò, an adhuc vidua ſit, aut alii nupſerit, præterea etiam ad proceſſionem ipſam reſpiciendum, cujus cauſa, vel quem in finem inſtituta. Etenim, in proceſſione, quæ fit ob coronationem Imperatricis, fortaſſis aliud dicendum, quam in aliis. His ſimilibuſque præmiſſis, reſolvi tandem poterit quæſtio de loco, an unà cum Imperatrice, vel ante, aut poſt eam incedere debeat; quæ potius ex civilitatis moribus, quam ex legibus Romanis, petendum

 erit.

Digitized by Google

erit. Si ex allegata *l.22. §.1. ff. de Senator.* (*cum qua convenit l. fin. C. de incol. l.22. §.1. ff. ad municipal. & de incol.*) deſumeretur deciſio, ſufficere videri poſſit, ſi defuncti Imperatoris ſit vidua, licet non ſit mater Imperatoris regnantis. Verum, cum fœminæ mariti radiis coruſcare dicantur. *Nov.105. cap.2 in pr.* majus utique lumen à ſole lucente communicabitur, quam ab illo, cujus radii nube teguntur.

Obſervatio IX.

Ad verb. ad locum ſeſſionis.]

Qui locus competat Imperatrici in Seſſionibus?

QUem locum in ſeſſione occupare debeat Imperatrix, hic non exprimitur, ſed ſine dubio ille eſt, qui proximus ad latus Imperatoris.

CAPUT XXVII.

DE OFFICIIS PRINCIPUM ELECTORUM IN SOLENNIBUS CURIIS IMPERATORUM, VEL REGUM ROMANORUM.

Obſervatio I.

ADdatur rubricæ, & de commodis ad ſubofficiales eorum pertinentibus.

Obſervatio II.

Ad verb. Imperator, vel Rex.

1. *Nomen Imperatoris cur, &, quando uſurpatum à Romanis.*
2. *Eſt nomen militare.*
3. *Regis nomen exoſum.*
4. *Ut etiam nomen Domini.*

1. REgis, Dominique vocabulum inſolentiſſimum cum cenſeretur apud Romanos poſt exactos Reges, propterea qui Reipublicæ præficiebantur,
2. Imperatoris vocabulum poſtmodum aſſumpſerunt. Quod vocabulum cum militare eſſet, tam grato animo Romani omnes exceperunt, ut cum
3. quidam Cæſarem ſalutando dixiſſet: Ave Rex; reſpondit ille: Cæſar ſum non Rex, Auguſtus quoque; ut Sueton. in Auguſto *cap.53.* ſcribit: Domini appellationem, ut maledictum, atque ſummum opprobrium ſemper exhorruit, Dominumque ſe appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus ſuis, vel
4. ſeriò, vel joco, paſſus eſt. Xiphilinus in vita Eliogabali refert, quod cum aliquan-

Digitized by Google

iquando ſalutaretur his verbis: Domine Imperator ave: ſalutanti reondit: Noli me dicere Dominum, ſum enim ille, in quo dominatio eſt: cet poſtmodum hanc Domini appellationem aliquando admiſerit, nihiloinus reliqui omnes ad evitandum odium Senatus Imperatores, à miliri virtute, appellari maluerunt. Fortunatus Scacchus arcanorum Sacræ ripturæ, *ſive ſacrorum Elaeo Chriſmaton myrothecio.3. cap.36. pag.*424. de quiis à me alibi dictum,

Obſervatio III.

De ſolenni Curia.

Ad verb. quandocunque.

Olennis Curia hîc dici videtur illa, in qua Imperator, pompæ, & feſtivitatis cauſa, proceſſionem ſolennem, & convivium publicum inſtituit, ut odiè fieri ſolet in Curiis, quæ coronationis cauſa habentur; Olim autem iam in aliis factum. Exempli loco nobis eſſe poteſt Caroli noſtri Curia etenſis, cui poſteriores conſtitutiones Bullæ aureæ adſcribuntur. Ejus lennitates refert ex aliis Leheman, *lib.7. Chron. Spirenſ. cap.35. pag.*781.

Obſervatio IV.

Officia Electoralia unde ſuam habeant originem?

Ad verb. officia.

DE officiis hiſce Electoralibus tria potiſſimum ſunt expedienda: Primum eſt, an à Germanis, motu proprio, vel ad exemplum alterius Nationis, nſtituta fuerint? Certè à Romanis nequaquam manavit; inquit Malnkrot. *de Archicancellar. Sacri Romani Imperij. cap.3. pag.*170.) quamvis Adriaus, & Conſtantinus Imper. Palatina officia multum immutarint, ultraque eterem morem ſplendoris plurimum illis adjecerint. Namque prius per bertos præſtari ſolita, Hadrianus poſtmodum per Equites Romanos obiri oluit; Conſtantinus autem, ad multo honoratiores pleraque deinceps anſtulit. Sed nec à Conſtantinopolitanis Imperatoribus mos iſte muuatus videtur, licet à Græcorum luxu & faſtu quædam ad nos traducta uerint, inter quæ numero aureas Bullas Imperialium diplomatum, Cæſaeum paludamentum, aliaque ejus generis. Nihil tamen iſta de re temerè ro certo definiverim, ſed altiori perſcrutationi reſervare ſatius putarim. Tantò magis tamen pro mero Teutonico invento hæc archiofficiorum ſoennia reputo, quod Bodinus, mordax & iniquus in pleriſque Germanorum enſor, ſine dubio parcius haſce ceremonias, & magnificentiam, arroſurus uiſſet, ſi aliunde potius mutuatas, ac præſertim à popularibus ſuis ad nos rofectas, & propagatas, quàm domi apud nos natas crediſiſſet. *videatur lib.1. de Republ. cap.9.* Hæc Mallinckrot. *d.l.*

Obſervatio V.

An hæc officia ab initio certis perſonis & familiis aſſignata?

ALterum eſt, an ab initio introductionis officia illa certis perſonis, vel familiis, fuerint aſſignata? ad hoc quæſitum reſpondens Mallinckrot. *d.l.* ait: valdè videtur veriſimile, uſque adeo antiquiſſimis illis temporibus temporaria fuiſſe illa officia, ut ne quidem ad vitam certis Principum perſonis credita & aſſignata fuerint, ſed quotieſcunque illa in ſolennibus conventibus Imperialibus, quas Curias noſtri ſcriptores vocant, obiri debuerint, de novo à præſentium numero honoratioribus mandari conſueverint. Hujus opinationis hoc fundamentum habeo, quod rariſſime ſingulis Cæſarum, quas vocavi, Curiis, omnes in univerſum majorum gentium primores, magnateſque, interfuiſſe reperiantur: ſed plerumque ex illis modo hi, modò alii, pro locorum diverſitate, & variorum impedimentorum ſuperventu abfuerint. Hinc, ut ſingulare, & ferè eò uſque inauditum, narrant de conventu Moguntino, in quo Henricus IV. Imperio privatus, & filius homonymus in locum ejus ſuffectus fuit, ex omni Principum numero non niſi unum Saxoniæ Ducem Magnum, ob gravioris ætatis infirmitatem deſideratum eſſe. Licet igitur ita communiter eveniſſe certum ſit, non reperiatur tamen alicubi annotatum, loco hujus, vel illius abſentis, alios in obeundis ſolennibus illis Palatinis officiis vicariam operam præſtitiſſe, quod alias, ſi diverſimodè id ſervare moris fuiſſet, vix præcaveri potuiſſet. Verum hoc, uti obſcurius, & abſtruſius, facilè in medio relinquo. Uſque adeò autem verum eſt, per honoratiſſimos quoſque, & omninò præſentium in aula Principum primos, officia illa adminiſtrari eſſe ſolita; (ex Witikindi *lib. 2. de Geſt. Ottonis I.* Windeck *de Elector. Imper. cap.* 14. Goldaſt. *lib. 3. de Regno Bohem. cap.* 8.) ut nec ipſimet Germanico Imperio obnoxii *Reges* *præ*teriti fuerint, quod, ut hodieque in Bohemo obtinet, ita *olim in Polono,* Dano, Ungaro, idem obſervatum eſſe ex Hiſtoriis aliqua *ex parte* patet, ex reliqua valdè veriſimile eſt.

Obſervatio VI.

Quando hæc officia Electoribus aſſignata?

TErtium eſt, quando hæc officia Electoribus fuerint aſſignata? Vix mihi veriſimile fit, reſpondet Mallinckrot. *pag.* 171. illud cum tertii Ottonis Imperio aliquam communionem habere, quod, quo magis credam, ſequentia me inducunt. Ac primò, ſi verius, & certius eſt, ut Aventinus, Onuphrius, & Baronius cenſent, egoque hiſce incomparabilibus antiquariæ ſcientiæ & hiſtoriæ Triumviris facilè aſſentior; ſeptemviros non Ottonis

ævo

Digitized by Google

ævo, ſed poſteriori exortos eſſe, anſam aliquam non video, cur conjectare eſtimus, ſub Othone magis, quam poſtmodum, ſeculares Electores hæreditariâ proprietate officiorum ſuorum poſſeſſores eſſe factos. Scribit de Lothario Imperatore Otto Friſingenſ. *lib. 7. cap. 9.* quod Regem Daciæ, Daniæ) in ſignum ſubjectionis, ad decorem Imperialis reverentiæ, gladium ibi ſub corona deferre fecerit. Functus igitur eſt Rex ille Archimareſchallatus officio, quod fieri non poterat, aut debebat, ſi Saxoniæ Dux jam tunc hæreditarius Archimareſchallus, à centum & quadraginta circiter annis, conſtitutus erat. De Friderici I. Imperatoris Curia, in campis, haud procul Moguntia, anno 1182. celebrata, ita ſcribit inter alia Arnoldus Lubecenſis *lib. 3. cap. 9.* officium Dapiferi, ſeu Pincernæ, Camerarii, ſeu Mareſchalli, non niſi Reges, vel Duces, aut Marchiones, adminiſtrabant. An ad ſolum tunc noviter creatum Bohemiæ Regem arctari debeat, quod Arnoldus de Regibus ait, diſpiciant lectores judicioſi. Hactenus ſanè hic locus omnia alia mihi indicare videtur, quam fuiſſe eo tempore in ſua quaque familia, ſtata ac firma iſta, ut ita vocem, archiofficia Imperialia. Accedit prædictis, quod non facilis repertu ſit, ſive in documentis, ac diplomatibus antiquis, ſive apud hiſtoricos, alioſve ſcriptores, illiuſmodi officiatorum mentio, extra caſum ſolennium, quas retuli, Curiarum, ante Friderici II. Imperium; inde probabile argumentum ſumitur, antiquis illis ſeculis, nec dum apud quenquam illa fixas ac immotas ſedes ſtatuiſſe, ſed potius, uti ſub Ottonibus, ita etiam ſub Henricis, aliiſque ſequentibus, longo tempore Imperatoribus, motoriam, ut in proverbio eſt, egiſſe fabulam. Fateor tamen, paulo aliter hâc de re ſentiendum fore; ſi certum, & exploratum eſſet, quod de Bambergenſi Eccleſia diverſi referunt, nimirum, ex primæva illius Eccleſiæ, facta per S. Henricum, fundatione, ſecularia iſta Electorum Laicorum officia, ab illius loci Epiſcopo in feudum recognoſci, & per certos Franconici Ducatus Nobiles ſubſtitutorio, & vicario nomine, deſerviri. Ac certè ex illius Eccleſiæ tabulario hæc differentia tolli, & obſcuritas illuſtrari, vel nulli unde poteſt. Satis tamen mirum videatur, tanto tempore latitare, & ſupprimi, ſi quid illic ad rem faciens ſuperſit, & non in apertum protrahi, luceque donari. Illud interim firmiter amplector (*ait idem pag. 192.*) Electoratum non eſſe in familiis Septemviralibus ipſis archiofficiis ſecularibus priores; uti nec de hoc dubito, officia Imperii, in genere conſiderata, longe eſſe ipſis Electoribus, quibus annexa ſunt, antiquiora.

Obſervatio VII.

1. *An Electores de his officiis inveſtiantur ab Epiſcopo Bambergenſi?*
2. *Error Arumæi?*

3. *Diſtinctio authoris.*
4. *Monitum Mallinckrotij.*

1. SUnt qui tradiderint, Electores ſeculares hæc officia ſua ab Epiſcopo
Bambergenſi feudali titulo recipere, quos nominavi *tom.IV. jur. publ. in*
2. *addit. ad lib.3. cap.8. num.77. pag.357.* Inter quos Arumæus non poſtremum
locum occupat, qui *diſcurſ.6. ad A.B. theſ.41.* de hiſce officiis ſcribit: eſt ta-
ta horum officiorum dignitas, ut non tranſeat unà cum Electoratu in-
veſtitura, ſed neceſſe eſt eam ab Electoribus per Vicarios ſuos, ex equeſtri
ordine, ſpeciatim ab Epiſcopo Bambergenſi peti; quod ab Henrico II. Im-
peratore, Comitatu Bambergenſi in Epiſcopatum erecto, eidem primitus
conceſſum fuit. Bruſchius *in Catalog. Epiſcop. Germ. de Epiſc. Bamberg.* quod
inſigne, & auguſtum ornamentum ejus Epiſcopatus, vulgo Sericium Divæ
Cunegundis filum nominari, ſcribit Bruſchius *d.l.* Et in ore vulgi eſt,
Papæ-bergam muro non eſſe cingendam, quod S. Cunigundis eam ſerico
filo pro muro circumdederit. Andr. Presbyter. *in Chron. Bavar. pag.17.*
3. Confunduntur ab Arumæo, quæ ſeparatim conſideranda. Electores ſe-
culares ſunt officiarii Imperatoris, & ſunt quoque officiarii Epiſcopi Bam-
bergenſis. Illo reſpectu, officia, Mareſchallatus, Dapiferatus, &c. accepta fe-
runt, Imperatori, hoc reſpectu, ſimilia officia in feudum tenent ab Epiſcopo
Bambergenſi (hinc corrigi debet error quem erravi. *tom.I. jur. publ. lib.3. cap.*
num.21. & in conſonantiam reduci cum traditis *d, lib.3. cap.7. num.76.* & ſeq.)
Inter hæc autem magna eſt differentia. 1. Illa ab Imperatore accipiunt per
inveſtituram, vel ipſi præſentes, vel plenipotentiarii illorum, ut ex inveſti-
turis cognoſcitur. Epiſcopalia accipiunt nunquam ipſi præſentes, ſed ſem-
per, caſu id requirente, per plenipotentiarios, 2. Illa exhibent Imperato-
ri ipſimet præſentes, vel in caſu abſentiæ, per ſubofficiales ſuos. Quæ ab
Epiſcopo tenent, nunquam ipſimet illa exhibent Epiſcopo, ſed *ſemper* per
Vicarios ſuos. 3. In inveſtitura Epiſcopalium nonnulla *interveniunt, quæ*
in inveſtitura Imperiali longè ſe habent aliter. Quo *referri debent,* quæ
d, tom.IV. in addit. ad d. num.77. pag.358. notavi, ex actu *inveſtituræ,* facto an-
no 1623. 19. Octobr. Electoris Saxoniæ mandatario; nempe, nullum tunc
fuiſſe præſtitum juramentum, ſed ſtipulata manu promiſſionem factam, &
acceptationem, ac gratiarum actionem, hiſce formalibus à mandatario pe-
actam. Er acceptire/ wegen Jhrer Churfürſtlichen Durchleuchtigkeit/ die
Belehnung/ allermaſſen die vorfahrende Herren Churfürſten zu Sachſen
höchſtlöblichſter Gedächtnuß/ die vom Stifft Bamberg laſſen empfangen/
und zweifele nicht/ Jhre Churfürſtl. Durchleucht. werden um des Herrn Bi-
ſchoffs Fürſtl. Gn. es mit Freundſchafft erkennen/ und dem gantzen Capitel
und Stifft/ gnädigen Willen zu erzeigen/ geneigt ſeyn. 4. Reſpectu offi-
ciorum Imperatori exhibendorum Electores habent ſuos ſubofficiarios

Digitized by Google

le quibus *infra ſub* §.6. *hujus capitis* dicam. Reſpectu officiorum Epiſcopo ·xhibendorum, planè habent alios, quibus illa in ſubfeuda conceſſerunt, .c per quos illa exhiberi faciunt: nempe, Bohemus habet den von Auffſaß/ Bavarus den von Pommersfelden/ Saxo den von Ebner/ Brandenburgenſis ·en von Rottenhan. Dubito autem, an pro quinto annotare debeam, quod altem Epiſcopo noviter deſignato, ſemel illa exhibeantur officia, nec amplius reiterentur. Porrò, Mallinckrot. *d.l. pag.*172. hoc tenet, & affirmat, quod ſi omninò fatendum ſit, & ex Bambergenſi archivo ſufficienter probari poſſit, illos, qui hodiè ſunt, & aliquot retrò ſeculis fuerunt Imperii archiofficiales, Henrici Sancti beneficio, illo privilegio & honore frui, non tamen exinde ſequi & concludi ſimul poſſe, quod eo ipſo ab eodem Electores, cum cœterorum excluſione, privativè ſint conſtituti. Quod Cunigun- 4.
dis filum attinet: S. Kunigunden rothen ſeidenen Faden (ut in hiſtoria legiſſe memini) illud tantæ virtutis non fuit, ut contra Suecorum arma Bambergam noſtra ætate tueri potuerit.

Obſervatio VIII.

1. *An Bodinus officia Electoralia dixerit eſſe ſervilia?*
2. *Andius ſine bono.*
3. *Vituperium Bodini.*
4. *Bodini laus.*

IN Bodinum multi ex noſtratibus invehuntur, quaſi hæc officia Electo- 1.
rum ſervilia dixerit, & *lib.*1. *de Republ. cap.*9. ob illa Electores ſervorum inſtar à Cæſaribus habitos tradiderit. Arumæus *ad A.B. diſcurſ.*6. *theſ.*40. Fiſcher. *in diſcurſu hiſtor. polit. juriſd. de electione Regis & Imperatoris Romanor. membr.*1. *concluſ.*10. *num.*46. Mallinckrot. *ſupra citato loco. pag.*170. Satis notum eſt, quo animo Bodinus contra Germanos, pluribus in locis operum ſuorum, ſcripſerit; unde in ſe generale ferè Nationis noſtræ concitavit odium; at eum *d. cap.*9. Electores ob hæc officia ab Imperatore ſervorum inſtar haberi, annotaſſe, in exemplari meo (quod anno 1594. Francofurti, apud Johannis Wechelii viduam, ſumptibus Petri Fiſcheri impreſſum) non reperio. Verba ejus hæc ſunt: *p.m.*191. ne Imperii quidem Germanici Imperator per ſeſe jura majeſtatis habet, niſi aliunde Regnum, omni obſequio, ac fiducia liberum, adipiſcatur. At tametſi Imperator ad ſuos creatores, & Principes Germanorum, quaſi ad ſervos domeſticos orationem habeat, iiſque imperet, ut ſervis, hæc tamen fiunt in ſpeciem antiquæ Majeſtatis, cujus umbram quidem retinent, rem verò penitus amiſerunt. Eſt enim in Principum & Optimatum libero conventu illius Imperii Majeſtas: Itaque univerſi non ſingulos modo Principes, verum etiam Imperatores ipſos imperio ac poteſtate exuere conſueverunt. Imperator verò nec leges jubere, nec tributa imperare, nec exercitum convocare,
nec

Digitized by Google

nec magiſtratus, aut imperia tribuere, nec bellum indicere aut finire, nec conventus admittere aut dimittere, ſine Optimatum ac Principum conſenſu poteſt. Hoc in contextu multa quidem ſunt, quæ veritatem lædunt, ſed nihil de officiis, quæ Electores Imperatori in ſolenni Curia exhibere ſolent, habetur; niſi ergò aliud detur hujus libri Bodiniani exemplar, in quo hic textus à noſtro diverſus ſit, aberraſſe à ſcopo allegatos, in initio hujus
2. obſervationis authores, fateri cogimur. Cujacio *lib.*18. *obſerv.*38. Joannes Bodinus per anagramma eſt, Andius ſine bono; alius, occaſionem arripiens pungendi arripiens, quod in theatro naturali contra Ariſtotelem negantem
3. tem aſinos inveniri in Gallia ſcripſerat, & qui in agro Andio (quem propatria habuit) ſunt, laudaverat, poëticè ita luſit;

Dum laudas aſinos patriæ, Bodine, quid erras?
Ignotumne tibi γνῶθι σὲ αὐτὸν erat?

4. Sed Cujacius ejus fuit inimicus, & certè in politicis ei longè inferior. Quanquam verò in nonnullis ſine bono fuerit, in multis tamen bono abundaſſe ingenio, & judicio, ipſius, quæ edidit, ſcripta ſatis teſtantur, & eum ab aſinina ſtupiditate vindicant. Verax fuit in laude aſinorum Andegauenſium, proinde ludibrio haberi haud meritus, niſi velimus quoque Eraſmum, quem Roterodamum vocant, hominem ſummæ eruditionis & limatiſſimi judicii, katamidiari, quod encomium ſtultitiæ ſcripſerit, ipſe bene-ſapiens.

§. I.

Obſervatio I.

Ad verb. ſedente.

Ratio Lehemanni.

IMperator, proceſſione finita, & ad Palatium, ubi convivium *haberi* conſtitutum eſt, adveniens, ſedem jam ibi poſitam occupat. *Si relationem* Lehemanni, *Chron. Spir. lib.*7. *cap.*35. *pag.*781. ex hiſtoriis *Bohemicis, admittimus,* id factum fuit Metis à Carolo noſtro, in ipſo *foro:* Die Prælaten und Fürſten haben den Keyſer/ ſampt der Keyſerin in Jhrem Keyſerlichen Schmuck/ begleitet auff den Marck/ daſelbſt ſich der Keyſer in einen Stuhl auff erhöheten Ort/ zur Taffel geſetzt/ ſampt der Keyſerin.

Obſervatio II.

Ad verb. ædificium ſeſſionis.

De ædificio ſeſſionis.

ÆDificium ſeſſionis vocatur illud, quod ſeſſioni, & menſæ Regiæ *cap.*28. §.2. deſtinatum, diverſum à domo habitationis. *ſupra cap.* §.1. Hodiè, ad convivium hoc inſtruendum, ſervire utplurimum ſolet Curia civitatis, das Rathhauß/ in qua habentur Comitia.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio III.

De acervo avenæ.

Ad verb. acervus avenæ.

CUjus ſumptibus hic acervus parari debeat? quæſtionis eſt. In deſcriptione coronationis Maximiliani, anno 1562. apud Goldaſtum in Reichshandlungen *pag.* 286. legitur, Chur-Sachſen ſeye auff einem gar wol gezierten Hengſt geſeſſen/ und darauff getrabet in einen Hauffen Habern/ den er ſelbſt hat laſſen dahin führen.

Obſervatio IV.

Baculus, Strichſcheidt.

Ad verb. baculum argẽteum.

CRedo, hunc baculum eſſe vice ejus, quo menſuræ æquantur, nobis dicitur Strichſcheidt.

Obſervatio V.

Menſura, Futtermäßlein.

Ad verb. menſuram argenteam

CUjus capacitatis menſura eſſe debeat, non indicatur; ex pondere tamen baculi,& menſuræ,conjicere licet eam mediocrem eſſe, & tantum forſaſſis continere,quantum ſufficit equo ad paſtum unum, ein Futtermäßlein.

Obſervatio VI.

Lehemanni relatio.

Ad verb. accipiet.

LEhemanni relatio *dict. pag.*781. habet: Der Churfürſt zu Sachſen/ als des Reichs Ertzmarſchall/ iſt auff einem hohen Roß kommen/ hat in der rechten Hand ein ſilbern Multerlein voller Habern gehalten/ iſt abgeſtiegen vom Roß/ und hat die Fürſten/ jeden an ſeinen gebührenden Ort/ zur Taffel geſetzt.

Obſervatio VII.

Error Domini de Bonair.

Ad verb. famulo.

SAxoniæ Elector famulo primum venienti avenam miniſtrare debet, non Imperatori, ut erroneè conſignavit le Sieur de Bonair. *en ſon diſcours ſur la conjoincture preſente des affaires d'Allemagne pag.* 49. ſcribit ille: *Le Duc de Saxe monte un cheval, qu'il pouſſe dans un monceau d'avoine, qui eſt dans la place de l'Hoſtel de Ville, pour en remplir un boiſſeau d'argent, qu'il raſe avec un baſton, qui peſent enſemble douze marcs, qu'il va preſenter à l'Empereur.* (Dux Saxoniæ, equum, quo vehitur, impellit in acervum avenæ, qui ante Civitatis Curiam poſitus, ut impleat menſuram argenteam, quam complanat baculo argenteo, (quæ junctim pondere æquant duodecim marcas argenti) atque fert & præſentat Imperatori.)

Digitized by Google

Obſervatio VIII.

Ad verb. miniſtrabit.

De diſtributione avenæ.

IN actu Coronationis Ferdinandi III. avena non primo venienti famulo ab Electore Saxoniæ data, ſed ſtatim ab illo effuſa fuit. Sinold. *part. 1. ſpec. de Statu Rei Rom. diſput. 7. theſ. 24. lit. e.* idem factum in actu Coronationis Leopoldi. *Diar. Europæum. pag. 947.*

Obſervatio IX.

Ad verb. de Pappenheim.

De Vicemareſchallo Pappenhemio.

DE Vicemareſchallo Pappenheimenſi, ejus officio, & functionibus, vide quæ ex Sixto Sommero adduxi. *tom. V. jur. publ. in additam. ad lib. 3. cap. num. 75. pag. 177.*

Obſervatio X.

Ad verb. Mareſchallus Curiæ.

Tres claſſes officiariorum Imperatoris.

OFficiarii Imperatoris in tres dividuntur claſſes; in prima ſunt Archiofficiarii, Electores; in ſecunda, horum Vicarii, vel Viceofficiarii; in tertia, Officiarii Curiæ, vel aulæ Imperatoris. Exempli gratia; Elector Saxoniæ eſt Archimareſchallus *ſupra cap. 5.* §. 2. hujus Vicemareſchallus eſt Pappenheimenſis *hoc* §. *noſtro,* §. *6. infra cap. 29.* §. *3. & 4.* Mareſchallus Curiæ, vel aulæ, *hoc* §. *noſtro & d.* §. *6. infra cap. 29.* §. *3. & 4.* eſt ille, quem Imperator huic officio præficit. Noſtro idiomate ſunt, Ertz-Marſchalck/ Erb-Marſchalck/ Keyſerlicher Hoff-Marſchalck.

Obſervatio XI.

Ad verb. diſtribuet.

Avena populo in prædam datur.

HOdierno more à Pappenheimio nulla fit diſtributio *avenæ, ſed illa plebi* in prædam cedit.

Obſervatio XII.

1. *Ordo in exhibitione officiorum Electoralium.*
2. *Electoris Comitis Palatini Rheni officium hodiernum.*

1. ELector Saxoniæ primum, & ante cœteros collegas officium ſuum peregit; nec enim commodè poſt alios peragere poſſet. Itaque, in præſtatione officiorum inter Electores non obſervatur ordo dignitatis, expreſſus *ſupra in cap.* 4. §. 1. ſed ille, quem Imperator hoc capite noſtro, accuratius quàm *dict. cap.* §. 4. factum, præſcripſit; nempe, ut inter Seculares Saxoniæ Dux primo, Marchio Brandenburgenſis ſecundo loco, Comes Palatinus Rheni tertio, quarto Rex Bohemiæ, ſuum quiſque exhibeat officium.

Hodie

Digitized by Google

hodiè locum Palatini Rheni tenet Elector Dux Bavariæ, & Palatinus officio ſuo ſatisfacit, nummos in memoriam coronationis cuſos, in circumfuſum populum jactans, & poſtquam ille ceſſavit, ejus ſubofficiarius de Sinzendorff actum perficit. Qui coronationem Imperatoris Leopoldi deſcripſit, *in Diar. Europæo. pag.* 947. ait: Chur-Pfaltz/ ungefehr 10. oder 12. Schritt von der Römer Thür/ unter dem Volck reitend/ und das erſte Geld außwerffend/ begabe ſich bald wieder auff den Römer Saal. Gleich hernach præſentirten ſich beyde Herren Grafen von Sintzendorff als Erb-Schatzmeiſter/ und wurffen in den Schrancken herum/ biß wieder zum Römer/ das übrige Geld unter das Volck/ immittels die Trompeter ſich hören lieſſen/ und durch funfftzig Grafen die Speiſe auffgetragen ward. Vicarius autem Electoris Palatini, Principalis ſui equum accipit, & partem monetarum illarum diſpergendarum in populum. Sprenger. *juriſprud. publ. pag.*180.

§. 2.

Obſervatio I.

Benedictio menſæ. — *Ad verb. ſtantes.*

Benedictio ante menſam fit ſtante Imperatore, Electoribus, omnibuſque aliis præſentibus, propter ſupremi numinis reverentiam. Cur autem hic ſaltem mentio fiat benedictionis, ac nihil exprimatur de gratiarum actione poſt menſam, neſcire me fateor; ſuppleri tamen hic defectus poteſt, è *c.*23. *hujus Bullæ noſtræ.*

Obſervatio II.

A quo fiat benedictio? — *Ad verb. cum cæteris Prælatis.*

Commune eſt hoc Prælatis cœteris, cum Electoribus Eccleſiaſticis, ut aſtent, dum benedictio menſæ peragitur, ſed benedictio ſolis competit Electoribus Eccleſiaſticis, ſecundum ordinem, qui *ſupra cap.*25. à legiſlatore præſcriptus. Hartmannus Maurus *in deſcript. Coron. Caroli V.* apud Goldaſtum *inter polit. Imper. pag.*273. refert, inter Trevirenſem & Colonienſem ortam fuiſſe contentionem, uter eorum benedictionem menſæ legeret, ſed Archiepiſcopum Colonienſem ob ea, quæ in aurea Bulla continentur, ceſſiſſe Trevirenſi, quod ſenior in conſecratione eſſet.

Obſervatio III.

An ea fieri poſſit à legatis abſentium? — *Ad verb. omnes.*

Omnes Electores Eccleſiaſtici vocari debent ad ſolennis Curiæ celebrationem; contingere tamen poteſt, ut propter morbum, vel impedimenta gravia, ibi non compareant omnes. Hoc caſu præſentium ſaltem

Digitized by Google

habetur ratio, ſive duo ſint, ſive unus, excluſis legatis abſentium, vel Capituli, ſi mortuo, & nondum electo alio Archiepiſcopo, ſolennis habeatur Curia.

Obſervatio IV.

Ad verb. à Cancellario Curiæ.

Vicecancellarij, & Cancellarij aulæ Imperialis.

ARchicancellariis Imperii (qui ſunt Electores Eccleſiaſtici) jam ab antiquo ſuccenturiati fuerunt alii, qui vices eorum obirent. Hi primitus, per multa ſecula, Cancellarii Imperialis aulæ, ſive Palatii, (unus Conradus, Herbipolenſis præſul in epitaphio, Cancellarius Sacri Romani Imperii vocatur) vel Curiæ, ut in textu noſtro, dicti fuerunt: nunc autem à ſeculo, & quod excurrit, Vicecancellarii dici cœperunt, eoque etiamnum cenſentur nomine, manente tamen, quæ prius fuerat, officii & dignationis amplitudine, & prærogativa. Vocantur autem illi hodiè, contra ac ſuperioribus ſeculis moris fuit ac ſtyli, Vicecancellarii Imperii, in vulgari Reichs Vice-Cantzler. Hoc Vicecancellariorum prædicatum in hac Imperialium Logothetarum ſerie, hiſtoriæ Guilhelmi Hollandi, & Adolphi Naſſovii, Cæſarum, exhibent. Fatendum interim eſt, pro reſpectus diverſitate & intuitu Archicancellariorum, ipſos quoque Curiæ Cancellarios, verè nil aliud antiquitus, quàm Vicecancellarios fuiſſe, idque ipſimet, licet ſe primitus, multis ſeculis, ut dictum, Cancellarios ſcripſerint, ſatis eo ipſo fatebantur, quod ſolenniter ſcriberent, ſe Archicancellarii ſeu Archicapellani (Archicapellanorum nomen cum Archicancellariis idem eſt. Malinckrot. *de Archicancell. S.Rom.Imperij.parte priore.pag.*7.) vice recognitiones obire. Idem Malinckrot. *d. tr. parte altera. pag.*49. ubi in paginis ſubſequentibus, Cancellarios, qui ſub ſingulis Imperatoribus fuerunt, uſque ad tempus Ferdinandi III. enarrat.

Obſervatio V.

Quis conſtituat Vicecancellarium Imperij pro Germania?

NOtabilia, quæ de Vicecancellario Imperii mihi *nunc* ſuccurrunt, ſunt, 1. Quod juris Electoris Moguntini, Imperii Archicancellarii, ſit, quando vacua Vicecancellarii ſedes eſt, alium ſucceſſorem in officio nominare & Imperatori præſentare. De quo jure in noſtra Capitulatione Leopo- Imperatoris hodierni, *artic.*40. ita diſpoſitum, Wir (Leopold &c.) wollen in Beſtell- und Anſetzung Unſerer Reichs-Hoff-Cantzeley/ ſo wol mit d Reichs Vice-Cantzlers/ als der Secretarien, Protocolliſten, und aller an… zu der Reichs-Hoff-Cantzeley gehöriger Perſonen/ Unſern lieben Vett… Churfürſten zu Maintz/ als Ertz-Cantzlern durch Germanien, in der… allein diſsfalls zuſtehender diſpoſition, unter was Vorwand es ſeye/ kein… griff oder Verhindernuß thun/ noch darin einige Ziel/ oder Maaß geben; …

aus

nch/ was hiebevor darwider vorgangen ſeyn mag/ zu keiner conſequentz gezo-
gen/ und wann ins künfftig etwas darwider gethan/ oder verordnet werden
möchte/ vor ungültig gehalten werden. Mortuo ante paucos annos Ferdinando Curtio, &c. Vicecancellariatum vacantem accepit Georgius Ulricus, Comes à Wolckenſtein.

Obſervatio VI.

Vicecancellarij munus.

2. AD ejus officium pertinet, ſigilla & typaria Imperialia, vel Regia, cuſtodire; quod textus noſter innuit, quando memorat, Electores Eccleſiaſticos illa ab eodem recipere, & ad eundem remittere. De Cuſtodia Sigillorum, vide Höpping. *de Sigillorum priſco & novo jure. cap.6.* §.1. *pag.*128. *& ſeqq.* 3. Eaque privilegiis, conceſſionibus, aliiſque literis Imperatoris apponi curare. 4. Nec non iiſdem nomen ſuum ſubſcribere. De hoc more agit Mallinckrot. *d. parte altera. pag.*113. docetque, etiamſi præter Cancellarios aulicos, Archicancellarii in Imperio extiterint, rariſſimum tamen fuiſſe, ab ipſiſmet Archicancellariis recognitiones fieri, ejuſque rei vix quatuor, aut quinque exempla, ſibi hactenus obſervare datum eſſe, uſque ad Imperium Caroli V. ſub quo Albertum Brandenburgicum, Cardinalem, & Archiepiſcopum Moguntinum, propria manu hoc officium executum fuiſſe, non uno in loco reperiatur: ac referre ejus rei exempla aliquot Chriſtophorum Gevvoldum, in opere de Septemviratu. Manſiſſe nihilominus ex illo tempore in præſens uſque iſtiuſmodi antiquitus receptum; poſtmodum de anno in annum, continuatum morem, citra dubium, ut, quoties vel in Electoralibus, vel generalibus omnium Ordinum Imperii Diætis, (vel quacunque occaſione alia) Moguntinus Elector in Cæſarea aula adſit, non ipſemet ſua, ſed Vicaria Aulici Vicecancellarii opera ſubſcriptiones obeat; liberum tamen eidem ſit, ſi velit, & rogetur, ut ipſemet quoque manu ſua Cæſareas literas ſubſcribat, & recognoſcat, quod, ſpecialis gratiæ loco, extra ordinem diverſis ab Electore Moguntino, tempore Ferdinandi III. Imper. præſtitum, & indultum. In ſucceſſione etiam Alberti, Sebaſtianum ab Heuſenſtein ſubſcripſiſſe Receſſus Imperii Auguſtanos, annorum 1548. 1551. uti & reformationes Politiæ, & pacis publicæ conſtitutionem, eodem anno 1548. publicatas. Vidiſſe etiam Maximiliani II. & Matthiæ diplomata, à Daniele & Joanne Svvickardo, Archiepiſcopis ſubſcripta, ac in Ratisbonenſibus conventibus poſterioribus, ſimiliter in pleriſque obſervatum fuiſſe, diplomata tunc temporis numeroſiſſima expedita documenta præbere. Hoc quoque invaluiſſe, ut ipſo Archicancellario ſubſcribente unà cum illo etiam Vicecancellarius manum ſuam apponat, licet in omnibus uniformiter ita obſervari affirmare vix audeat Mallinckrotus.

Digitized by Google

Obſervatio VII.

Ad verb. in medio.

Locus medius habetur plerumq; pro honoratiori.

INter tres Electores Eccleſiaſticos, is, qui locum medium tenet in proceſſione, honore antecedit cæteros, quos habet ad utrumque latus. Communiter enim apud nos medius locus honorabilior reputatur, quamquam non ubique idem obſervatur, ut dixi *tom.II. jur. publ. lib.*4. *cap.*9. *num.*94. & nequidem in ipſa hac Bulla noſtra, ut videre datur, *ſupra cap.*22. ubi Dux Saxoniæ inter Comitem Palatinum Rheni, & Marchionem Brandenburgenſem medium locum in proceſſione tenet, in ſeſſione verò poſt Comitem Palatinum Rheni locatur. *ſupra cap.*4. §.1. Qui rationem dignitatis loci medii inde deducunt, quod Chriſtus dicatur apparuiſſe in medio diſcipulorum, & DEUS in medio dicatur eſſe eorum, qui in nomine ejus congregantur. Tholoſan. *de Republ. lib.*4.*cap.*10. *num.*12. mihi videntur à veritate aberrare. Illud autem omninò comprobo, quod Tholoſanus *d.l.* monet, cum ſint diverſæ de locatione honorabili ſententiæ, nihil certi definiri poſſe, illo excepto, quod mores loci, & in qua ſint ſententia, qui ibi habitent, ſequi oporteat, cum etiam eadem reſolutio certò tenenda ſit, in ipſis moribus verborum proprietate, & valore monetæ.

Obſervatio VIII.

Ad verb. ponent.

Imperator reſtituit ſigilla Electoribus Eccleſiaſticis.

ELectores Eccleſiaſtici conjunctim baculum complectuntur, & ita ab eo dependentia ſigilla Imperatori offerunt ac decenti reverentia, credo etiam, oratione prævia, deponunt ante eum, menſæ aſſiſtentem. Imperator verò eadem illis ſtatim reſtituit. Aut ergò Carolus V. aureæ Bullæ diſpoſitionem non obſervavit, aut erronea eſt relatio Sleidani *lib.*2. *de ſtat. relig. & Reipubl. pag. mihi* 33. *a.* quod Imperator, reverſus à ſolenni prandio in diverſorium ſuum, demum Imperii ſigilla Moguntino tradiderit.

Obſervatio IX.

Ad verb. majus Sigillum.

Ex illis unus majus Sigillum durante convivio collo appenſum gerit.

ELector Eccleſiaſticus, in cujus Archicancellariatu ſolennis Curia habetur, majus ſigillum Imperatorium, tenia, vel catena (dubius hîc ſ[illegible]) collo appenſum, gerit, durante convivii actu; Quid autem fit interim de ſigillo minori ac baculo argenteo? Dicendum videtur, illa Cancellario Imperialis aulæ tradi. Etenim ſi & baculum, & ſigillum retineret Archicancellarius, illum & hoc, unà cum ſigillo majori teneretur, finita ſolennitate domum reverſus Cancellario tranſmittere. Bulla verò ſaltem tranſmi[illegible]nis majoris ſigilli meminit: Unde conjicere licet, eum antea baculum, ſigil-

ſigillum minus accepiſſe. Cœterum cum Bulla noſtra non conſentit, quod Hartmannus Maurus *in deſcript. epuli Regis coron. Caroli V.* Aquiſgrani exhibiti, annotavit, in eo actu Moguntinum Sigilla Regia, ſibi à Rege reddita, collo aptaſſe, totaque die publicè inde pendentia geſtaviſſe, quamvis Trevirenſis contenderet, Aquiſgranum ad Galliæ pertinere Archicancellariatum.

Obſervatio X.

Sigillum illud cur ad pectus Electoris propendere debeat?

Ad verb. appenſum.

AD pectus uſque hoc ſigillum propendere dicitur, ut, ſi credimus Kirchnero *in Morvillerio lib.*4. *cap.*2. *num.*71. admoneatur Elector, nihil eo ſignari aut confirmari debere, niſi quod intimo cordis ſinu complexum, atque totius animi ſententia ratum & comprobatum habetur, quodque nullo modo retractatum, aut refutatum velit unquam.

Obſervatio XI.

Elector ille Imperatorem concomitatur uſq; ad aulam.

Ad verb. Curia.

ELector ille Archicancellarius, à loco, ubi convivium celebratum, Imperatorem comitatur ad aulam, vel hoſpitium, aut domum hoſpitationis *ut A.B. verb. utar. c.*26. §.1. & ab eo demum loco contendit ad hoſpitium ſuum peculiare.

Obſervatio XII.

Quouſq; continuetur convivium ſolenne?

Ad verb. ad finem menſæ.

HOc convivium in multas extenditur horas. Quando Carolus V. coronatus fuit Aquiſgrani, opiparum tunc convivium, quatuor ferè horis, miro, & quaſi regali cum ſilentio, agebatur, inquit Hartmannus, *in deſcript. epuli illius Regij.*

Obſervatio XIII.

Reditus Electoris ad diverſorium ſuum.

Ad verb. equitando.

HOc non ita ſtrictè obſervatur, ac parum hodiernis moribus intereſt, an Elector ad diverſorium ſuum redeat: inſidens equo, vel carrucæ. Tempore Legislatoris noſtri carrucas non admodum uſitatas fuiſſe credibile eſt. Vide *ſupra obſerv.*5. *ad cap.*1. §.20.

Obſervatio XIV.

Pondus inſtrumentorum, quibus utuntur Electores, quando Imperatori exhibent miniſteria.

Ad verb. duodecim Marcas.

PLacuit Imperatori, ut ſingula Electorum Inſtrumenta, quibus in exhibendo officia utuntur, ſint argentea, & unumquodque habeat pondus

duodecim

duodecim marcarum. Hujus ponderis eſſe debet baculus & menſura D[illegible] cis Saxoniæ, *ſupra* §.1. baculus Electorum Eccleſiaſticorum, *hoc* §. 2. pel[illegible] Marchionis Brandenburgenſis, *infra* §.3. ſcutellæ Palatini Rheni, §.4. Sc[illegible]phus Regis Bohemiæ. §.5.

Obſervatio XV.

1. *Marca.*
2. *Martinij tradita.*
3. *Aliorum opinio.*
4. *Pondus marcæ.*
5. *Sterlingi unde dicti?*
6. *Marca in Germania non fuit uniformis.*
7. Cöllniſche Marck.
8.9.10. *Quot Thaleri Imperiales conſtituant marcam.*
11. *De argento puriſſimo.*
12. *Imperialis non eſt ex argento puriſ[illegible]mo.*
13. *Pes monetæ nobis dicitur* Fuß.
14. *Quid ſit in re monetaria* eine S[illegible]ung.
15. *Quid in re monetaria dicatur* [illegible]*dium.*

1. TRia ſunt, quæ de Marca notanda veniunt; nempe vocabuli origo, ej[illegible]dem ſignificatio, pondus & precium. Vocabulum non tantum La[illegible] enuntiatur Marca, verum etiam Germanicè Marc & Marck/ Gallicè Ma[illegible] Italicè Marca, ac Hiſpanicè ſimiliter Marca. Unde, ſi in etymon inqu[illegible] velis, poſtquam non conſtat, cujus linguæ primum fuerit, & poſtea [illegible] alias translatum, habebis in ſingulis, quod quæras; mihi videtur eſſe [illegible]
2. cum, non Germanicæ originis. Martinius, *in ſuo Lexico Philologico,* [illegible] *Marcha,* inquit, Marck/ in re nummaria eſt, die Marck. In libris feudo[illegible]rum, & vulgò Marca ſcribitur, ut Marca auri. Cujac. *in lib.5. feudor.* Ma[illegible]cas dicit Urſpergenſis pro libris; plus tamen eſt Marca, continet enim du[illegible] libras. Sed quod Latinis olim fuit libra, & hodiè Marca ferè, quod ſeli[illegible]
3. bra, hodie libra. Ego vero hanc traditionem vix ſine obloquio admi[illegible] poſſe video. Philippe Monet *en l'abrege du parallele des Langues, Franc*[illegible] *& Latine, ſub vocabulo Marc,* annotat, *Marc, poid de huict onces, ou de dem*[illegible] *livre Francoiſe, de deux tiers de livre Romaine ancienne, en fait d'or & d'argent, es monnoies, & orfevreries,* ſelibra Francica, Bes Romanus, Bes Italicus. Hie[illegible]rome Victor *in theſauro trium linguarum, Gallicæ, Italicæ, & Hiſpanicæ,* ſcrib[illegible]
4. *Marco de oro, ò de plata, marc d'or, ou d'argent, c'eſt le poids de demi livre, un* [illegible] *di oro, ò di argento, che è il peſo di mezza libra.* Apud nos marca con[illegible] ſedecim lotones, vel octo uncias, quod pondus eſt dimidiæ libræ. E[illegible] bekant (*verba ſunt authoris* der gründlichen Außführung der Reichs-S[illegible] Lindau/ die ohnverſehens abgelößte/ und der Ertz-Hertzogin *Claudiæ* Für[illegible] Durchleucht/ *pendente lite cedirte* Reichs-Pfandſchafft betreffend. *lit.* R[illegible] 486.) daß bey den Römern/ und anjetzo heutiges Tages in Teutſchlan[illegible] ein gewicht Pfund Silbers 16. Untzen/ oder 32. Loth/ und alſo für ein M[illegible] (welches ein halb Pfund thut/ 8. Untzen/ oder 16. Loth gerechnet werde. Q[illegible]

Digitized by Google

pud Anglos, tempore Henrici IV. Regis æſtimatio fuerit marcæ, ex Mat-
hæo Pariſio nos docet Gronovius *de ſeſtertiis, ſeu ſubſecivorum pecuniæ veteris
Græcæ, & Romanæ. lib. 3. cap. 6. pag. 345.* nempe tunc pro Marca tredecim ſo-
lidos, & quatuor Sterlingos computatos. De nomine autem Sterlingo- 5.
rum inter addenda *pag. 906. & ſeq.* ſcribit: Vocabulum unde conflatum ſit,
haud facilè dicemus. A Sturnis avibus, vel ſtellis impreſſis, à Scotorum
Caſtello, à Saxonibus (qui Anglis *Eſterlings*, Belgis *Ooſterlingen*, nunc quo-
que appellantur) ſerius in Angliam profectis, & metalli pretioſi purgandi
artem excolentibus, à ſtarro, quæ vox apocham ſignificaverit in Anglia
fenerantibus Judæis, alii atque alii ductum volunt. Poſtrema fuit docti
viri ſententia, deſcendere à Saxonico *Steore*, quod legem, canonem, regu-
lam, ſignificat, ut Steoram regere: tanquam nummus indicetur legi, vel
canoni nummario conſentaneus, pondere legalis, & regularis. Sanè
Steuren/ Germanis hodieque eſt continere, compeſcere, & Stieren gu-
bernare, Stier gubernaculum, Stierman gubernator Saxonibus, & Belgis.
Sed non videtur vox ſignificationis vel tam amplæ, vel tam remotæ huc ac-
commodari potuiſſe. Vicinius foret Steur/ & Stuyr tributum, & ipſe
Stuferus Belgicus, ſi ſic agere ſufficeret. Verum, ut redeamus ad Marcam 6.
noſtram, ex illis, quæ *dict. loc. & pag. 460. & ſeq.* der gründlichen Außfüh-
rung/ꝛc. leguntur, clarum fit in Germania Marcæ æſtimationem ſecundum
temporum intervalla variaſſe; nec adhuc ubique æqualem eſſe exinde vi-
detur conjici licere, quod in Imperii Receſſibus, in quibus marcæ mentio
fit, ferè ſemper expreſſum legimus, Cöllniſche Marck/ oder Marck Cöllniſch
Gewicht. Prætereà etiam ipſa Marca Colonienſis ratione æſtimationis 7.
inæqualis, & varia eſt, pro varietate ſpecierum monetalium. vide Keyſer
Ferdinandi Müntz-Ordnung zu Augſpurg/ *de anno 1559. in Codice Receſſ. Im-
per. pag. 533. & ſeqq.* Si de Imperiali quæritur, quem thalerum vulgariter 8.
appellamus, quot numero marcam conficiant? Arum. *ad A. B. Caroli IV.
diſcurſ. 6. theſ. 46.* reſponſum erit, marcam unam argenti puriſſimi novem
Imperiales conſtituere, allegans Budelium *lib. 1. cap. 23. num. 12. de monet.*
Alius pro marca argenti puri octo Joachimicos ſupputabit. Suanman. *lib. 2.* 9.
proceſſ. cap. 1. num. 3. Beſold. *in theſ. pract. lit. M. num. 25.* Mylerus *in addit. ad
Rumelin. A. B. Caroli IV. part. 2. diſſert. 5. theſ. 3. lit. B. pag. 498.* Idem quoque
numerus placuit Budelio, quando docuit, thalerum Imperialem, juxta or-
dinationem Imperii pendere unciam Colonienſem, atque ita octo thale-
ros pendere marcam. Ac ne ſaltem authoritatem privatorum attendere 10.
videamur, audiamus legis diſpoſitionem im R. A. zu Augſpurg/ *de A. 1566.*
§. Demnach haben Wir. *pag. m. 574.* ibi: Setzen/ ordnen/ und wollen/ daß be-
rührter Thaler/ gantz/ halb/ und Oerter/ neben andern in dem Müntz-Edict
geordneten Stücken/ und Sorten/ jedoch denſelben in gleicher Güte und Ge-

Digitized by Google

halt gemüntzt/ geſchlagen/ und in Bezahlung für Wehrſchafft/ Jnhalts vorberührter Müntz-Ordnung/ gegeben und genommen werden ſollen; als nemlich/ ein gantzer Thaler/ deren ein Stück ſechtzig acht Creutzer gelten/ ſollen auf die Cöllniſche Marck gehen acht Stück/ und fein halten 14. Loth/ und
11. Grän. Hinc cognoſcimus puritatem argenti in hac moneta non eſſe ſummam: Etenim, ſi maſſa marcæ, octo habens uncias in pondere, eſt duodecim denariorum, (vel ſedecim lotonum) illud argentum eſt puriſſimum, meraciſſimumque, ab omni extranea materia planè, & prorſus repurgatum, ſimplex, ac merum, ac eſt impoſſibile, præſtantius puriusque in mundo eſſe poſſe. Quod ſi verò eſt argentum undecim denariorum, in eo reperitur duodecima pars, id eſt, denarius unus æreus, ſeu materiæ extravagantis. Hæc ſunt principia artis, quæ inculcat Budel. *dict. tractatu de moneta, & re*
12. *monetaria*. Cum itaque Imperialis thalerus tantum contineat argenti puri decem denarios, ſedecim grana, vel quatuordecim lotones, & quatuor grana, facile eſt deprehendere, quantum à ſumma argenti perfectione abſ-
13. eat. Denique, lectoris in gratiam ex Budelio hic quoque referri debet, quod, ubi moneta fabricatur, certæ ordinationes (pedem appellant monetarii, vulgariter Fuß) factæ ſint, quarum intuitu, tanquam ex præſcripto, magiſtri monetarii monetas cudere, pedemque figere ſub gravi pœna tenentur. Talis pes reperitur in Keyſers Ferdinandi Müntz-Ordnung zu Augſpurg anno 1559. auffgericht. *in Codice Receſſuum Imperij. pag. 535. &c.* Pede verò per ordinationem Magiſtratus conſtituto, ad ejus obſervationem requiritur exactiſſima cognitio intrinſeci valoris, & maximè ligæ omnis generis auri, & argenti, quorum metallorum conjunctionem, mixturam, ſeu temperaturam, Germanici artifices eine Schickung/ Galli *alloy* vocant.
14. Quæ temperatura, quoad hoc noſtrum thema, nihil eſt aliud, quam artificioſa plurium maſſarum, aut petiarum, (pieçes) ſive auri, ſive argenti, ſe-
15. cundum propoſiti pedis præſcriptam legem, commixtio. *Cum verò admodum difficile ſit*, præfinitam puritatis metam, uti *etiam exactiſſimum* pondus, tàm exactè obſervare, ut nullus ibidem pror*ſus exceſſus*, aut defectus reperiatur, idcirco Magiſtris monetalibus quondam, Principali indulgentia, intra ſpem veniæ relictum fuit, aliquot grana valoris intrinſeci, tum quoad pondus, tum quoad ligam, non curare: quod artifices, ut & Receſſus Imperii, remedium vocant: *de quo vide* R.A. *de anno* 1570. §. Und ob man biß daher.

Obſervatio XVI.

Ad verb. partem tertiam.

Electorum Eccleſiaſticorum melior conditio, quam ſecularium.

IN hoc Electorum Eccleſiaſticorum melior, præ cœteris Electoribus, eſt conditio, quod quilibet eorum pro parte tertia concurrat in comparandis bacu-

aculo argenteo, atque ita, tres tantum expendant, quantum unus ex Electoribus ſecularibus.

Obſervatio XVII.

De baculo argenteo, & ſigillis Imperialibus.

Ad verb: in uſus ſuos beneplacitos.

BAculus ille, una cum ſigillis, & typariis, aſſignandus eſt Cancellario Imperialis Curiæ, ſed diverſo jure. Baculi enim fit Dominus, propterea o uti poteſt, ut re propria pro beneplacito: Sigillorum autem non fit Dominus, ſed ſaltem cuſtos & adminiſtrator. Ita puto accipiendum eſſe texum noſtrum.

Obſervatio XIIX.

Aureæ Bullæ diſpoſitio non convenit cum relatione Hartmanni Mauri.

Ad verb. remittet.

SI nos non fallit Hartmannus Maurus, in dicta deſcriptione, aliud omninò, quam id, quod hîc in Bulla noſtra conſtitutum, tunc obſervatum fuiſe dici debet. Moguntinus, inquit ille, ad ſuum diverſorium reverſus, ſtam Regi Sigilla, cum argenteo baculo, inſuper candidum, eximiumque quum, dono miſit; quæ omnia mox à Cæſare remiſſa ſunt, Rege; ſubjunente, ſe fidem Moguntin. adeò exploratam perſpectamque habere, ut ſigila Regia nulli magis quàm ipſi credi poſſe exiſtimet. Moguntinus fidei quilem ſuæ commiſſa ſigilla retinuit, argenteum autem baculum, equumque, Nicolao Ziglero, homini ſolerti, Vicecancellario, pro honorario liberaliter edit.

Obſervatio XIX.

Sigillum Regis Galliarum in ſolenni proceſſione equo albo vehitur.

Ad verb. ſuper equo.

CRedo hanc remiſſionem ſine ſolennitate peculiari fieri. Novi verò, in Gallia, quando ſigillum Regium in pompa publica, equo albo tolutaio impoſitum, vehitur, id magno & egregio fieri apparatu. Theodorus Gothofredus, deſcribens introitum Caroli V. Imper. in urbem Lutetiam, u *Ceremonial de France. pag.* 267. addit; *En cette entrée eſtoit le Chancellier de rance, & puis venoit une hacquenée blanche, couverte de drap d'or, ſur laquelle ſtoit le ſeau du Roy, dans un coffre de veloux violet, ſemé de fleurs de lis d'or, couvert d'un voile de creſpe.* (In hoc introitu præſens erat Cancellarius Galliæ, quem equebatur tolutarius equus albus, tectus panno aureo, portans ſigillum Regium, incluſum capſulæ ex holoſerico violacei coloris, intertextis liliis ureis, & coopertæ velo translucido.)

Obſervatio XX.

De equo, qui ab Electoribus Eccleſiaſticis Cancellario Curiæ dono datur.

AN cœteri Electores Eccleſiaſtici, ut in baculo argenteo comparando concurrunt, ita etiam in pretio equi, qui Cancellario Curiæ donandus,

Digitized by Google

concurrant, in dubio relinquo. Ex textu noſtro de concurrentia nil conſtat, ſed æquitas eam admittit. Quicquid ſit, eſt tamen etiam in hoc melior conditio Electorum Eccleſiaſticorum, quam ſecularium, quorum unuſquique ſeparatim equum ſubofficiario ſuo dare tenetur, *hoc capite noſtro.* §.6.

§. 3.

Obſervatio I.

Ad verb. deinde.

Error authoris qui deſcripſit Coronationem Maximiliani.

AUthor *deſcript. coron. Maximil.* apud Goldaſt. in Reichshandlungen *pag.* 258. annotavit, Marchionem Brandenburgenſem officium ſuum Cæſari exhibuiſſe, & poſt eum demum Saxoniæ Ducem ſuo ſatisfeciſſe officio. Sprenger. *in juriſpr. publ. pag.* 180. Marchionem Brandenburgenſem officium exhibere ſcribit poſt Bavariæ Electorem.

Obſervatio II.

Ad verb. argenteas.

Pelvis, quæ à Brandenburgenſi Electore exhibetur Imperatori, an ſit aurea, vel argentea inaurata.

TEmpore Caroli IV. Imper. auream pelvim adhibitam fuiſſe, memorat ex aliis Leheman. *Chronic. Spir. lib.* 7. *cap.* 35. *pag.* 781. idem factum tempore Caroli V. ſcribit Hartman. Maurus *in dict. deſcript. epuli Regij,* quem ſequitur Noppius in der Aacher Chronick. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 60. ac tempore Maximiliani II. (*ita refert author deſcript. epuli Regij Maximiliani II. anno* 1562.) Brandenburgenſis, ad menſam, in medio foro ſtratam, equo vectus properat, auream inde pelvim, & mappam accipit, &, in Curiam rediens, Cæſari & Regi, ut manus lavent, & abſtergant, adminiſtrat. Non puto ego, auream fuiſſe, ſed argenteam & deauratam, ut legitur in protocollo electionis Caroli V. apud Goldaſt. *part.* 1. Politiſcher Reichshandlungen. *pag.* 52.

Obſervatio III.

Ad verb. pelves.

Brandenburgenſis affert pelvim, & urceum aquarium.

SI mores reſpicimus, eſt pelvis, & vas, aquam continens, ad abluitionem manuum, ein Becken/ und ein Gießkanne/ *une aiguiere, & un baſſin*; ut Galli loquuntur; & ex illis ad propoſitum noſtrum, le Sieur de Bonair *en diſcours ſur la conjoincture preſente des affaires d'Allemagne. pag.* 49. *Le Marq. de Brandenbourg, comme grand chambellan, va querir à Cheval une aiguiere, & un baſſin d'argent, pour laver la main de l'Empereur.*

Obſervatio IV.

Ad verb. manutergium.

1. ***Mos Regis Franciæ lavandi manus.***
2. ***Quiſ illi exhibeat mantile, eo in actu.***

Digitized by Google

Rex Franciæ hoc lavandi manus modo non utitur, ſed eundem in finem 1.
illi exhibetur mantile, (*une ſerviette*) aqua ex parte una madefactum.
ui verò competat hoc Regi exhibere, diſputatum fuiſſe inter Condæum, & 2.
ıeſſionem, è ſanguine Regio Principes, percipimus à Grammondo *hiſtor. allia ab exceſſu Henrici IV. lib. 5. pag. 274.* Regi diſcumbenti (inquit) ad menm, tricliniarius minor, abſente architricliniario, mantile præbet abſtergenis manibus: invaluit, ſi fortè Princeps è ſanguine Regio adſtat pranſuro .egi, illi ipſum architricliniarium, eo officio decedere, prærogativa Princiatus. Condæus, Sueſſioque, ambo Principes, forte Ludovico XIII. tum derant, tricliniarius Sueſſioni, de more, mantile præbet, Regi majoris raione officii dignius offerendum: accingit ſe muneri ſuo Sueſſio, obſtat x improviſo Condæus, primus Princeps, id ſibi prærogativæ vindicans ju- ſanguinis; Sueſſio ad hæc mantile prenſare arctius, contraque inſiſtere rchitricliniarium ſe, cujus munere nemo defungi poſſit: haut diffiteri ſe, ngo ſic uſu invaluiſſe, ut præſenti Principi è ſanguine Regio cedat archiicliniarius, ſe utroque jure inſiſtere, unaque Principem, prævalere officio. ontra Condæus, evaneſcere architricliniarii munus coram Principe ſanuinis Regii, cujus ea prærogativa eſt, ut omnium munia unus obeat, ſi bire velit, ſole obſcurari minora lumina: & quanquam, inſtar Sueſſio, eoem jure Principatus immenſam eſſe inter utrumque diſtantiam: ita Regi ıfinitis ſpatiis inferiorem eſſe Gaſtonem, etſi frater eſt: ita ſe Condæum, uamvis proximè inſiſtit, pro ſuperiore agnoſcere, & venerari Gaſtonem, egis fratrem: qui inter utrumque gradus, etſi unicus eſt, infinitis ſpatiis erſonas diſtinguere: gradu proximiores Principes in eo ſtatu poſitos, ut ı remotiores jus vitæ & necis quandoque habere poſſint, ſi fortuna vo-t, quibus nihil juris in eos, qui antecedunt, natura dedit, nihil fortuna daıta eſt. Incaleſcebant Principes, diſſidioque haud procul aberant; in-'rcedit Rex, accitoque Domino Gaſtone, detergit manus fratre miniſtro: ıſſi dein Principes amplexantur ſe invicem; hic jurgii finis. vide ſi placet ıeam Notitiam Regni Franciæ. *lib. 2. cap. 13. lit. n. pag. 715.*

Obſervatio V.

Brandenburgenſis adjuvat in exhibitione aquæ.

HUnc actum Marchio Brandenburgenſis ſolus non poteſt perficere, nam ad eum plures requiruntur perſonæ. Hartmannus Maurus *in d. deript. epuli Regij in coronat. Caroli V. Aquiſgrani exhibiti* ſcribit: aurea pelvi qua Regiis manibus à Marchione Brandenburgenſi, & Comite Zolleren-, minore Imperii Camerario, dabatur, tenuitque Comes Palatinus, & alii rincipes adſtantes, mappam, qua Regiæ manus abſterſæ ſunt. Idem, ex-pto, quod pro minore Imperii Camerario ponit inferiorem Mareſchal-

 lum

Digitized by Google

lum Imperii, habet Noppius in der Aacher Chronick. *d. lib. 1. cap. 2. pag. 6*[illegible] Es kom̃t eben auffs Königliche Salett der Marggraff von Brandenburg/ ſam[illegible] dem untern Reichs-Marſchalck/ und gebt en Jhrer Keyſerl. Majeſt. i[illegible] güldenen Becken das Waſſer/ der Pfaltzgraf/ und die umſtehende F[illegible] halten die Handzwähel. Cum his verò non omninò convenit, quod le[illegible] tur in Protocollo electionis Caroli V. apud Goldaſtum *dict. part.* [illegible] ſcher Reichshändel. *pag. 53.* in Abweſen Chur-Brandenburg habe der [illegible] von Ungarn Jhrer Majeſt. das Waſſer geben in einem verguldten Be[illegible] dabey ſey geſtanden der Pfaltzgraf/ und andere/ ſo gegriffen an das Be[illegible] und Handzwähel.

Obſervatio VI.

De more aulico in exhibitione aquæ ad lavandum manus.

EX more aulico illi, qui mantile tenent, honoratiores habentur præ cæteris; qui pelvim exhibet, tertius; qui ex aquario aquam effundit, ultimus cenſetur. Idem ſi dicendum de illis, qui in conſimili actu Imperatori ſerviunt, Marchio Brandenburgenſis, cujus eſt aquam dare, cœteris poſtponeretur.

Obſervatio VII.

Quinam Pontifici exhibeat aquam ad lotionem manuum.

IN convivio ſolenni Papæ, quod die coronationis ejus inſtituitur, [illegible] lior laicus, Imperator, aut Rex, aquam ad lavandas Pontificis manus a[illegible] Chriſtophorus Marcellus *lib. 1. ſect. 3. ſacrar. ceremoniar.* & ex eodem Johan Hoornbeck. *in examine Bullæ Papalis, qua P. Innocentius X. abrogare nititur pacem Germaniæ. pag. 15.*

§. 4.

Obſervatio I.

Elector Bavariæ hodiè eſt Archidapifer Imperij.

QUouſque Comes Palatinus Rheni fuit Imperii Archidapifer, (ut appellatur *ſupra cap. 1. §. 13. cap. 5. §. 1.*) hoc, quod §. *noſtro ei* injungitur, præſtare debuit; poſtquàm verò hoc officium collatum fuit Duci Bavariæ, ad illius curam illud pertinere cœpit. An autem, & quale Imperatori ad menſam accumbenti, officium hodiè præſtare debeat Comes Palatinus Rheni mihi non conſtat.

Obſervatio II.

Ad verb. quatuor ſcutellas.

Archidapifer quatuor ſcutellas exhibet Imperatori.

Tex[illegible]

TExtus noſter quatuor ſcutellarum meminit, ſed le Sieur de Bonair *dicto diſcurſu pag.*50. addit: *Le Comte Palatin, grand Maiſtre, prend trois plats couverts, &c.* Sprenger. *in juriſprud. publ. pag.* 180. unius meminit; venit, ait, ector Bavariæ, ſive Vicarius, Comes de Zeil, equitat in Culinam, ibi panam argenteam ſumit, & fruſto bovis aſſati impleri jubet, impletam port in Curiam, ubi expectat eam Vicemareſchallus, & cum baculo præit.

Obſervatio III.

Scutella illa ſunt argentea, non aurea.

HIſtoriæ Bohemicæ, deſcribentes convivium Caroli IV. Metis in ſolenni Curia anno 1356. Scutellarum aurearum meminerunt, apud Lehemann. *d. lib.7. Chron. Spir. cap.35. pag.781.* Hernach iſt kommen geritten der falßgraf bey Rhein/ und hat in gulden Schüſſeln Speiſe auff die Keyſerl. affel geſtellet.

Obſervatio IV.

Quot cibos contineant illa ſcutella?

NOn omnes ſcutellæ cibis repletæ, ſed dimidia tantum earum pars, pars altera ſervit ad cooperiundum cibos. In numero ciborum, quos affert chidapifer, variant. Tres numerat ille, qui apud Goldaſt. in Reichshändeln. *pag.*268. deſcripſit convivium Maximiliani II. Qui apud Goldaſtum Politiſchen Reichshändlen. *part.3. diſcurſ.2. pag.*154. deſcripſit convivium aroli V. ait: Der Pfaltzgraf ritt in das Hauß/da die Kuchen war/ nam zwey ſſen auffeinander/*etc.* quem numerum etiam obſervatum in convivio, quan o anno 1636. Ferdinandus III. Ratisbonæ coronabatur, oculis notavi. Nec ero tres numerari poſſunt, niſi ſimul ſex ſcutellas, tres repletas & tres cooerientes: quorum numerus non ſolum difficulter manibus ſuſtineretur, ſed iam requireret, ut unaquæque illarum redigeretur ad pondus duarum arcarum, contra diſpoſitionem Bullæ, quæ ſingulis aſſignat marcas tres.

Obſervatio V.

Eſt in una illarum particula bovis aſſati. *Ad verb. impletas.*

SCutellæ illæ (ad minimum ex illis una implentur nonnullis particulis ex integro bove aſſato deſectis. ex Hartm. Mauro Noppius *dict. lib.1.* der achiſchen Chronick. *cap.2. pag.60.* Sleidan. *lib.2. hiſtor. p.m.33.* le Sieur de onair. *d. diſcurſ. pag.50.* ſcribit: *Le Comte Palatin, grand Maiſtre, prend trois ats couverts, & va attaquer le bœuf entier roſti, & farci de toutes ſortes de gibier. n prend pour ſervir la table Imperiale & abandonne le demeurant au peuple.* Auor deſcriptionis coronationis Leopoldi *in Diario Europæo pag.947.* ſcribit: Der

Digitized by Google

Der Herr Graf Truchſeß von Zeil/ habe/ im Nahmen Chur-Beiern/ ein Stück von dem gebratenen Ochſen geholet in einer ſilbern Schüſſel.

Obſervatio VI.

De integro bove qui aſſatur.

DE bove illo notandum eſt, quod integer (neque capite, neque pede, aut alia parte mutilatus, ſaltem pelle & inteſtinis rejectis) farctus, ve-co, ove, hinnulo, porculis aliquot ſub rumis, anatibus, perdicibus, pavonibus, turdis, anſere, gallinis, farciminibus, &c. Modius *pandect. triumphal. tom. lib.4. titul.24. pag.176.* ingenti veru ligneo trajectus, duabus utrimque rotis verſatur, ac nocte diuque aſſatur, ex quo poſtea pars aliqua ad menſam Regiam defertur, reliquum verò multitudinis direptioni permittitur. Hoc autem non ſolum fieri conſuevit in Germania, quando Rex Romanorum coronatur, verum etiam obſervatum fuit in Italia, quando Carolus V. à Pontifice Bononiæ coronam ſuſcepit. Modius *d. tom.I. lib.4. tit.17. pag.15* ac quadantenus in Turcia quoque in uſu eſt. *En l'an 1582. en la circonciſion de Mahemet, fils d'Amuraht, on portoit ſur le ſoir quelques milliers de grands plats à la Turques que garnis de pluſieurs eſcuelles, pleines de toute ſorte de ris, avec pluſieurs milliers de pain, & grande quantité de poiſſon, & de chair boulie, pluſieurs bœufs gras roſtis tous entiers, avec les cornes, de meſme que plauſieurs moutons roſtis tous entiers, pour les pauvres, les Azabes, Spahis, & Janiſſaires, durant pluſieurs jours.* (Anno 1582. in feſto circumciſionis Mahometi, filii Amurathi ſub veſperam afferebantur aliquot millia amplarum paropſidum, pro more Turcico repleta ſcutellis variis, quibus inerat oryza multiplex; addebantur panes innumeri, & ingens quantitas piſcium, ac carnis elixæ, *plures* boves, opimi integrè aſſati, & adhuc cornuti, nec non magnus *numerus* vervecum ſaginatorum, itidem integrè aſſatorum, ad cibandum *pauperes,* Azahas, Spahos & Janiſſares, hoc eſt, milites, equites ac *pedites, aliquot per* dies.) Pierre d'Avity *tom. III. de la deſcript. de l'Europe tit. Eſtats du Turc. pag.777.* Memoria mihi hîc ſuggerit Hilaria veterum, vel feſtivitates celebratas in Regis alicujus creatione, ut Maximus, Dionyſii interpres, annotavit, & ex eodem Turnebus *lib.24. adverſ. cap.45.* ac ex hoc Pineda, de reb. Salomonis Regis. *lib.2. cap.9. num.4. p.74.* ubi ſcribit; dierum Hilariorum alii erant privati, velut ſi quis celebrari nuptias, aut ſi filius alicui natus fuerit: alii verò erant vulgares & publici; ut cum Rex aliquis publicè proclamatus, publicè Hilaria ſubditis exhibebat. Et his quidem diebus nemini lugere licebat, ſed ſpectacula,* & ſacrificia quotidie perficiebantur publicè; quin & judicia haberi ceſſabant, ludos ſpectabant, & conviviis continuis peragebant dies Hilariis deputatos.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio VII.

Origo hujus moris unde?

ORiginem hujus moris credit Höpping. *de inſign. & armor. priſco & novo jure cap.2. §.7. ſect.2. membro 2. num.856. pag.149.* deductam à triumphis Romanorum, qui, cum ſolenni pompa per urbem in Capitolium Imperatorem ducerent, taurum ibi immolarunt, & ſplendidum appararunt convivium. Sigon. *lib.1. de antiq. civit. Rom. jure. cap.22. pag.87.* Eraſmus *in adagiis* ſcribit, gulæ veteres architecti & hoc commenti ſunt, ut bos, aut camelus totus apponeretur, differtus intus variis animantium generibus. Hinc & porcus Trojanus venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum eſt, quod ita varias animantium ſpecies utero tegeret, quemadmodum durius equus exit armatos viros. Olaus Magnus *lib.17. cap.25.* inquit, in Aquilonaribus gravidi aſſantur, atque centurionibus ordinatim ſedentibus diſtribuuntur. Ita & apud Indos in aula precioſi Joannis bos ingens, vel aliud quodvis animal magnum, omnigenis animantium generibus fartum aſſatur, porcusque Indicus nominatur. Bellonius etiam narrat, cum in Aſia minore, quam Natoliam vocant, puer aliquis circumciditur, cujus parentes re mediocriter lauta ſunt, integrum bovem, immiſſo in ejus alvum integro vervece, qui gallinam, cui ovum etiam inſertum ſit, in alvo contineat, craſſa ſude infigere ſolent, & luculento magnoque igne aſſare, ſic, ut omnia, ad ovum uſque, percoqui queant; ut nemo facile credat ejuſmodi carnis maſſam poſſe commode aſſando coqui, qui ipſe non vidiſſet. Denique Menavinus, apud Turcas, inquit, die quo præputium pueris inciditur, bos deglubitur, & exenteratur; in cujus ventre vervex componitur, in vervece gallina, in eaque ovum; quæ omnia ſub ejuſdem diei luce integra aſſantur, & a pueri conſanguineis in epulo abſumuntur. Balthaſ. Bonifacius *ludic. hiſtor. lib.10. cap.11. pag.398.*

Obſervatio VIII.

Elector Saxoniæ cum baculo antecedit Archidapiferum.

MAjoris ſplendoris cauſa, Elector Saxoniæ cum baculo præcedit Comitem Palatinum Rheni, (ut legitur *in d. deſcript. coronat. Maximil. II.* apud Goldaſt. in Reichshandlungen. *pag.269.* (hodiè Electorem Bavariæ. Sprenger. *in juriſpr. publ. pag.180.* pro Electore Saxone ponit Vicemareſchallum Imperii. Hæc tamen ſolennitas non probari poteſt ex Bulla noſtra, ſed ex praxi & uſu, quamvis videatur aliud viſum fuiſſe Sinoldo *part.1. de Statu Rei Roman. diſput.7. theſ.24. lit.e. pag.467.*

Digitized by Google

Obſervatio IX.

1. *Comites & Barones cibaria ad menſam Imperatoris ferunt.*
2. *Magno numero.*

1. POſt Archidapiferum adveniunt cœteri (qui ſunt ut plurimum Comites, & Barones Imperii, ad id ſelecti, & requiſiti) cum aliquot ferculis, vel cibis aliis, pro Imperatore paratis. Non enim ſimul omnes una vice ſubminiſtrantur, ſed per intervalla, non modo Imperatori, ſed etiam Electori-
2. bus, & Principibus; Hartmannus Maurus deſcriptor convivii Caroli V. tradit quinquaginta (author apud Goldaſt. in Politiſchen Reichshändeln *part.3. diſc.2. p.154.* habet hundert Eſſen/ allweg zehen miteinander/) cibi ſic præbebantur, ut dena ſemper edulia apponerentur, inter ea tamen multa ad oculos tantum cum admiratione oblectandos comparata erant. Author ille, qui regium epulum Maximiliani II. deſcripſit, ait, licet convivium inſigni magnificentia, ingentique epularum apparatu inſtructiſſimum, ſeris ſic præberetur ferculis, ut dena ſimul edulia apponerentur, inter ea tamen complura eſui non apta, digna ſolum erant, quæ cum admiratione oculos paſcerent. Bellariis etiam, ſecundæ præſertim menſæ, exquiſitiſſimis, viri- que precioſiſſimis fuerunt inſtructæ. Deſcriptio hujus convivii, quæ apud Goldaſtũ reperitur in den Reichshandlungen. *d. pag.269.* habet poſt reliquos cibos ſeye noch ein Gang von achterley unterſchiedlichen Confecten geſetzt.

Obſervatio X.

1. *De Ottonis I. Imper. aula.*
2. *De aula Imperatoris Turcarum, & annona ejuſdem.*
3. *De obſonivoris.*

1. CIborum, & bellariorum numerus, non eſt determinatus lege, vel conſuetudine, ideoque aliquando major, aliquando minor, ſemper tamen magnificus, hiſce in conviviis, proindeque magno ære conquirendus. Quæ ad alimoniam ordinariam aulæ pertinent, pro numero perſonarum, quæ in ea aluntur, variant. De Ottone I. hujus nominis Imperatore, annotavit Pomarius in der Sachſen und Nieder-Sachſen Chronick. *pag.157.* daß er Wochentlich zur Hoffhaltung habe verwenden müſſen/ acht Ochſen/ tauſend Malter Korns/ acht Fuder Weins/ zehen Fuder Biers/ ohne Fiſche/ Eyer/ Hüner/ Butter/ und andere Koſt. Quo major aulicorum numerus, qui jus gratuitæ menſæ habent, eò major requiritur annona; hoc ratio & ex-
2. perientia docent. In aula Imperatoris Turcici, *outre quatre mille bœufs que l'on tue tous les ans, les faiſant ſaler, & ſeicher, pour la proviſion du Serrail, le Pourvoyer doit fournir tous les jours deux-cent cinquante moutons, cent agneaux, ou cent chevreaux, ſelon la ſaiſon, dix veaux, cinquante oyſons, deux-cent paires de poulets, deux-cent paires de pigeons, & du poiſſon, s'il prend envie à quelque*

ma-

Digitized by Google

inger. (Præter quatuor mille boves, qui ſingulis annis mactantur, & ſic-
ntur, pro cibaria annona aulæ, proviſor ſingulis diebus præbere debet
icentos & quinquaginta verveces, centum agnos, aut centum capellas,
cundum conditionem temporis, decem vitulos, quinquaginta anſeres, du-
nta volatilia, ducenta paria pullaſtrorum, ducenta paria columbarum, &
ſcium copiam, pro illis qui his veſci deſiderant.) Pierre d'Avity *tom. III.*
lr. Eſtats du Turc. pag. 880. Olim, qui piſcibus delectabantur, dicti ſunt
bſonivori (ὀψοφάγοι.) Hadrianus Junius *in Hiſtoria Batavia cap.* 15. *pag.* 204. 3.
bi Romanam luxuriam perſtringens, Catonis teſtimonio ſcribit, pluris
omæ piſcem veniviſſe quam bovem, propterea, quod piſcibus luxum me-
rentur. (Ut Aſinius Celer, qui mullum piſcem octo millibus nummum
mit) cui accedit ganeonum proverbium, quo ſe mutuo ad indulgendum
omeſſationi provocantes, dictitabant, σήμερον ἀκτάσωμεν, hoc eſt, ficto
erbo, hodiè littoriſemus, volentes innuere, gulam cœna è piſcibus explen-
am, ut à Plutarcho relatum eſt. Tolerabile tamen illud fuerat, niſi in
eregrinis lautitiis popinones illi, ac gurgites, quibus vitæ modulus culina
rat, (ut lepidè Varro dixit) ingluviem exatiandam duxiſſent, uti in Satyris
uctor ille oſtendit, quando è lucrino lacu conchylia, è Benaco anguillas,
lloſas è Tyberi, aſellos Peſſinunte, Rhodo acipenſerem, rhombos Raven-
na, accerſerent.

Obſervatio XI.

1. *Inciſor ciborum Imperatoris.*
2. *Ejus nulla ſit mentio in A. B.*
3. *Privilegium à Carolo IV. Duci Lucemburgenſi datum.*

AD menſam Imperatoris etiam adſtat inciſor ciborum, qui in convivio 1.
hoc ſolenni extraordinarius eſt, ad id munus electus. In convivio Co-
ronationis Caroli V. referente authore *d. diſcurſ.* 2. apud Goldaſt. in Politi-
ſchen Reichshändeln. *pag.* 154. Schnitte Jhrer Keyſerl. Majeſt. vor/ Marg-
graf Caſimir von Brandenburg/ dem gab der Pfalzgraf die Eſſen zu creden-
zen. Hartmannus Maurus *in deſcript. hujus convivij*, Marchionem Caſimi-
rum, ſtructorem, ſive prægustatorem Regiæ Majeſtatis fuiſſe, docet.
Anno 1636. quando Ratisbonæ Ferdinandus III. coronabatur, inciſorem
ciborum Regiorum vidi Principem Anhaldinum. Cæterum, non capio, 2.
cur Carolus IV. in hac Bulla ſua inciſoris ciborum Regiorum nullam fecerit
mentionem, poſtquam anno 1354. Wenceſlaum fratrem, Luxemburgi Co-
mitem, Ducem creaverat, ac duplici officio inſigniverat: nempe ut quo-
ties ipſe, aut ſucceſſores Romanorum Imperatores, ad reprimendam rebel- 3.
lium ſuperbiam, ſeu Imperii procurandos honores, armatos contingeret
accedere, Wenceſlaus, heredes, & ſucceſſores ejus, Duces Lucemburgen-
ſes, frenum Imperialis, ſeu Regalis dextrarii, à latere dextro gubernare,
proſpicere, debitæ fidei diligentia, deberent, & in recubitu menſæ Impe-

 ratoris

Digitized by Google

ratoris, cibos Regios, qui in ſolennibus Curiis adminiſtrantur, coram Imperatore inciderent: ut ſic, tanquam Princeps, & fidelis Imperii, guerrarum& pacis in tempore Imperatoris curam & cuſtodiam haberet. Diploma integrum legitur apud Miræum *tom. I. diplom. cap. 95.* & per extractum refertur à Chifletio, in Alſatia jure proprietatis & protectionis Philippo IV. Regi Catholico vindicata. *cap. 3. pag. 16.*

Obſervatio XII.

Munus inciſoris ciborum Regiorum in Gallia.

IN Gallia inciſor ciborum Regiorum dicitur *le premier trenchant*, vel *l'Eſcuyer trenchant*: hujus officii eſt, non ſolum Regios cibos in partes ſecare, ſed etiam adhibito pane explorare, an aliquid veneni illis additum ſit: quod Gallis dicitur *faire l'eſſay*, Hiſpanis *hazer la ſalva*, noſtris, die Speiſs credentzen. Fit autem in aula Regis Galliarum illa exploratio bina vice. *L'Eſcuyer de cuiſine fait le premier eſſay des ſauces, & viandes, & l'Eſcuyer trenchant apres.* (In culina fit exploratio prima embammatum, vel condimentorum, ac ciborum, ac poſteà à ſcutario inciſore) Favyn *des premiers officiers de la couronne de France. liv. 2. chap. 8. pag. 151.*

Obſervatio XIII.

1. *In Polonia, & alibi.*
2. *Turcarum Imperator non habet inciſorem ciborum.*

1. IN Poloniæ Regno inciſor Regni dicitur, cujus officium eſt miniſtri menſæ Regiæ non poſtremum. Paulus Piaſecius *in Chron. geſtor. in Europa ſingularium, ſub anno 1632. pag. 447.* Inter cultioris orbis Reges & Principes inciſio iſta ciborum eſt uſitatiſſima, ſed eam Turcarum Imperator non admittit.
2. *La table du grand Seigneur eſt montée ſur viz, qui ſe tourne à ſon gré, car perſonne ne luy tranche, & luy meſme ne ſe ſert point de couſteau; ſon pain tendre, & delicat n'en ſouffre point, il le rompt avec les doigts, ſans beaucoup peine; ainſi fait il des viandes appreſtées avec pareille delicateſſe.* Baudier, *l'hiſtoire generale du Serrail, & de la Cour du Grand Seigneur, Empereur des Turcs. liv. 1. chap. 6. pag. 35.* Menſa Imperatoris Turcici eſt verſatilis, quam movet pro libitu, nullum inciſorem epularum habet, nec cultro ipſe utitur, panem quem comedit adeò delicatus eſt, ut cultrum non admittat, ſed facilè rumpatur digitis, ſic etiam manu diſrumpit reliquos cibos delicatè paratos.

Digitized by Google

§. 5.

Obſervatio I.

1. Rex Bohemia eſt Archipincerna Imperij.
2. Magiſter Pincernarum.
3. Scancio.
4. Pincerna unde dicatur?
5. Cur Saxo à Carolo IV. hic non appelletur Archimareſchallus, nec Palatinus Rheni Archicamerarius?

Ad verb. Archipincerna.

REx Bohemiæ eſt archipincerna Imperii *ſupra cap.* 1. §.10. *& hoc* §.5. cujus 1.
munus convenit cum illius, qui olim dicebatur Magiſter Pincernarum, 2.
de quo in annalibus Francicis anno 781. Conring. *exercit. de Ducibus & Comitibus Imper. Germ. theſ.*35. In legibus Salicis *tit.*11. dicitur Scancio, ac in 3.
Chartulario Gerzienſi ad annum 1205. Schanzo, nobis Schenck. Wendelin. *in gloſſario ſalico. pag.* 184. de aliis nominibus vide *tom. I. jur. publ. lib.* 3. *cap.*8. *num.*13. Pincerna (ſcribit Budæus *de aſſe. lib.*5. *pag.*217. *edit. Baſileenſis*) 4.
non auſim affirmare probum eſſe vocabulum, etiamſi Aſconius in prætura urbana uſus eſt, ſi vera ſunt eo in loco exemplaria, Pincerna à Græco deducitur, cui convivæ dicunt πῖνειν κίρνα, pinin cirna, id eſt, miſce vinum, vel, tempera vinum, ut bibam. Honeſtum id olim munus fuiſſe docet Athenæ. *lib.*10. qui apud Græcos morem fuiſſe tradit, ut nobiliſſimi Juvenes in conviviis ſacris publicis id munus obirent, nec minus apud Romanos Bulengerus *de conviviis lib.*4. *cap.*6. Joh. Baptiſta Caſalius *de antiquis Romanorum ritibus. cap.*25. *pag.*236. Cur autem legiſlator noſter Marchioni Brandenbur- 5.
genſi §.3. adſcripſerit titulum Archicamerarii, & hîc Bohemiæ Regi attribuat titulum Archipincernæ, Saxoniæ autem Duci §.1. titulum officii Archimareſchalli, & Comiti Palatino Rheni prædicatum Archidapiferi §.4. non attribuerit, præter majorem animi propenſionem in illos, in hos verò minorem, cauſam aliam non reperio. ſupra autem *cap.*1. §.13. & 14. aliud ab eodem Carolo obſervatum.

Obſervatio II.

1. Quem Bulla noſtra nominat ſcyphum argenteum, Hiſtorici Bohemi dicunt aureum.
2. Gallienus Imper. bibit ſemper ex aureis poculis.
3. Honorificum ex aureis poculis bibere.

Ad verb. Scyphum argenteū.

HIſtorici Bohemi, quorum meminit Leheman. *d. l.*7. *Chron. Spirenſ. cap.*35. 1.
*p.*781. ſcyphum dicunt fuiſſe aureum, eo in actu, quem illi deſcribunt, Gallienus Imperator bibit in aureis ſemper poculis, aſpernatus vitrum, di- 2.
cens, nil eſſe eo communius. Trebellius Pollio *in ejus vita edit. Gruteri inter ſcriptores latinos minores hiſtoriæ Auguſtæ pag.*393. *num.*17. Et Chaſſanæus 3.
in catal. glor. mundi p. 1. *conſid.* 37. teſtatur, maximum honorem eſſe ex auro bibere: quem allegans Speidelius *in ſpeculo juriſd. polit. hiſtor. ſub lit. G. num.*152.

num.152. pag.516. adnectit, referri, Turcarum Imperatorem Legatis Inter-
toriis, honoris ergò, poſt perfectam legationem, & dum domum redi-
ſtituunt, ultimo in convivio vaſa & pocula, ex puro auro confecta, appo-
ſolere.

Obſervatio III.

1. *Quid vini appellatione contineatur.*
2. *Stephani Forcatuli explicatio L.9. ff. de tritico, vino, vel oleo legato.*

Ad verb. vino.

1, QUid vini appellatione contineatur, JCtus *in l. ſi quis vinum. 9. in pr.* ... *tritico, vino, vel oleo legato.* definit; nempe, omne quod ex vinea ...
2, vinum permanſit. Hunc textum explicans Stephanus Forcatulus ... *juris civilis. ſive de alimentis. cap. 8. p.m. 26. & ſeqq.* ita diſtinguendum pe... aut potio de vino prodiit, aut non; ſi de vinea prodiit, vel nomen a ge... rali vini appellatione ſibi aſcivit, & præterea confuſionem, commixtione... que alicujus liquaminis, vel alterutrum. Primò ubi nomen ſpeciale ... nuit, & præterea miſturam, in dubio vini numero non habebitur, ut m... ſum: habet enim nomen ſibi diſcretum à vini genere, inſuper confu... nem; fit enim ex vino & melle. *l. adeò 7. §. cum ex aliena. 7. ff. de acqu. r.* *dom.* & tanta confuſione, ut alterum ab altero ſecerni non poſſit, ſed ... quoddam emineat. §. *ut ecce Inſtitut. de rer. diviſ.* defrutum quoque vin... ne non continebitur, quod, vel quia conditura loco ſit, *d. l. ſi quis. 9.* ... defrutum à defervendo, quia muſtum ex uva perquam matura diu de... vere faciant, uſque ad dimidiam partem deſpumantes. Igitur nec ſapa ... dubio vinum erit, quoniam à defruto non differt, niſi nomine, & modo ... decoquendi menſura: ubi enim muſtum ad tertiam partem defervendo re... dactum fuerit, duabus amiſſis, ſapa eſt. Secunda Regula eſt: ubi liqu... de vinea nomen tantum ſibi comparavit à generali vini nomine, non ta... men confuſionem, nihilominus vinum manebit, in ancipiti judicio, ut paſ... ſum *d. l. ſi quis. 9. verb. œnomeli.* nam licet nomen habeat ſpecialius, nihil ta... men miſturæ & decoctionis patitur: paſſum enim inde dictum, quod fie... ret ex uvis paſſis, quæ in fiſcellam concludebantur, mox contuſæ prælo ſub... jiciebantur, unde paſſum effluebat, in Africa frequens. Tertia regula e... hujuſmodi: quicunque de vite liquor, vel peregrino confunditur, vel ... coquitur, ſi tamen patrisfamilias, vel regionis more vini nomen retine... vino legato cedit. *dict. l. ſi quis. 9. verb. hæc omnia.* Quarta, poſtremaque re... gula, quæ complectitur ſecundum Principale membrum ſupra propoſi... diſtinctionis, hæc eſt: nulla potio, quæ aliunde quam de vite tempera... vel concinnatur, vini nomine cenſeri debet. *d. l. ſi quis. 9.*

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio IV.

1. *Quodnam vinum Imperatori exhibendum?*
2. *Regi Galliarum non exhibetur vinum Aurelianenſe.*
3. *Vina Pariſienſis agri.*

Uoniam Bulla noſtra non exprimit, quale vinum, verbi gratia, an Rhe- 1.
.nenſe, an aliud, Imperatori exhibendum ſit, parum intererit, ubi illud
natum, modo ita temperetur, ne nocere poſſit. In Gallia pocillatori 2.
gio prohibitum dicitur, ne Aurelianenſe vinum Regi exhibeat. Cauſam
rimit Ranchinus apud P. d'Avity *tom.II. de la deſcription de l'Europe. tilt.*
aume de France. pag. 232. *Les vins abondent, & excellent à Orleans, eſtans*
tes fois trop piquans, & à cauſe de ce on n'en ſert point au Roy. Inter Gallica 3.
a Pariſienſia præ cœteris commendans. Budæus *de aſſe. lib.5. pag.259. edit.*
ileenſis, ſcribit: Sanorum Judiciorum conſenſu conſtat, vina Francica,
it, vineti Pariſini, omnibus numeris bonitatis præcellere, tametſi halitu,
externa, vertiginem non cieant. De copia vini, quod in Gallia naſci-
, vide meam *Notit. Regni Franciæ lib.1. cap.6. lit.hh. pag.*149.

Obſervatio V.

1. *De variis vinis, in Germania provenientibus.*
2. *Conſtitutiones Imperij de vinis.*
3. *Unde Hiſpanicum vinum, quod dicitur Peterſimonium, nomen traxerit?*
4. *La caſa delos ciente vinos.*

J Germania utimur non modo vinis noſtri ſoli, ſed etiam exoticis. Inter 1.
eneroſiora, ac excellentia, numerantur Rhenana, & ſpeciatim Bachera-
ſia (quæ Henricus Stephani omnibus etiam exoticis prætulit, carmine
od legitur apud Lanſium *de Princip. provinciar. Europæ, Oratione pro Ger-*
nia. pag.59.) Moſellana, Franconica (cum quibus ludendum, non luctan-
m: nam intemperantius hauſta, immodeſtè ſe ulciſcuntur, nec capita ſo-
iffidunt, aut articulos elidunt, ſed totum etiam hominem ſæpe ſternunt.
riſtoph. Marianus *in encœniis & tricennalibus Julianis. pag.*129.) Neccaren-
, & Würtenbergenſia. Sunt etiam in Bavaria, ſed tam auſtera & tenuia,
Scipio Gentilis, Ratisbona, Altorphium redux, luſerit, ſe fuiſſe

Heic ubi nativum colles lachrymantur acetum.

offinan. *inſtit. Medic. lib.5. cap.25. §. 4. pag.*701. Qualis autem noſtris 2.
nis adhibenda cura ſit, ne nociva fiant, conſtat ex conſtitutionibus Impe-
toris Friderici, de anno 1487. ac Maximiliani, de anno 1497. *in Codice*
ceſſuum Imperij. pag. 34. & ſeq. exotica varia ſunt, & longum requirunt
alogum. Exillis hodie frequens nomen eſt, vini Hiſpanici, quod dicitur 3.
terſimonium, de quo Merula *Coſmographiæ. part. 2. lib. 1. cap.3.* refert,
patrum

Digitized by Google

parum ætate Belgam quendam, Petrum Simonis, vites Germanicas tra-
portaſſe in Hiſpaniam, quæ ibi ſolo inſitæ mirumque in modum multi-
catæ, illa producant vina, quæ & hodie tranſlatoris ſui nomen retinent.
Le vin de Malaga, au Royaume de Valence eſt fort delicieux, (ſcribit Pierre d'A-
4. *en la deſcription de l'Europe tom I. tilt. Angleterre. pag.228.) c'eſt celuy que nous
(François) appellons par mot corrumpu, Parochimene, & faut dire, Pedro Ximenes,
qui eſt le nom de celuy qui porta le premier du plant de Candit.* Nec verò vi-
num ſolum eſt, quod placeat Hiſpanis, nam in una ſola domo Madriti, quæ
dicitur centum vinorum (*la caſa de los ciente vinos*) die noctuque quavis ho-
ra vix numerabilis vinorum invenitur varietas, vinorum nempe Hiſpanicorum
quæ magis grata, aut magis generoſa, ac exterarum Nationum, quæ magis
celebrata, ex artificialibus, quæ artem & ſaporem fallunt, & ipſam na-
turam ſolertia videntur ſuperare. Caſpar. Caldera *in tribunali medico, mag.
& politico, tract. de potionum varietate ſect.4. cap.2. pag.465.*

Obſervatio VI.

1. *Fridericus III. fuit abſtemius.*	3. *De potu Imperatoris Turcici.*
2. *De cereviſia.*	4. *Aqua fontana.*

1. IMperatoris abſtemii exemplum habemus in Friderico III. de quo refert
Illeſcas *in hiſtoria ſua pontificali, in vita Aleſſandri ſexti, che queſto Prencipe non
bebbe mei vino in vita ſua, che è coſa particolarmente notabile in un Signor tale, che
viveva in Germania, dove communemente ſi beve piu larga, copioſamente che negli
altri paeſi d'Europa:* Menochio *parte 2. dei trattenimenti eruditi, centur.4. [illegible]
pag.309. & pag.316.* addit: *Or come Frederico III. Imperatore aborriva il vino
nella perſona ſua coſi anco non approava molto chelo beveſſero quelli che con luy ha-
vano qualche cogiuntione. E la coſa arrivo à termine tale, che eſſendo coſa tanto
naturale il deſiderar d'havere figlivoli, particularmente ne' Signori e Prencipi, a
quali tanto importa il vedere mentre vivono li ſucceſſori, che hanno d'havere del
loro ſtati, e Principati; ad ogni modo havendo Federico per moglie Donna Eleonora,
figlia del Re di Portogallo, della quale non haveva prole con tutto che foſſero gia al-
cuni anni che erano inſieme maritati, e dando li Medici per conſiglio alla* Impera-
trice, che ſi deſiderava di concepire, uſaſſe un poco di vino: ſaputo queſto da Federico
*mandò Enea Silvio Piccolhuomini, che non ſi curaſſe de remedio che proponevano
Medici, perche eſſo voleva havere più toſto moglie ſterile, che bevitrice di vino
ebbriaca. Pare che queſto gran Prencipe aboriſſe dal vino non meno che ſe foſſe un
veleno, che forſi haveva letto quello, che della violenza del vino dice* S. Ambroſ.
libro de Elia, & jejunio cap.14. Major vis vini quam veneni eſt, venenum
vino excluditur, non veneno vinum. Poſito tali caſu, Imperatorem eſſe
invinium, (utor verbo Apuleji) detur illi alia potio, quam voluerit, &

Digitized by Google

'am conſtitutio noſtra non tàm ſtrictè intelligenda, ut omninò nullus alius 2.
quor, quam vinum aqua dilutum (quale Catholici Romani in altaris Sa-
'amento omninò requirunt. *c. in ſacramento, & ibi gloſſa. de conſecrat. diſt.2.*)
nperatori exhiberi debeat, ſed potiſſimum reſpicit ad officium Archipin-
:rnæ, quod primum potum Imperatori exhibere debeat, cum autem inter
otiones communi calculo vinum cœteris præſtet, illius potius, quam alte-
us mentio facta fuit. In vicem ergò vini, poterit ſubminiſtrari, pro more
entis, cereviſia; quam Ariſtoteles *οἶνον κρίθινον*, ſeu hordaceum vinum
ıominat. Hadrianus Junius *in hiſtor. Batav. cap. 15. pag. 211.* & Germano-
um deſcribens Tacitus, *in libro de moribus Germanor.* ait; Potui humor ex
ıordeo, aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus: quem
ıotum Michael Beutherus *in Commentar. ad dictum Taciti librum cap. 41.*
ag. 141. vinum aliquo modo imitari ſcribit. Juliani de eo judicium vide
s *tom. 1. jur. publ. lib. 3. cap. 8. num. 11.* Poterit ſubminiſtrari potio factitia
uælibet, & vel diſſimilis, vel ſimilis illi, qua utitur Turcarum Imperator.
e Grand Turc boit ordinairement une liqueur faite des pluſieurs ſortes de fruicts, 3.
ıeslee avec du jus de citron, & du ſucre, il l'avalle avec une cuilliere de bois, quoy
u'on luy ſerve de petits vaſes de porcelaine; & des autres de noix d'Inde, enchaſſees,
ır un pied d'or, enrichi de pierreries. Baudier *en l'hiſtoire generale du Serrail*
& de la Cour du grand Seigneur Empereur des Turcs, liv. 1. chap. 6. pag. 35. Impe-
ator Turcarum regulariter bibit liquorem factum ex variis fructibus, mix-
ım ſucco malorum citreorum, & ſaccharo, eundem haurit ligneo co-
hleari, & ſorbet, licet apponantur vaſa minora ex porcellana, aliaque ex
ıuce Indica, aureo pede, & margaritis exornata. Poterit quoque Impera- 4.
ori noſtro aqua fontana mera (ſi illa ei placuerit) exhiberi, ut ex conſuetu-
line olim exhibita fuiſſe ſcribitur Duci Auſtriaco, quando ad Principatum
Carinthiæ, ni fallor, evectus fuit. Actum illum ita deſcribit Julius Cæſar
Bulengerus *lib. 1. de Regum Majeſtate. cap. 12. pag. 57.* cum Archidux Auſtriæ
reatur probè urbem S. Viti, in pratis eſt marmoreus lapis ingens, in quem
uſticus aſcendit. Accedit Dux cultu paſtoris, cum pedo, exclamat ruſticus,
quis eſt hic, qui ad nos huc accedit? Reſpondet ille, Dux, qui nobis præ-
ficiendus eſt. Ibi Ruſticus; an juſtitiam colet? an ſaluti civibus erit? an
pietati ſtudebit? Reſpondet, ſtudebit. Tunc Ruſticus deſilit è marmore,
n quod Dux aſcendit; & ſtricto gladio jurat, ſe benè, & ſecundum le-
ges imperaturum. Affertur ei aqua in pileo Ruſtici, quam, ut ſe ſobrium
probet, quaſi ſitiens exhaurit. Gio: Stefano Menochio *part. 6. delle Stuore*
entur. 11. cap. 5. eundem actum referens & explicans, ait *pag. 11.* *Queſta ceri-*
monia è ſenza dubbio miſterioſa, perche il veſtirſi, il nuovo Prencipe da paſtore, ſigni-
ca la cura, che de ſubditi deve havere, à quel modo che hanno; paſtori delle loro
ecorelle. Per queſto è tanto frequente nella ſcrittura ſacra queſta allegoria di

Digitized by Google

paſtore per ſignificare il Prencipe, come con molti eſempli habbiamo moſtrato nella noſtra Sacra Politica *lib.1. cap.9. num.3. &c. Quel dargli da bere l'acqua nel capello del paſtore, pare che ſia come una certa prova della temperanza del nuovo Prencipe, della buona diſpoſitione dell' animo à ſofferire li diſagi, che talhora conviene patire per ſervire al ben publico in tempo di pace, ò di guerra.*

Obſervatio VII.

Inter potiones vinum cæteris præfertur.

DIximus in præcedenti obſervatione, inter potiones vinum primum locum obtinere, quod hic comprobo verbis Zacuti *de Medicorum Principum hiſtoria. lib.6. hiſtor.12. pag.954.* Inter præſtantiſſima alimenta à ſummo conditore hominibus data, nullum eſt tam excellens, tam præſtans, tam generoſum, quam vinum, dummodo tempeſtivè, & cum modo aſſumatur: nam, præterquam quod ſanitatem conſervat, corpuſque floridum, & in ſua ſymmetria retinet, & citiſſimè nutrit, etiam morbos frigidos arcet, & refrigeratum animal, ac jamjam demortuum refocillat, ſi ſit ſuave, odorum & clarum, ætate medium: hoc enim non inflat præcordia, imò ſi inflata ſint, ſubſidere facit; præter caloris mediocritatem digeſtionis vias aperit; nutrimentum ob celeritatem deductionis in corpus impellit; ad miſcenda concoquendaque ea, quæ in ventriculo & venis ſunt, apprimè eſt idoneum, urinas movet, & excrementis expellendis vim facilitat; dummodo corpus arthritide non laboret, nam articulorum doloribus eſt nocentiſſimum: Adverſus morbos frigidos tutiſſimum eſt Alexipharmacum, vomitum ſiſtit, ſtomachum recreat, appetentiam movet, ſomnum conciliat, flatus reſolvit, fœtidos ructus emendat, ſenum valetudini ſummo eſt auxilio, fovet enim illorum membra, ſiccas eorum partes, & præ ariditate corrugatas, emollit: quare eſt illis aptiſſimum, ſuaviſſimumque alimentum.

Obſervatio VIII.

Ad verb. & aqua.

De mixtura vini cum aqua.

AQuam vino miſcere vetus inventum, quamvis quis primum hoc docuerit, inter authores controverſum, ut dixi, *dict. tom.1. jur. publ. lib.3. cap.8. num.10.* & poſtea vidi de eadem re agere Calderam *in tribunali Medico. tra. de potus varietate. ſect.2. cap.2. pag.448.* & Balthaſar. Bonifacium *lib.1. ludicræ hiſtoriæ. cap.16. pag.20.* Staphylus, Sileni filius, niſi fallitur Plinius (*lib.7. c.56.*) vinum aqua miſceri primus oſtendit. Philochorus autem apud Athenæum (*lib.2. cap.1.*) Amphictioni, Athenienſium Regi, id acceptum refert, quod ille à Dionyſio didicerat. Ab his tamen longe diverſa Philomnicus prodit. Cum enim vitis in Græciam à Dionyſio ex mari rubro lata fuiſſet, permultique immoderato ejus liquoris uſu dementati, aut in furias viderentur

entur converſi, aut ob capitis gravedinem mortuis perſimiles humi ſternerentur, imber forte inopinus decidit, conviviumque diſſolvit, crateres verò vini ſemiplenos aqua complevit. Mox cum ſerenitas orta eſſet, compotores in eundem locum reverſi, vinumque miſtum guſtantes, ſuavitatem potionis ſine ulla perturbatione, ac citra ebrietatis periculum ſunt aſſecuti. Cujus beneficii memores ipſi, cœterique mortales, primum poculum, quod aqua dilutum poſt cœnam datur, Jovi ſervatori libare ſolent, quem ſalubris illius temperaturæ, imbriſque autorem eſſe arbitrantur. Apud Græcos tamen vini diluendi ratio longè alia fuit, quam eſt apud nos. Illi affundebant muſto aquam, & ſinebant efferveſcere unà; non autem in menſa affundebant. Et erat magni artificii ita temperare, ut nec vinoſum illud, quod ſingula vina ſuis locis habent, peſſum iret, nec vinum ipſum, vel fortius, vel imbecillius, fieret, quam conveniret temperamento utentis. Caſpar. Hoffman. *inſtit. medicar. d. lib.5. cap.25. §.7. pag.*702.

Obſervatio IX.

Ad quid conducat illa mixtura?

Maximus fuit uſus, & mos apud veteres ſanitatis tempore diluendi vinum, ut ſic hujus calor frigiditate aquæ temperetur, & miteſcat. Zacutus *d. tr. lib.4. hiſtor.*10. *pag.*661. Vini violentia aquæ mixtione temperatur, ſuavem mixtionem, benignam, ſalutarem, producit, quoniam exceſſum temperat, quo lædit, neque aqua moderatum, quo vivificat, tollit: vivifico Spiritu facultates inſtaurat, robur addit, & aquæ mixtionem curioſa voluptate delectat, ac temperamento ſuavem harmoniam producit. Caldera *in dict. tribunali Medico, tract. de potion. varietate. ſect. 2. cap.2. pag.* 449. Hugo Fridævallis. *de tuenda ſanitate lib.5. cap.1. pag.*223. Ubi etiam monet, aquam vino infundendam, non aquæ vinum. Aquam enim, ſi vino infundatur, natura ſua ima neceſſario petere; in illa autem tranſmiſſione neceſſe eſſe, ut commiſceantur. At ſi vinum aquæ infundatur, illud, ut cujus natura ſit levior, fundum non petiturum, non ergò tam benè miſceri.

Obſervatio X.

1. *Quantum aquæ vino admiſcendum?*
2. *De uſu aquæ in celebratione miſſæ.*

Ad verb. permixtim

Quantum aquæ vino admiſcendum, legiſlator definire nec voluit, nec potuit, hic itaque ad Medicorum regulas recurrendum erit. Zacutus *dict. tr. hiſtor. lib.6. hiſtor.*13. *pag.*956. ſcribit, quantum aquæ vino admiſcendum, non poteſt certa & definita methodo deſcribi, cum nulla certa poſſit dari mixtionis norma: ita enim metiendus eſt aquæ modus, ut vini & aquæ nocumenta vitentur, & emolumentum afferatur: plus nimirum, aut minus aquæ addatur, pro viribus vini, ſumentis ætate, conſuetudine, vitæ genere, 1.

 affectus

Digitized by Google

affectus morboſi ſpecie, ac magnitudine, anni tempore, cœli ſtatu, ſemper tamen vires vini & ſumentis naturam reſpicere oportet, ut latè proſequitur Galenus *lib. 1. de ſanit. tuenda. cap.11.* Teius autem Anacreon, quamvis verbotenus vinoſiſſimus videatur, re tamen vera vini & aquæ nuptiarum pronubus fuit, alterumque cum altera inſolubili nexu conjunxit. Itaque ad pincernam ſuum ita loquitur: aquam puer dato, vinumque deinde, prius aquam poſcit, quæ ſibi magis cordi erat, deinde vinum. Quibus vero proportionibus iſtiuſmodi commiſtionem fieri vellet, ipſe alibi commonſtrat: agedum, inquiens, affer nobis, puer, decem aquæ, quinque autem vini cyathos. Heſiodus, & Anaxilas, Anacreonte moderatiores, unam vini tres aquæ, portiones bibebant. Temperantius etiam Alexis miſcere præcepit, unam vini, quatuor aquæ partes infundens. Et hac quidem ratione ſiccæ illæ ſapientiſſimorum mortalium animæ inſoleſcentis Bacchi protervia retundebant. Balthaſ. Boniſacius *dict. lib.1. cap. 17. pag. 21. & lib. 18. cap. 11. pag. 724.* ubi ait: Optima vini temperatura, inquiunt Athenæus & Suidas duæ vini partes, tres aquæ. Facem iis prætulerat Ariſtophanes, qui Minervam produxiſſe dicit ejuſmodi vinum, ut tres aquæ partes ferre poſſet. At Euripides calicem probavit ex æquo temperatum, id eſt, qui quantum meri tantundem aquæ capiat, *Il y a en Auvergne une fontaine appellée vineuſe, aſſiſe ſur une montagne, entre une commanderie de Rhodes, nommée Louys, & le Chaſteau de la Culie, qui jette de l'eau qui a ſaveur de vin, & ſuffit pour la rendre bonne comme vin, d'y meſler ſeulement la ſixieſme partie de vin.* Jacques de Charron en

2. *l'hiſtoire univerſelle de toutes Nations. chap.59. pag.390.* Aqua, qua à Catholicis in celebratione miſſæ vinum miſcetur, (juſſu Alexandri I. Pontificis Simon Starovolſcius *in epitome concilior. lib.2. pag.13.*) debet eſſe modiciſſima *c. pernicioſus. de celebr. miſſa.* Multi ſextam partem nihil nocere volunt, imò Concilium Tiburienſe permittit apponi tertiam partem. Sed res ſacerdotis arbitrio relinquenda eſt, attenta generoſitate vini. Scortia *de miſſæ ſacrificio. lib.4. cap.1. num.14. pag.279.*

Obſervatio XI.

Utrum vinum ſit diluendum, antequam bibatur, vel demum in ſtomacho?

UTrum vinum ſit diluendum, antequam bibatur, vel demum in ſtomacho? dubitare licet. Illud probant Balduinus Ronſſeus *epiſt.16.* & Arnoldus Villanovanus *in tr. de vino.* nam vinum & aqua inter ſe contraria ſunt, & in ſtomachum, ſi ambo projiciantur, ſentientur in ſtomacho rugitus, aderit commotio, & perturbatio multa. Et altera parte videtur facere Hippocrates *lib.3. acut.41.* melius eſſe, ut una, aut altera hora ante potionem, aqua permiſceatur; ita Zacutus *d. pag.956.*

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio XII.

Quis dicatur ſpurcare vinum?

Icebit verò Imperatori offerre vinum ſpurcum? Spurcum vinum cum Grammaticis interpretantur, aqua mixtum, & ſpurcare vinum *in l.27.* .15. *ff. ad L. Aquil.* aqua diluere, ut Budæus, ſecutus autoritatem Feſti Pomeji. Non abs re dici poſſe cenſet Forcatulus *in d. penu juris civilis. cap.9.* ag. *m.* 30. gravius eſſe Spurci ſignificatum, quam ut aqua reddi poſſit, & nagis agi Aquilia in aquam infundentem in vini meri dolium, ex illa generali clauſula *d.* §. vel alio modo vitiavit, quam, ut ſpurcaſſe videri poſſit: ec temerè Feſtum dixiſſe, ſpurcum eſſe vinum aqua miſtum, ſed id tantum ı ſacrificiis, verba Feſti eſſe; Spurcum vinum eſt, quod ſacris adhiberi non cet, ut ita Labeo Antiſtius *lib.10. commentar. juris Pontificij,* cui aqua admiſſa t, defrutumve, aut igne tactum, muſtumve antequam deferveſcat: ergò on eſſe, alioquin ſpurcum vinum dilutum, niſi ſacrificio adhiberetur, arumento eſſe, quod defrutum dulciſſima potio. *l. fin.* §.1. *ff. de tritic. vino & eo leg.* Spurcum à Labeone vocatur utique ſacris deſtinatum. Igitur urcari vinum propriè dicerem (pergit loqui Forcatulus) quando cœno, ıtoque vel ſimili illuvie, & ita aqua ipſa ſpurcatur *l.1.* §.1. *ff. de extraord. criin.* id eſt, immunda fit ſordibus: ſed ſacrorum cauſa augetur immunditia ligioni contraveniens, & ſpurcitia dicitur. Ita Imperator *in l. mortuom.12. C. de religioſ. & ſumpt. fun.* dixit, ſanctum municipiorum jus pollui, reliquiæ intra civitatem condantur: quod mirum eſt. Pollutionem dici, eo quod religioſum locum alioquin faceret §. *religioſum Inſtitut. de rer. viſ.* ſed in ſacris, & religioſis, omnia ex formula ſervanda ſunt. Ergò proer aquæ confuſionem vinum corrumpi dicitur, etſi aqua de ſe corrupta on ſit: Sic ære aurum corrumpitur, argentum plumbo. Idem dicerem, aqua oleo immiſta ſit: licet enim ſidat aqua, ſupernatante oleo, quia taen tam difficilis ſeparatio eſt, penè corruptum dicitur: nam & arena crio à frumento ſecernitur, arenam tamen immiſcens, quaſi de corrupto onvenitur. *l. ſi ſervus ſervum.27.* §. *item ſi quis. ff. l. Aquil.* Ex his nunc colgere licet, vinum lymphatum Imperatori exhiberi, ſubmerum & temperam, non ſpurcum, corruptum, aut ſi corruptum dici certo reſpectu poſſit, rruptum bonum in finem, legis & Imperatoris conſenſu.

Obſervatio XIII.

1. *Cauponum fraus, in miſcendo vino cum aqua, pœnam meretur.*
2. *Quomodo fraus illa poſſit probari.*

Auponum alia eſt conditio, qui vinum miſcent cum aqua *c. ejiciens. diſt.* 88. & pro mero vendunt; emptores enim vel bibentes decipiunt mala in- 1.

 tentione

tentione, non quod horum ſanitati proſpectum velint, ſed propriis ſuis crumenis. Certè non minus quàm annonæ fraudatores, & flagellatores, lege
2. Julia de annona plecti debent, Forcatulus *d. cap.9. pag.31.* ubi ex Marco Catone annectit, ſi ſcire voles, in vinum aqua adhibita ſit, vaſculum facito de materia hederacea, vinum id, quod putabis habere aquam, eodem mittito, ſi habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit: nam non continet vinum vas hederaceum.

Obſervatio. XIV.

1. *Noldenij error.*
2. *Mos Chinenſium in vini uſu.*
3. *Aqua quo ſenſu dicatur inebriare.*

1. ALemani quondam vina ſua aquis miſcuere, ſicut Itali, Galli, Hiſpani hodiè Goldaſt. *Alaman. rer. tom.I. part.1. ad cap.11. pag.208.* Hinc, ut & ex Medicorum conſilio, credo, conſtitutionis noſtræ rationem deduci potius debere, quam ex Salomonis præcepto, *Proverb. cap.31. verſ.4.* ut putavit Nolden. *de Nobilit. cap.8. num.78.* cui propterea contradixi. *tom.I. jur. publ. lib.3. cap.8. num.8. & 9.* Præceptum hoc, aut generaliter accipitur, aut limitativè.
2. Si generaliter, Regi nullum prorſus vinum dari debet, & ſic nec mixtum quidem: quo ſenſu quadantenus conveniet cum Chinenſium more, quem ex hiſtor. Chinenſi. *lib.3. cap.10.* refert Zacutus *d. tractat. lib.4. hiſtor.1. pag.598.* quo vetitum eſt judicibus, antequam cauſas audiant, vel guttam vini, abſque Regis Imperio, bibere. Si limitativè, non dandum eſt copioſè, ne
3. Rex inebrietur; ebrietatis enim peſſimi effectus. At mixtum quoque vinum, ſi copioſè bibatur, ebrietatis cauſa eſt; imò & cereviſia, quoque, quod innuit Plinius, exclamans: heu mira vitiorum ſolertia! inventum eſt, quemadmodum aqua quoque inebriaret, vide Hadr. Jun. *d. cap.15. pag.212.*

Obſervatio XV.

Ad verb. Impletum

De capacitate ſcyphi, quem Bohemus Imperatori exhibet.

DE capacitate ejus ſcyphi, quem Bohemus Imperatori exhibet, nihil exprimitur, aliqualis tamen conjectura ex pondere duodecim marcarum ſumi poteſt, eum capacitatis eſſe non exiguæ. Impletum eſſe vult conſtitutio, ubi verò, & à quo impleatur, ſilet. Extra locum convivii impleri dixerim, ab Imperatoris triclinario, atque Archipincernæ tradi, qui equo inſidens eum ferat uſque ad ædes, ubi convivium agitur, & ibi deſcendens ab equo ad menſam Imperatoris progrediatur. De priſcorum poculis aureis, argenteis &c. vide Bulengerum *de conviviis lib.4. cap.14.* & nota ex Athenæo *lib.11. pag.476.* priſcos atque primos homines boum cornibus olim bibiſſe.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio XVI.

Quando Bohemus Imperatori vinum porrigat ad bibendum?

QUando Bohemus Imperatori potum afferre, & porrigere debeat, aliter non indicatur, quam hoc fieri debere, poſtquam cœteri Electores munia ſua impleverint. Id ergò fiet, menſa jam cibis onerata, & Imperatore illos capiente. Ex *d. diſcurſ.2.* apud Goldaſt. Politiſcher Reichshändel. *part.3. pag.154.* diſcimus, id factum, als ihre Majeſtät (Keyſer Carl der Fünffte) ein wenig geſſen hatte.

Obſervatio XVII.

De prægustatione potus.

AN Bohemus prægustans vinum aqua mixtum, & ita Imperatori ſcyphum tradat, conſtitutione noſtra non docemur, credibile tamen eſt, id ita fieri, cum Pincernæ munus ſit, non tantum poculum exhibere, ſed etiam prægustare potum, quo ſecurius bibi poſſit. Apud Perſas, quia multis inſidiis vita Regum erat expoſita, ne venena eis infunderentur, calicem labris non antea admovebant Reges, quam Pincernæ potum guſtu exploraſſent: eaque de causâ, poſt phialam porrectam, qui Regi à poculis erant, cyatho ex ea hauſtum vinum in ſiniſtram manum fundentes, abſorbebant. Barnab. Briſſonius *de Regno Perſarum. lib.1. pag.66.* Caſalius *de profanis Romanor. ritibus. dict. cap.25. pag.237.*

Obſervatio XIIX.

Error Caſtaldi.

CAſtaldum *de Imper. quæſt.8. num. 21.* ſcribere refert Buxdorff. *diſſert. ad A.B. theſ.51. lit.a.* Regem Bohemiæ, niſi libera voluntate voluerit, non teneri ad primum Imperatori potum miniſtrandum. Error ex malè intellecto *cap.4. A.B.* §.4. natus; ubi dicitur, Regem Bohemiæ primum potum Imperatori miniſtrare, ſed non ſub corona regali, niſi voluerit. Exhibitio potus non eſt voluntatis, ſed legis & neceſſitatis *A.B. hoc cap.27. §.5.* exhibitio autem potus ſub corona, eſt voluntatis: Hoc eſt, Rex Bohemiæ porrigens potum, poteſt corona caput cinctum habere, non autem ad hoc obligatur, ut habeat.

Obſervatio XIX.

Electores reverenter Imperatori officia exhibere debent.

SUpra hujus *cap.§.2.* de Archicancellariis ſtatutum fuit, ut ſigilla reverenter ponant ante Imperatorem: quod vocabulum, licet *in* §.3.4. *& hoc noſtro 5.* non legatur repetitum, extra omne tamen eſt dubium, Archicamerarium

rium dando aquam Imperatori, Archidapiferum ponendo cibum ante Imperatorem, Archipincernam exhibendo Imperatori potum, ſingulos id cum reverentia peragere. De Palatino Hartm. Maurus *in d. deſcript. convivij Caroli V.* annotavit, quod primum ferculum coopertum Regiæ majeſtati reverentiſſimè apposuerit.

Obſervatio XX.

1. *An detecto, vel tecto capite, hæc officia Imperatori exhibeantur?*
2. *An Principes in præſentia Imperatoris caput tegant.*
3. *Grandium in Hiſpania Privilegium.*

1. AN verò ad hanc reverentiam etiam accedat, ut quilibet Electorum munus ſuum detecto capite peragat, quæri poterat? De hoc nihil diſponit conſtitutio noſtra, præterquam quod *cap.* 4. §.4. percepimus, Regis Bohemiæ voluntati ex privilegio relictum, an potum primum velit Imperatori exhibere ſub Regali corona, hoc eſt, Regalem coronam gerens in capite, vel ſub capitio Electorali. Hujus privilegii meminit conſtitutio Ruperti Imperatoris apud Goldaſt, *tom. V. conſtitut. Imper.* §.*ult.pag.*92. ibi: Archipincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romanorum, in ſolennibus Curiis ſub corona regali exercere non debet, nec tenetur ad hoc, niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum, in præſentia Imperatoris, vel Regis Romanorum, dum ſolennes Curias celebrari contigerit, procedendo, ſedendo, vel ſtando, Regalem geſtare coro-
2. nam. Quod Electores cæteros attinet, deciſio quæſtionis dependet ab uſu, & more hactenus obſervato. Non modo autem Electores, verùm etiam alii Principes, qui ſunt Imperii Status, in præſentia Imperatoris caput tegere conſueverunt. vide *tom. V. jur. publ. in additam. ad lib.* 4. *cap.* 8.
3. *num.*1. In Hiſpania ſimilis prærogativa competit illis, qui *Grandes* dicuntur, ut conſtat ex relatione de Favyn *au theatre d'honneur. liv.*8. *pag.*1501. *Les Grandes d'Eſpagne, ont la prerogative d'avoir la teſte couverte en la chambre du Roy, s'ils ne parlent à luy. Privilege ſi grand, & tellement aſtraint aux Seigneurs de cette qualité, qu'il n'eſt communiqué aux plus grands Capitaines. Le Duc d'Alve n'en peut venir au bout, quoy que ſes grands ſervices, rendus en tant de lieux à la Couronne d'Eſpagne, luy faiſoient meriter autre choſe, & qu'il euſt fait courir le proverbe à la Cour: qu'il avoit bonnes jambes, pour ſe tenir debout, & la teſte fournie de reſveillemarins; c'eſt à dire catarres; voulant donner à entendre, qu'il avoit mal à la teſte, que le Roy devoit permettre de ſe couvrir.* Magnates Hiſpaniæ, qui Grandes ibi audiunt, hac gaudent prærogativa, ut tecto capite in cubiculo Regi adſiſtere poſſint, excepto caſu, quando cum Rege loquuntur. Magnum hoc eorum eſt privilegium, quod nec egregiis belli Ducibus competit. Dux Albanus id conſequi haud potuit, qui tamen Regno

Digitized by Google

Regno Hiſpaniæ variis in locis magna præſtiterat ſervitia, indeque dignus favore & præmiis. Eum autem hanc prærogativam ſtudioſè ambiiſſe hinc conſtat, quod in aula quaſi proverbii loco diſſeminaverit: ſe benè ſtare poſſe, nec laborare pedibus, ſed capite, catharris repleto; ſibi itaque conſultum fore, ſi Regis gratia poſſet tegere caput.

Obſervatio XXI.

1. *Quinam poſt Bohemum Imperatori exhibeat potum?*
2. *Auguſtus Imperator natura vini fuit parciſſimus.*
3. *Alexander Severus bibit in honorem Alexandri Magni.*
4. *Taciti Imperatoris frugalitas.*

Ad verb. ad bibendum.

Hic primus eſt potus. *ſupra. cap.* 4. §. 4. Cœteros non Archipincerna, 1.
ſed alius Imperatori ſubminiſtrat. Carolo V. ſubminiſtravit Fridericus, Comes Palatinus Rheni *d. diſcurſ.*2. apud Goldaſt. *part.*3. der Politiſchen Reichshändel. *pag.*154. & Hartm. Maurus *in dict. deſcript.* Numerus ab Imperatoris appetitu & voluntate dependet, unde non ſemper æqualis. De 2.
antiquis Imperatoribus Romanis literis conſignatum; Auguſtum vini natura parciſſimum fuiſſe. Non amplius ter bibere eum ſolitum ſuper cœnam, in caſtris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit: Poſtea, quoties largiſſimè ſe invitaret, ſenos ſextantes non excuſſit, aut ſi exceſſiſſet, rejiciebat. Et maximè delectatus eſt Rhætico, neque temerè interdiu bibit. Pro potione ſumebat perfuſum aqua frigida panem, aut cucumeris fruſtum, vel lactuculæ thyrſum, aut recens acidumve pomum, ſucci vinoſioris. Sueton. *in vita Auguſti edit. Gruteri. num.*77. *pag.*138. Alexander Severus, cum amicos mi- 3.
litares convivas habuiſſet, ut uſum Trajani, quem ille poſt ſecundam menſam potandi, uſque ad quinque pocula, inſtituerat, reſervaret, unum tantum poculum amicis exhibebat, in honorem Alexandri Magni: id autem brevius, niſi ſi quis, quod licebat, majus habere poſtulaſſet. Ælius Lampridius *in vita Alex. Severi edit. Grut. pag.*349. *num.*39. Tacitus Imperator 4.
fuit vitæ parciſſimæ, ita ut Sextarium vini tota die nunquam potaverit, ſæpè intra heminam. Convivium verò unius gallinacei, ita ut ſinciput adderet, & ova. Panem, niſi ſiccum, nunquam comedit, eundemque ſale, atque aliis rebus, conditum. Menſam ſuam nunquam, niſi agreſtibus, opimavit. Faſianam avem, niſi ſua, & ſuorum natali, & diebus feſtiſſimis, non poſuit. Flavius Vopiſcus *in vita Taciti, circa fin. edit. Grut. pag.*432.

Obſervatio XXII.

Carolus V. Imperator ſingulis Electoribus prabibit.

Carolus V. ſingulis Electoribus præbibit, hat einem jeden Churfürſten einen Trunck / gar mit ehrſamer reverentz, bracht. *dict. diſcurſ.*2. apud Goldaſt,

daſt. *pag.154.* quod credibile eſt etiam ab aliis poſt illum factum, & adhu fieri; unde numerus poculorum in hiſce conviviis major eſſe poteſt, quàm in refectione ordinaria. Præſertim tunc, quando pro ſalute alicujus bibit Imperator. Licet autem hoc rarò fiat, fieri tamen poteſt, & factum eſt à Imperatore Ferdinando II. ut obſervavit author, qui gloriam bellicam Maximiliani Bavariæ Ducis, & Electoris promulgavit. Exclamat ille: *cap.9. pag.189.* quid ad Bavariæ domus gloriam potuit expreſſius ſpectabile uſque excogitari, quam ut ipſe inviƈtiſſimus Cæſar, inter ſolennes epulas honoris ergò aſſurgens, ſtanſque, & propinaret aliis, & biberet ipſe in ſalutem novi Electoris, ut qui fortunam, famam, vitam, ſanguinemque, & res omnes ſuas pro Imperii, & Imperatoris incolumitate, tot diſcriminibus objicere non dubitaſſet? Notabile eſt, quamquam haud omninò materiæ noſtræ conveniens, quod refert Speidelius *in ſpec. jur. polit. & ſub.* ... *num. 112. pag. 385.* de Imperatore Ferdinando III. Als Seine Majeſt. anno 1653. am grünen Donnerſtag zwölff armen Männern die Füſſe gewaſchen und vor dem Tiſch auffgewartet/ habe einer unter den zwölffen dem Kayſer zu zetruncken/ welches Seine Majeſtät ſanfftmütig angenommen und darnach den überreichten Trunck einem andern fürgeſtellet. Cœterùm, de *uſo antiquo, e moderno d'invitar à bere, che volgarmente in Italia ſe dice far brindiſi,* videri poteſt Gion, Stefano Menochio *nelli trattenimenti eruditi par.* ... *cent.4. cap.53.* ubi in fine capitis *pag. 446.* addit; *Grande abuſo in molti luoghi, maſſime ne paeſi Settentrionali s'e introdotto in queſti inviti, e brindiſi, per la quale meritamente ſi può temere, che non ſia porto loro à bere il calice dell' ira divina, del quale ſi fà mentione, Iſa.51. Jerem.25,49. c.51. Apocal.14. & Pſalm.11,74.* Quia autem fit non infrequenter, ut qui ſibi relicti plus æquo non biberent, importunis expugnati compotatorum precibus, vel minis, id faciant: & tunc ſatis ſe tutos, atque apud DEUM credant excuſatos, cum tamen non ſint, eò quod nec metu, nec amici cauſa fas eſt divinæ legis rationiſque naturalis fines tranſilire, aut homines magis quam DEUM revereri, tres hic modos proferam (quos comendat Balthaſar Chavaſſius *lib.3. de vera, perfectaq; prudentia, ſeu de perfecto virtutum uſu. cap.3. de cautela & circumſpectione circa ſobrietatem. pag.574. & ſeqq.*) Primus eſt, voto te obſtringere (ſi ſperas, & valdè probabiliter credis te ei ſatisfacturum) ad tres, vel quatuor duntaxat communes ſcyphos, tam in prandio, quam in cœna; tempore verò medio, quod ſcilicet prandium cœnamque interjacet, ad unum, vel ſummum duos exhauriendos. Hoc armatus clypeo importunis ſociis ſubridens conſtanterque dicito, ignoſcite chariſſimi, religione prohibeor facere quod flagitatis, obligavi me voto contrario, & noſtis quod ſcriptum eſt (*Pſalm.75. Eccleſ.* ...) vovete, reddite Domino DEO veſtro: & melius eſt non vovere, quam poſt votum promiſſa non reddere. Abſit, ut illudam Domino, ſeria res eſt, ...

Princes, le Heraut ne baiſe pas ce qu'il preſente à l'envoyé, & ne s'agenoville
omme il fairois au Prince, s'il eſtoit preſent. Ainſi, au Conſiſtoire à Rome, en

preſence

Digitized by Google

preſence du Pape, les Ambaſſadeurs des Princes Chreſtiens ont Seance ſelon la dign[illegible] de leurs maiſtres: Ainſi, és Diettes Imperiales, ſauf toutes fois que les Princes preſe[illegible] ſont preferes aux envoyez des abſens: Ainſi, eſt és pompes funebres des Princ[illegible] quelles les maiſtres des ceremonies, & les Heraux, deferent l'honneur aux env[illegible] au meſme rangqui appartient aux Princes, qui les ont envoyez. Legati, & m[illegible]datarii Magnatum, eundem tenent locum in conventibus publicis, & [illegible]nibus, quem tenerent illi, à quibus miſſi, ſi ipſi præſentes, non ſolum [illegible] ſed etiam ſedendo: excepto quod caduceator, quantum Principes a[illegible] non oſculetur illud, quod præſentat legato, nec ſe ante illum ſubmitt[illegible] genua, ut faceret, ſi Princeps ipſe præſens eſſet. Romæ, in Conſiſtor[illegible] præſente Pontifice, legati Principum Chriſtianorum ea locantur ſede, q[illegible] illis, quos repræſentant, convenit: in Comitiis Imperii, Principes præſen[illegible] præferuntur abſentium legatis. In funebri pompa Principum, magiſtri ce[illegible]remoniarum, ac caduceatores, eundem deferunt honorem legatis, eod[illegible] ordine, qui debetur Principibus, qui ſuos legatos eò miſerunt. Autho[illegible], qui ſcripſit Comitiologiam Ratisbonenſem anni 1654. (quæ typis expreſ[illegible] fuit Bremæ, anno 1657.) *part.3. num.73.* inquit, Principes in perſona præſen[illegible]tes, licet aliàs ordine poſteriores, præcedunt legatos Principum ordi[illegible] priorum, exceptis domus Auſtriæ, Burgundiæ, & Archiepiſcopi Saliſbur[illegible]genſis Legatis, qui etiam Principes in perſona præſentes præcedunt; [illegible] præeminentiam & Bizantini, Magiſtri ordinis Teutonici, Legati q[illegible]runt in Comitiis anno 1641. Ratisbonæ habitis, ſed illa per decre[illegible] Cæ[illegible]ſaris, ſub dato 21. Sept. eis denegata fuit.

Obſervatio III.

Ad verb, cujuſcunque dignitatis.

Quid ſi Elector mittat filium ſucceſſorem in Electoratu?

AN ergò idem dicendum, etiamſi Elector mittat filium ſucceſſorem in Electoratu?

Obſervatio IV.

Ad verb. in menſa.

Menſa Electorum præſentium onerantur ferculis, abſentium manent vacuæ.

INter menſas Electorum hæc obſervatur differentia; Præſentium oneran[illegible]tur ferculis, & quilibet ſuam ſibi præparatam occupat: Abſentium ve[illegible] eduliis vacuæ manent, & nemo ad eas accumbit. vide Hartmannum M[illegible]rum *in d. deſcript. Coron. Caroli V.* & Gothardum Artum apud Goldaſt. *p[illegible] Imper. part.1. pag.*178. ubi refert, in Coronatione Matthiæ Imper. menſ[illegible] quæ pro Electore Brandenburgico parata fuerat, holoſerico rubro in[illegible]tam, manſiſſe vacuam, & ſine eduliis, cum ipſe non eſſet præſens, ſed mi[illegible] legatum. De menſis abſentium Electorum tradit Sprenger *in juriſpr. [illegible] pag.*181. quod credentias quidem habeant, ſed ſtratæ non ſint, poſitis in [illegible]gulis tribus clauſis patinis.

Ob[illegible]

Digitized by Google

Obſervatio V.

Rege Franciæ mortuo, per certum tempus ejus menſa oneratur cibis.

[N]On eſt alicubi inſolitum etiam abſentium menſas ferculis onerare, æquè ac ſi præſentes forent; idemque fit Regi Franciæ mortuo, cui, vi- os ad dies epulæ apponuntur, æquè ac ſi vivus menſæ adſideret. *Notitia ni Franciæ. lib.2. cap.17. pag.816.*

Obſervatio VI.

Panes honoris, quos Papa mittit legatis, Romæ degentibus.

Omæ legatis non ſubminiſtrantur à Pontifice edulia, in dies tamen mittuntur cuique quatuor panes, qui honoris vocantur. Fred. de Mar- er. *lib.1. de Legato diſſert.30. pag.170.*

§. 7.

Obſervatio I.

Diverſitas editionum A.B. quoad collocationem hujus §.

[H]Ic Paragraphus in Colonienſi editione, *tom.1. Concil. & Cujaciana*, po- nitur hoc loco, quo eum præſentat authographum; at Francofordiana, bleri, & Moguntina, rejecerunt in finem ſequentis Capitul. 29. ut obſer- Goldaſt. *in ration. Conſtit. Imper, ad cap.28, §.ult. pag.102.* Illud autem re- s factum apparere, ſi contextum reſpiciamus, cenſet Rumelin, *d. part.3, rt.6. ad A.B, theſ.10.* Diverſas has locutiones non leviter admiror, præſer- cum una authographo nullo modo conveniat; puto tamen, illam quo- non ſine ratione factam fuiſſe, quam ex verbis, ſicut præmittitur, dedu- dam arbitror. Cum enim in hoc *cap.28.* nihil præmiſſum reperiatur, de dis Principibus conferendis, illud verò fiat in c. ſequenti, ad illud, non em ad hoc, paragraphus, de quo quæſtio eſt, transferri potuit; at cum authoritate privata factum cognoſcamus, authographum prævalere dibile; & fortaſſis, quod de præmiſſo dicitur, intelligi debebit, *de cap.3, circa fin. & cap.5. §.1.* ubi collationis feudorum mentio facta.

Obſervatio II.

Diverſitas alia.

[N]Ec hoc porrò ſilentio prætereundum, quod Germanica verſio Mogun- tina cum latina conſtitutione non omnino conveniat: Hæc habet, ubi rit Imperator, vel Rex Romanorum, cum Principibus Electoribus, ad brandas ſolennes Curias, vel feuda, ſicut præmittitur, Principibus con- nda: illa, der Käyſerlichen Sitzung/ da er mit ſeinen Churfürſten geſeſſen/ en hochzeitlichen Hoff begangen/ und den Churfürſten Lehen verliehen.

Digitized by Google

Obſervatio III.

Ad verb. Magiſter Curiæ.

1. *Magiſtri Curiæ dominatio.* 2. *Major domus. Magiſter Palatij.*

MAgiſtri Curiæ fit mentio hîc, & *cap. 29. §. 2. & 3.* Generaliter Magiſter Curiæ dicitur, qui in domo, & familia Principis, aut ſecundum Dominum primas tenet. Hotoman. *de verb. feudal. lit.* In aula Regis Franciæ, Merovingicis temporibus, dicebatur major domus eſt, Magiſter Palatii, qui propè dignitate conveniebat cum Præfecto Prætorio, Imperatorum Romanorum ætate, qui etiam aulæ præfectus dicebatur. Idem Hotomannus *in Francogallia cap. 15. in pr. pag. m. 124.* Textus noſter accipi debet de Magiſtro aulæ Imperatoris, vel Regis Romanorum, qui Germanicè audit Käyſerl. Ober-Hoffmeiſter.

Obſervatio IV.

Ad verb. Ligneum apparatũ.

De ligneo apparatu, qui cedit Magiſtro Curiæ.

PErſuaſum mihi habeo, hunc ligneum apparatum ſumptibus Imperatoris conſtrui, & Curæ Magiſtri aulæ commendatum eſſe, indeque ei quoque potius, quam alii cedere.

Obſervatio V.

Ad verb. ædificium,

De ædificio ligneo Regis Angliæ.

DE ædificio ligneo, quod ad Pompam à Rege Angliæ factum, ut Regem Franciæ, anno 1519. in agro Guinenſi exciperet, ita ſcribit Martin du Bellay, Seigneur de Langey *liv. 1. de ſes memoires. pag. m. 21. Le Roy d'Angleterre feſtoya le Roy pres de Guines, en un logis de bois, ou il avoit quatre corps de maiſon, qu'il avoit faict charpenter en Angleterre, & amener, par mer, toute faite, & eſtoit couverte de toile peinte, en forme de pierre de taille; puis, tendue par dedans des plus riches tapiſſeries, qui ſe peuvent trouver, en ſorte, que l'on ne l'eût peu juger autre, ſi non un des plus beaux baſtiments du monde: & eſtoit le deſſeing pris ſur la maiſon des marchands à Calais. La maiſon, eſtant apres deſſaſſemblee, fut renvoyee en Angleterre, ſans y perdre que la voiture. Le Lendemain le Roy devoit feſtoyer le Roy d'Angleterre prés Ardres, ou il avoit fait dreſſer un pavillon, ayant ſoixante pieds en quarré, le deſſus de drap d'or frizé, & le dedans doublé de veloux bleu, tout ſemé de fleurs de lis, de broderie d'or de Cypre; & quatre autres pavillons aux quatre coings, de pareille deſpenſe. Et eſtoit le cordage de fil d'or de Cypre, & de ſoye turquine, choſe fort riche. Mais le vent, & la tourmente vint telle, que tous cables & cordages rompirent, & furent leſdites tentes & pavillons portez par terre: de ſorte que le Roy fut contrainct de changer d'opinion & fit faire, en grande diligence, un lieu pour le feſtin, ou de preſent y a un boulevart, nommé le boulevart du feſtin. Je ne m'arreſteray à dire les grands triumphes, & feſtins, qui ſe*

Digitized by Google

zi la grande deſpence ſuperflue, car il ne ſe peut eſtimer, tellement que pluſieurs rterent leurs moulins, leurs foreſt, & leurs prez ſur leurs eſpaules. Rex Ane epulo excipiebat Regem Galliæ, prope Guinam, in domo lignea, quæ ſtabat quatuor partibus diverſis, quarum ſtructura lignaria fabrefacta rat in Anglia, & per mare integrè poſtea tranſlata in Galliam. Erat au-a exterius ornata tela picta, repræſentante quadrarios lapides, & interius erbis aulæis cincta, ita ut videretur eſſe ædificium omnium mundanorum gantiſſimum, figura conveniens cum domo Mercatorum Caletis. Illa mus poſtea, diſſoluta in partes, remiſſa fuit in Angliam. Poſtero die, Rex ancia, convivium exhibiturus Regi Angliæ, prope Ardreſium, extrui fe-at caſtrenſe tabernaculum, continens ſexaginta pedes, in quadrato, cujus erior pars erat ex aureo panno criſpato, interior autem munita ſerico cæ-leo, confusè repleto floribus liliorum, ex auro Cyprio, & alia quatuor toria ad quatuor angulos, ejuſdem materiæ. Funalis apparatus erat ex auri Cyprii, & bombycino cyaneo, materia maximi valoris. Verum ortus eſt ingens turbo, qui dilaceravit, & abrupit funes, ac proſtravit nia illa tentoria, adeò, ut Rex cogeretur mutare propoſitum, & ſine ra eligere alium locum, convivio exhibendo aptum, ubi nunc extat pro-gnaculum, quod dicitur propugnaculum convivii. Nolo recenſere læti-m triumphalem, & pompam ingentem ibi exhibitam, nec nimios deſcri-re ſumptus ibidem impenſos, quoniam excedunt æſtimationem: multi rtè ibidem reperiebantur, qui pretium bonorum venditorum, moletrina-m, ſilvarum, ac pratorum, gerebant tergo.

CAPUT XXIX.

DE JURIBUS OFFICIALIUM, DUM PRINCIPES FEUDA SUA AB IMPERATORE, VEL REGE ROMANORUM, RECIPIUNT.

§. 1.

Obſervatio I.

Electorum nonnulli unde dicantur Eccleſiaſtici?

Lectores Eccleſiaſtici conſiderantur, vel ut Archiepiſcopi, vel ut Ele-ctores: Illo reſpectu revera ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, altero vero ſunt culares, quoniam munus Electorale, in ſe conſideratum, ſeculare eſt, non

Digitized by Google

Eccleſiaſticum, quod in feudum recipiunt ab Imperatore, vel Imperio, ne autem in beneficium à ſummo Pontifice. vide Sinold. *vol. 1. diſput. de Sa Rei Roman. diſput. 7. lit.* F. G. *pag. 365. & ſeq.* Dicuntur tamen Electores Eccleſiaſtici, quoniam duplicem perſonam repræſentant, nempè Eccleſiaſticam & Electoralem.

Obſervatio II.

Ceremonia in inveſtitura Electorum Eccleſiaſticorum uſitata.

DE ceremoniis, quibus Electores Eccleſiaſtici ab Imperatore de Electoratu inveſtiuntur, videri poſſunt deſcriptiones inveſtiturarum. Electoris Moguntini, in Comitiis Ratisbonenſibus 1623. à me exhibita fuit *tom. jur. publ. in addit. ad lib. 4. cap. 7. num. 23. pag. 438.*

Obſervatio III.

Ad verb. Seculares.

Ceremonia uſitata in inveſtitura Electorum ſecularium.

CEremonias in inveſtitura Electorum Secularium uſitatas repræſentant authores, qui illas inveſtituras deſcripſerunt. Mauritii Electoris Saxoniæ, factam anno 1548. exhibet Sleidan. *lib. 20. hiſtor. fol. m. 352.* Friderici Electoris Palatini, anno 1559. in Comitiis Auguſtanis peractam, vide Goldaſt. in Reichshandlungen. *pag.* 190. De Maximiliani, Ducis Bav. inveſtitura de Electoratu Palatino, facta Ratisbonæ, anno 1623. vide *tom. IV. jur. publ. ad lib. 4. cap. 7. num. 23. pag. 439.*

Obſervatio IV.

Ad verb. nulli penitus ſint aſtricti.

Electorum prærogativa.

ELectorum hæc prærogativa eſt, ut pro collatione feudorum nil quicquam ſolvere teneantur officialibus, quorum opera in illo *actu* Imperator utitur, quod an tantum de collatione Electoratus, non *etiam* reliquorum feudorum, de quibus ab Imperatore inveſtiuntur, *intelligi debeat,* perpendendum eſt. Non teneri, dico, poſſe tamen *aliquid illis* officialibus dare, ſi velint, non ut debitum, ſed donativum, extra dubium eſt. In deſignatione, quæ habetur in theſauro practico, *ſub lit.* E. *pag.* 257. legimus: Die drey Geiſtliche Churfürſten/ ſo Sie ſamentlich/oder ſonderlich Lehen empfangen/ und Sie alsdann von den Erbämptern um eine Verehrung angeſucht werden/ ſo gibt Ihr jeder auß freyem Willen jedem Erbampt ſechzig Thaler zu einer Verehrung. *Et pag.* 260. Die vier Weltliche Churfürſten/ ſo ſie ſamentlich/ oder ſonderlich Lehen empfangen/ und Sie alsdann von den Erbämptern um eine Verehrung angeſucht werden/ ſo gibt Ihr jeder auß freyem Willen jedem Erbampt ſechzig Thaler zu einer Verehrung.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio V.

Ad verb. officiatis debetur.

Imperatori nihil datur pro inveſtitura.

JSu alicubi introductum, ut Vaſallus, dum de feudo inveſtitur, Domino præſtet certam pecuniam, introitus cauſa, vice honorarii. Ragueau *in idice des droits Royaux, & Seigneriaux, lit. R. verb. relever. pag.* 607. Imperaori autem noſtro propterea nihil ſolvitur.

Obſervatio VI.

Ad verb. præſint officiis.

Explicatio textus.

AN quilibet Electorum cunctis Imperialis Curiæ officiis præſit, vel ſinguli illis tantum præſint, qui nomine officii cum illis communicant, ut licitur *ſupra cap.27.§.6. in fin.* (exempli gratia, Elector Saxoniæ, Archimaeſchallus Imperii, tantum Vicemareſchallo de Pappenheim, & Mareſchalo aulæ, vel Curiæ Imperialis, non autem Vicepincernæ, &c. præſit) quæri oteſt? & ex quæſtionis deciſione reſponſio petenda, an (e.g.) Elector Saoniæ, Archimareſchallus, non modo Vicemareſchallo, vel Mareſchallo ulæ Imperatoris, nihil hoc caſu ſolvere teneatur, ſed etiam nihil pincernæ, nagiſtro coquinæ, vel Camerario. Diſpoſitio legis noſtræ mihi generalis idetur, & de omnibus officiariis illis intelligenda, quo nomine etiam veiant, ſive Magiſtri Curiæ Imperialis, ſive Cancellarii, ſive Pincernæ, ſive lagiſtri coquinæ, Mareſchalli vel Camerarii. De uſu reſpondeant illi, qui ollationibus feudorum Electoratuum adſiſtunt.

Obſervatio VII.

Ad verb. Subſtitutos.

Electores Eccleſiaſtici an habeant ſubſtitutos in officiis?

AN Electores Eccleſiaſtici, æquè ut ſeculares, in officiis ſuis habeant peculiares ſubſtitutos, quæſitum memini ſupra; Omnes autem unicum, ſolum Vicecancellarium Imperii habere videntur pro ſubſtituto, aut nulam habent.

Obſervatio IIX.

Explicatio textus.

EGo, vocabulum, *datos*, ita interpretor, olim Electoribus datos fuiſſe ſubſtitutos in officio ab Imperatoribus; nam ſi ad hodiernos reſpicio moes, mihi videtur in Electorum arbitrio conſiſtere, caſu, quo familia ſubſtiutorum deficit, aliam eligere quam velint. Quod Vicecancellarium attiiet, illum eligit Moguntinus. *Capitulat. Ferdin. IV. art.41. in fin.*

Digitized by Google

Obſervatio IX.

Ad verb. à Romanis Principibus.

Romanus Princeps quis datur?

ROmani Principis nomine hîc appellatur Imperator, vel Rex Romanorum, eodem titulo etiam uſus fuit Juſtinianus *in proœmio Inſtitu* *juris*, & Sigiſmundus, in literis ad Concilium Baſilienſe. vide ***tom. II.*** *publ. lib.4. cap.2. num.9.*

Obſervatio X.

Ad verb. & dotatos.

De feudis, quæ habent Electorum ſubofficiales.

SUbofficiales Electorum, ratione officiorum ſuorum tenent feuda illa olim acceperint ab Imperatoribus, ſive ut hodiè, ab Electori quorum fructus meritò lucrantur.

Obſervatio XI.

Ad verb. Xenia.

De exenna, encenia, xenia, relevio, laudemio.

IN Palatino Codice legitur exenna, in editione Moguntina, enc Aptius, ut placet Goldaſto *in rationali Conſtit. Imper. pag.* 102. Xenia, nomine Græci appellant dona hoſpitalia. Moribus obtinuit, ut Vaſ feudum à Domino recipiens, non modo Seniori introitus cauſa certam cuniam (vel aliud quid) afferat, verum etiam pro labore Cancellariæ minatam ſolvat ſummam. Oblationes ejuſmodi nonnullis vocant via. Hotoman. *de verb. feud. lit. R. verb. relevium.* Ragueau *in indice* *Royaux & Seigneuriaux. verb. relever les heritages. pag.* 607. allegans *Neapolit. lib.3. tit.25.* aliis laudemium, Myler. *ad dict. part.3. diſſert.6.* *theſ.13.* Lehenwahr.

Obſervatio XII.

Ad verb. ſponte & liberaliter.

Electores nihil tenentur ſolvere pro inveſtitura.

ELectoris in arbitrio eſt, an officialibus illis aliquid velit *conferre: conferre* enim nil tenetur, attamen obligationi natur*ali, & inde* donationi, locus datur.

§. 2.

Obſervatio I.

Ad verb. cœteri Principes.

Qui ſub nomine Principis veniant?

SUb nomine Principis hîc etiam venire Comites, & Barones, non ambigo, vide quæ annotavi ſupra *ad cap.5. §.1. obſerv.23.*

Obſervatio II.

Ad verb. Eccleſiaſtici.

De antiquo more inveſtiendi Principes Eccleſiaſticos.

Digitized by Google

DE antiquo more inveſtiendi Eccleſiaſticos, dixi ſupra *ad dict. cap. 5. §. 1. obſervat. 21.*

Obſervatio III.

Poteſtas Imperatoris in Principes Eccleſiaſticos.

ECcleſiaſtici, reſpectu feudorum, quæ ab Imperio tenent, ſubſunt Imperatori,& ſi propter fractam pacem condemnentur,non ordinaria Banni pœna percutiuntur, ſed ſolummodo regalibus atque privilegiis Imperii, ſententia declaratoria privantur, non tamen publicè ſub diu, uti ſeculares, ſed in ipſo conſiſtorio, judice ſedente pro tribunali. Etenim Imperator ob delictum non habet juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, niſi ratione regalium, & beneficiorum ſecularium, *c. nimis. de jurejur.* ideò plus ab iis auferre nequit,quam ipſis dedit,nec pœnam ſanguinis, aut vitæ neciſque periculum ipſis irrogare poteſt,quoniam criminis cognitio, & pœna corporalis, ad forum Eccleſiaſticum ſpectat. *c. ſi diligenti. de foro compet. c. cum non ab homine. c. at ſi clerici. de judic.* ita docet Gail. *lib. 1. de pace publica. cap. 1. num. 14. & cap. 8. num. 7. ac lib. 2. cap. 4. num. 21.*

Obſervatio IV.

Imperator confert feuda Principum. — *Ad verb.* ab Imperatore.

FEuda Principum conferuntur ab Imperatore, vel Rege Romano. *ſupra cap. 5. §. 1.*

Obſervatio V.

De Ceremoniis inveſtiturarum. — *Ad verb.* ſuſcipit.

DE Ceremoniis in ejuſmodi inveſtituris uſitatis, vide *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 4. cap. 7. num. 23.*

Obſervatio VI.

De numero marcarum argenti, quæ pro inveſtitura ſolvi debent. — *Ad verb.* ſexaginta tres.

PAlatinus codex hîc exprimit ſexaginta marcas; ſed ex *ſeq. verſ.* prædictarum, ſuppleri poteſt, quod omiſſum; ibi enim expreſsè ſexaginta trium marcarum mentio fit. Goldaſt. *inter reſcripta & Stat. Imper. textum A. B. exprimens, in marginal. ad cap. 29. pag. 120.* annotavit, Moguntinum exemplar habere ſexaginta ſex marcas; verum illud, quod Codici receſſuum Imperii præmiſſum, ſexaginta tres marcas ponit, & rectè; quoniam, ubi ſummarum, quæ cuique ſecundum A. B. diſpoſitionem debetur, fit collectio in unam, ille deprehenditur numerus.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſervatio VII.

Ad verb. Marcas argenti.

De marca argenti.

DE marca dixi *ſupra ad cap.* 27. §.2. *obſerv.* 16. Solutio fit in pecuniâ: ſi illa ſit argentea, ſive aurea, nihil intereſt, modo precii marcæ ar- habeatur ratio.

Obſervatio IIX.

Ad verb. fertone.

Ferto, Verdon/ fartus, quid?

SPiegelius *in Lexico* pro lit. f. utitur u, ac ſcribit, Verton eſſe vocem barbaram, deductam à vetuſto Germanorum Verton/ Verding; Pro quo hodie dicimus Vierthel/ eſſe autem frequentem in Epiſcoporum ore, cum vix ſit unus, qui noverit, quid ſit. Denotare verò apud illos quartam partem rerum Eccleſiaſticarum *cap.*30. *cauſ.*12. *quæſt.*2. In *c.*2. *de ſent. & re judic.* ... fieri mentionem Regni Siciliæ, quod in annuam penſionem Eccleſiæ Romanæ pendere debeat mille fartos. An fartus cum fertone ejuſdem ſit ſignificationis, aliis dijudicandum relinquo; affirmativam amplexus ſu- *tom.IV. jur. publ. in addit. ad lib.*4. *cap.*7. *num.*23. *pag.*433.

Obſervatio IX.

Ad verb. exemptū.

1. *De privilegio, nihil ſolvendi pro inveſtitura.*
2. *Tale habent Archiduces Auſtriaci.*
3. *Et dicitur habere Abbas Fuldenſis.*

1. REgula eſt, quemlibet Principem Imperii, quando feuda ſua ab Imperatore ſuſcipit, teneri ſolvere Xenia officialibus Imperialis Curiæ: Ab hac regula excipiuntur illi, qui privilegio Imperiali ab hoc onere exempti
2. ſunt. Horum in numerum relatum fuiſſe Ducem Auſtriæ, poſtea Archiducem factum, notum eſt ex privilegio Friderici Imper. *quod exhibui tom.II. jur. publ. lib.*5. *c.*2. *num.*30. *circa fin.* ibi, volumus etiam, ut *dictus Dux Auſtriæ* omnia ſua feudalia ſive jura, liberaliter ſuſcipiat datione *ſine omni;* vel, ut verba Germanica confirmationis Caroli V. *d.l. num.*32. ſonant; Er (der
3. Ertz-Hertzog) empfaht auch ſein Lehen frey ohn einige Gabe. Abbatem Fuldenſem eodem jure uti audio.

Obſervatio X.

Ad verb. indulto.

Indultum quid?

INdultum hîc cum privilegio idem eſt, nempè, quando privilegio alicui indultum eſt, ne ſolvat xenia. Indultum etiam dicitur illa gratia, qua ... minus ad ſuſcipiendum feudum ab Imperatore prolongatur. *de quo ... tom.IV. jur. publ. in addit, ad lib.*4. *cap.*7. *num.*19. *pag.*427. *& ſeq.*

Obſervatio XI.

Ad verb. aut etiam aliis.

De impendiis, quæ fiunt inveſtituræ gratia.

VErba diſpoſitionis, à talibus, aut etiam aliis, innuunt, præter ſexaginta tres marcas, & unum fertonem, etiam adhuc alia impendia fieri conſueſſe: quæ fortaſſis ideò non enumerantur, quoniam illorum taxa à lege non ſit determinata, ſed uſui & benevolentiæ ſolventis relicta. Qualia hodiè eſſe cenſeo illa, quæ enumeravi *d. tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib. 4. cap. 7. p. 437.*

Obſervatio XII.

Ad verb. diviſionē faciet.

Cui ſolvenda pecunia pro inveſtitura debita?

DIviſio hìc dicitur illa diſtributio, quando unicuique pars ſua, quam lex determinavit, traditur. Traditio autem fieri debuit à Magiſtro Curiæ, cui ſexaginta tres marcæ, & ferto ſolvebantur; quod tamen non adeò ſtrictè ſemper hactenus obſervatum, docent illa quæ *d. t. IV. ad dictum librum, & caput pag.* 434. annotavi.

Obſervatio XIII.

Ad verb. decē marcas pro ſemetipſo.

Pro decem marcis argenti, hodiè ſolvuntur ſexaginta aurei, Goldgulden.

MAgiſtro Curiæ hodiè pro decem marcis argenti ſolvi debent ſexaginta aurei, ſechzig Goldgulden/ quod de valore, non de ſpeciebus intelligo. Tantundem etiam ſolvitur pro uno quoque, cui in A. B. decem marcæ argenti attributæ leguntur, nempè, Cancellario, Mareſchallo, Camerario, Pincernæ, Magiſtro coquinæ.

Obſervatio XIV.

Ad verb. tres marcas.

Quantum ſolvatur perſonis in Cancellaria occupatis?

PErſonæ, quæ in Cancellaria officia tenent, hodiè plures ſunt, quibus xenia debentur; ſingulis ſecretariis dari debent duodecim aurei, zwölff Goldgulden; Taxatori decem, Regiſtratori totidem, ſcribis; Denen Reichs-Hoff-Cancelliſten/ poſtquam numerus illorum auctus fuit, viginti aurei. (ante augmentum fuerunt quindecim aurei.)

Obſervatio XV.

Ad verb. Notariis,

Qui olim Notarij, nobis hodiè dicuntur Secretarij.

QUos olim Notarios, nos hodie Secretarios vocamus. Mallinckrot. *de Archicancellar. & Cancellar. S. Rom. Imper. German. pag.* 66. & 115. ubi etiam de antiquitate & ſignificatione vocis Secretarius agit.

Digitized by Google

Obſervatio XVI.

Ad verb. Sigillatori.

1. *Sigilli cuſtos.* 2. *Chauſecire apud Gallos.*

1. SIgilli cuſtodia attributa eſt Cancellario, *ſupra cap.27. §.2.* qui, ubi er imprimendum,& literis adhibendum,illud Sigillatori concedit, quo ſi-
2. latio perficiatur. In Gallia dicuntur *Chauſecires, qui manient les ſeau Chancelleries, ou Juſtice,pour ſeeller les lettres que l'on expedie.* Ragueau *en l'indice des droits Royaux & Seigneuriaux. ſub lit.C.pag.161.* de quibus videri dé Loyſeau *du droict des offices. liv.2. chap.8. pag.341. num.20.& ſeqq.* eorum etiam meminit Bodin. *de Republ. lib.3. cap.5. pag.m.483.*

Obſervatio XVII.

Ad verb. pro cera.

Sigiſmundi Imperatoris conſtitutio de ſigillis.

PRo ſigillo nihil requiri,vel accipi debere,conſtituit Sigiſmundus Imperator,in ſeiner Weltlichen Reformation, *cap.15.* quæ habetur apud Goldaſt. *inter ſtatuta & reſcripta Imperialia. pag.193.* Brieff und Siegel ſind beyde der lautere Warheit der Sachen/und nemlich das Inſiegel um die Warheit; nimt man nun Geld anzuhencken/das iſt offener Wucher/dann man ſoll keine Warheit verkauffen. Wann eine Sach gericht und geſchlicht wird/ſo ſoll es mit dem Inſiegel beſtetiget werden.Die Biſchoff verkauffen und verſetzen yetz ihr Sigel/und ſchlegt man auff die Inſiegel allzeit mehr und ye mehr: Und geben nit um die Inſiegel/als um die Zöll. Wer es beſeckelt/iſt offen Wucher; darum ihr Biſchoff/ Reichs-Srädt und Herren/ wie ſy genannt ſeyen/ beſchent daß ihr kein Gelt vom Inſiegel nement/ bey beraubung deß Inſiegels Freyheit. Nement um rechte Warheit nichts/ das iſt GOTT lieb/ und iſt recht. Jeſus Chriſtus iſt die Warheit/der hat geveſtnet den rechten Glauben mit der Geſchrifft ſeiner mannigfaltigen Wunden/ und verſigelt/mit ſeinem Menſchlichen Todt alles umſunſt/ alſo Wir ſtifften und bauen ſullen die Warheit *auch umſunſt.* Hæc ſanctio prohibet quæſtum ſigillorum,ſed non expenſas, *quas ſigillatio* requirit, videlicet in ceram, capſulam, pergamenum, *chartam,* &c.

Obſervatio XIIX.

Ad verb. Cera.

De cera alba, rubra, &c.

OLim Imperatorum nonnulli cerâ albâ uſi ſunt. Fecit hoc Ludovicus Bavarus,ut videre eſt apud Hervvard. *libro,* quem pro eodem Ludovico contra Bzovium edidit. *pag. 233.* fecit idem Wenceſlaus privilegio, quod dedit balneatoribus, legitur apud Goldaſt. *part.2.* der Reichs-Satzungen *pag.82.* Pleriſque tamen cera rubra placuit, quæ etiam adhuc in uſu. Cæterum, de vario colore ceræ, quæ literis adhibetur,vide Beſoldum *in theſ. pra-ct.*

Digitized by Google

ico ſub lit. W. verb. Wachs. Höpping. *de priſco & novo jure ſigillorum. cap. 5. §. 4.* 62. *& ſeqq. pag. 65. & ſeq.* me *tom. I. jur. publ. lib. 1. cap. 11. num. 26. & ſeqq.*

Obſervatio XIX.

De pergameno.

Ad verb. Pergameno.

DE pergameno vide *ſupra obſervationem præliminarem 2.*

Obſervatio XX.

De xeniis quid conſtitutum in inſtrumento pacis?

ET hæc quidem de xeniis in aurea Bulla conſtituta ſunt; quibus ex Inſtrumento Pacis Cæſar. Suecico, an. 1648. Oſnabrugis Weſtphalorum confecto, *artic. 5. num. 6.* addi debet, Electos, aut poſtulatos, in Archiepiſcopos, Epiſcopos, aut Prælatos, Auguſtanæ Confeſſioni addictos, à Cæſarea Majeſtate, poſtquam intra annum electionis, aut poſtulationis ſuæ fidem fecerint, & juramenta regalibus ſueta feudis præſtiterint, abſque ulla exceptione inveſtiri, & ultra taxæ ordinariæ ſummam inſuper ejuſdem dimidium pro infeudatione pendere debere.

Obſervatio XXI.

Quid in Capitulatione Leopoldi Imperatoris?

PRætereà ex Capitulatione Leopoldi, moderni Imperatoris, *artic.* 17. hic ſilentio involvi non debet, daß die jenige Churfürſten und Stände/ welche/ vermög deß Friedenſchluß/ Länder haben abtretten/ und darvor andere annehmen müſſen/ zu keiner neuen Cantzley/ oder Lehen-gebühr/ vor die übernommene Hertzog- Fürſtenthumen/ und Landen/ vor das mal angehalten werden/ oder darzu einigerley weiß verbunden ſeyn.

Obſervatio XXII.

Inveſtituræ primæ tenor debet obſervari in renovatione feudi.

Ad verb. inveſtituræ literam.

PLacuit Electoribus jus commune (quod vult, in feudorum renovationibus ſemper ſpectandam eſſe inveſtituram primam, & renovationem ad eam eſſe conformandam. Vultejus *lib. 1. de feud. cap. 7. n. 105.*) Capitulationi Matthiæ *artic.* 40. inſerere, denen Reichs-Churfürſten und Ständen Jhre Lehen/ und Lehen-Brieff/ nach dem vorigen tenor, unverweigerlich wiederfahren zu laſſen. Idem ab iiſdem poſtea repetitum in Capitulat. Ferdinandi II. *art.* 39. Ferdinandi III. *art.* 42. Ferdinandi IV. *art.* 40. hiſce verbis: Die Lehen und Lehen-Brieffe nach dem vorigen tenor unweigerlich/ und ohne einige contradiction (als welche zum rechtlichen Außtrag zu beweiſen) ungehindert wiederfahren/ darbey auch dieſelbe über die edition der alten pactorum familiæ, mit

Digitized by Google

exhibition neuer/ eines oder deß andern Hauſes concernirender/ und von dem Lehenthum keine dependentz habender/ nicht beſchweren laſſen. Et Capitulat. Leopoldi, *artic.39.* ubi additur, viel wenigers die Reichs-Belehnung wegen erſtgedachter edition der pactorum familiæ, die ſeyen neu oder alt/ auffhalten laſſen.

§. 3.

Obſervatio I.

Enumeratio Subofficialium Electoralium.

HIc alio ordine recenſentur Electorum ſecularium Subofficiales, quam factum *ſupra cap.27. §.6.* ubi relati fuerunt ſecundum ordinem, quo eorum Principales Imperatori ſervire debent, excepto Vicemareſchallo de Pappenheim, qui ultimo loco nominatus, cum, reſpectu Electoris Archimareſchalli, ante cœteros nominari debuiſſet.

Obſervatio II.

Ad verb. miniſtrando.

Remiſſio ad cap.27. §. 6. verſ. ult.

IDem conſtitutum *ſupra in d. cap.27. §.6. verſ.ult.* ubi vide *obſerv.25.& ſeqq.*

§. 4.

Obſervatio I.

Ad verb. equo.

Quantum hodiè ſolvatur pro equo?

OLim, quando ſolennis inveſtitura publicè in foro, vel campo, fiebat, Princeps inveſtiendus adveniebat cum patrinis ſuis, equo inſidens. De hoc more A.B. loquitur. Hodie, poſtquam ille mos frequentari ferè deſiit, & inveſtituræ in conclavi peraguntur, in quo inveſtiendus ipſe, vel *ejus* ablegati comparent, inveſtituram ab Imperatore petunt, & accipiunt, in vicem equi Mareſchallo ſolvuntur ſexaginta aurei, nomine *inveſtiti*.

Obſervatio II.

Ad verb. alteri beſtiæ.

Quid velit textus innuere verbis, equo, vel alteri beſtiæ?

QUæ ſit illa beſtia, qua pro equo in actu inveſtituræ uti, & cui inſidere aliquando ſoliti fuerint Principes, Bulla noſtra non exprimitur. Equi verò, tanquam animalis ad equitandum parati, aliquoties in eadem fit mentio. *cap.1. §.ult. cap.26. §.1. cap.27. §.1.2.3.4.5.& 6.* Credo, verbis, alteri beſtiæ, innui mulum (qua appellatione etiam continetur mula. *l. 62. ff. de legat.3.*) Reges Judæorum mulis vectoriis uſos fuiſſe, diſcimus ex Scriptura Sacra *lib.3. Regum cap.1. verſ.33. & 38.* nec non & filios Regum. *lib.2. Regum. cap.13. verſ.29. & cap.*

Digitized by Google

& cap.18.verſ.9. (Dantur nonnulli, qui huic uſui opponunt ex *lib.3. Moiſis qui dicitur Leviticus cap.19. verſ.19.* ubi Deus horum animalium procreationem omninò vetitam voluit. Pineda *lib.2. de rebus Salomonis. cap.5. pag.65. num.1.* & cum illo Caſpar Sanctius *in cap.18. lib.2. Reg. num.10.* aliique diſtinguunt inter mulas, illaſque, quibus Reges uſi fuerunt, alterius ſpeciei fuiſſe tradunt, quam communis, quæ damnata. Ab his diſſentiens Fortunatus Scacchus *arcanorum Sacræ Scripturæ, ſive ſacrorum Elaeochriſmaton myrothecio 3. cap. 29. pag.349.* addit *pag.351.* non quod coitus animalium diverſarum ſpecierum in lege (*d. cap.19. v.19. Levit.*) prohibetur, propterea uſus mulorum Iſraëlitis interdictus putari debet. Enimvero ex vi illius legis peccaſſet quidem, qui lege contempta, equum & aſinam, vel è contra equam aſinumque, ad coitum copulaſſent, nullius tamen peccati labe inquinaretur ille, qui mulos ſeu mulas ad uſum proprium comparaſſet, vel alio quovis juſto titulo ea animalia poſſediſſet. Nam inter ſacras gazas ad uſum ſacri templi mulos recenſeri ſacra oracula tradunt, *Eſaiæ cap.66.* Davidem, filios Regis, & Salomonem, mula uſos legimus; generationem verò mulorum illos procuraſſe, aut ſervis ſuis imperaſſe non legimus. Hæc ille. Sed præſumere licet, ut ejus animalis procreatio Deo diſplicuit, ita etiam ejus uſum haud placuiſſe. Verius fortaſſe (pergit loqui Scacchus, *d. pag.351.& ſeq.*) pro mularum uſu, à Regia facultate argumentum ſumetur, ſi dixerimus, quod mutato Reipublicæ Statu Regibus ipſis, qui totius Reipublicæ Principatum habebant, in præceptis judicialibus multa licebat permutare, & leges aliquas condere, etiam diverſas ab his, quas inter judiciales, ac Politicas, Deus, ut inſtitutor, & Princeps, ac Imperator Iſraëlitici exercitus in conſtituenda republica Iſraëlitica præſcripſerat: de quo plura *myrothecio 2. c.53.* diximus: Verum, ne iſta omninò ex capite excogitaſſe videamur, unum vel alterum ex ſacris libris afferamus exemplum à Deuteronomii libro exordium ſumentes, in quo *cap.17.* pro futuro in populo Rege lex à Deo traditur, per hæc verba: Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus, contra quam legem, Davidem, virum Sanctiſſimum, cum regnaret in Hebron. *cap.3. lib.1. Paral.* ſex habuiſſe uxores legimus; & poſtmodum cum Regnum totius Iſraëlitici populi fuiſſet adeptus, *lib.2. Reg.* pluſes alias uxores duxiſſe fertur. Salomonem quoq; exceſſiſſe numerum uxorum, ac concubinarum, liquido conſtat. Eodem quoque loco *Deuter.* de Rege, moderataque ejus curia, lex in hæc verba fertur; cumq; fuerit Rex conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos. Cum tamen *3. Reg. cap. 4.* ſub Salomone dicat ſacer textus; & habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium. Et ſub Davide legitur *cap.18. lib.1. Paralip.* cepit ergò David mille quadrigas ejus, & ſeptem millia equitum, & viginti millia virorum peditum, ſubenervavitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reſervavit ſibi. Cum igitur non

Digitized by Google

ſolum mula, vel mulo, atque aliis animalibus uti, ſed etiam procrea[illegible]
ipſorum curare, inter judiciales, ac politicas leges à Deo latas recen[illegible]
beat, potuiſſe Reges his mulis uti, atque etiam procreationem illo[illegible]
rare, abſque nota tranſgreſſionis, certiſſimum arbitror. *hactenus* Sc[illegible]
In Gallia quoque Reges mulis uſos, teſtatur Louys d'Orleans *en ſes* [illegible]
res du parlement. chap. 22. pag. 281. Philippe. Auguſte, reprenant ſa femme [illegible]
avoit repudiée, la mit en crouppe ſur ſa mule. Le Roy Louys douzieſme [illegible]
Parlement par les grands degrez, monté ſur ſon petit mulet, & y avoit une [illegible]
d'aix, faicte expres, & accommodée de nattes. (Philippus Auguſtus red[illegible]
gratiam cum uxore ſua, quam repudiaverat, eam excepit mulæ ſuæ terg[illegible]
inſidebat. Rex Ludovicus duodecimus aſcendebat per majores gr[illegible]
Parlamenti Cameram, vectus minori ſuo mulo, & ad hoc ibi extructi [illegible]
lignei gradus, matta ſtrati. Cœterum, ſi quis verbis, alteri beſtiæ, vel [illegible]
aſinum comprehendi, ſuo id affirmet periculo. Non me fugit Carman[illegible]
Gedroſiis belligerantibus aſinos pro equis fuiſſe, eoſque ephippiis, & p[illegible]
ris inſtratos in hoſtem duxiſſe, & parta demum victoria, ceu bellicoſ[illegible]
lia, Marti ſacrificaſſe: Liberum quoque patrem aſellos inequitaſſe, [illegible]
cem humanam dediſſe, eoſque inter Cancri ſtellas conſecraſſe, per[illegible]
Eratoſtenes, quo tempore, inquit, ad Gigantes oppugnandos Jupiter [illegible]
Deos accivit, Bacchus, Vulcanus, Silenus, & Satyri præſto fuerunt, [illegible]
vecti, quorum ruditu perterrefacti hoſtes ſe fugæ præcipites dede[illegible]
lataque aſinis à cœlitibus gratia, aſellis inter ſidera receptis. Ex S[illegible]
lib. 15. & Hygino *poëtic. aſtronomico lib. 2. cap. cancer,* Balthaſar Bonifac[illegible]
dicrar. hiſtoriarum. lib. 18. cap. 3. pag. 699.

Obſervatio III.

Ad verb. Superiori Mareſchallo.

Archimareſchallus, vel ſuperior Mareſchallus.

Elector Saxoniæ, qui *ſupra cap. 1. §. 14. & cap. 5. §. 2.* audit Archimareſchallus, hic dicitur ſuperior Mareſchallus. Obtinet enim inter Mareſchallos ſuperiorem locum, ſecundum Vicemareſchallus de Pappenheim, tertium Mareſchallus Imperialis Curiæ, ut ex textu noſtro colligere licet, & *ſupra cap. 27. §. 1.*

Obſervatio IV.

Ad verb. debetur.

Electoris Saxoniæ prærogativa, reſpectu inveſtiturarum.

Lex noſtra Electori Saxoniæ, ſi præſens ſit, quando Imperii Prin[illegible] feuda ſua ſolenni ritu, equo inſidens, ſuſcipit ab Impêratore, ad[illegible] lum equum, cœteris Electoribus autem præſentibus nihil attribuit: [illegible] melior hoc in actu eſt conditio Saxonis, quàm cœterorum.

CAPU[illegible]

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Obſervatio I.

De materia hujus capitis.

HOc caput caret rubro, agit autem de linguis, in quibus Electorum Secularium filii, hæredes, & ſucceſſores inſtrui debeant.

§. I.

Obſervatio II.

De nationibus Imperio Romano Germanico ſubjectis.

Ad verb. Diverſarum Nationum.

NAtiones, quæ tempore Caroli IV. ſub Imperio fuerunt, & adhuc eſſe debent, ſunt, Germanica, Italica, & ex parte Slavonica. Quibus, ſi is annumerare voluerit etiam partem Gallicæ, propter Regnum Arelaſe, ego illi non refragabor. De hoc argumento conſuli poteſt Conrinus, qui ſcripſit *de finibus Imperij Germanici.*

Obſervatio III.

De diverſis Nationum moribus.

Ad verb. moribus.

DE diverſis Nationum moribus, & ingeniis, dixi *tom. IV. jur. publ. in addit. ad lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 49.

Obſervatio IV.

De variis Nationum linguis.

Ad verb. Idiomata.

Idioma accipi poteſt pro diverſa, & omninò alia lingua, vel pro unius linguæ variis dialectis: Quo ſenſu Græcorum linguæ quinque dialectos fuiſ- radunt, ſcilicet, Atticam, Jonicam, Doricam, Aeolicam, & communem. ot verò linguæ matrices in orbe fuerint, vel nunc ſint, aliis expendenm relinquo; ego hic nihil certi definiri poſſe adhuc mihi perſuaſum habo, & provoco ad ea, quæ ſcripſi *in annotam. ad Capitul. Caroli V. artic.* 14. *ſ.* Andere Zungen. *num.* 8. *& ſeqq. pag.* 209. *& ſeq.*

Obſervatio V.

Cur Electores noſſe debeant linguas Nationum Imperio ſubditarum?

Ad verb. ut plures intelligāt.

RAtio, cur Electores debeant eſſe inſtructi in linguis maternis, aut Vernaculis, Nationum Imperio ſubjectarum, illa exprimitur, ut iſtarum tionum petitiones & deſideria, quæ quælibet in maternâ ſuâ linguâ exmere conſuevit, intelligant, & eadem in lingua reſpondentes à petentiintelligantur.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio VI.

Ad verb. relevandis.

Electores referre debent Imperatori preces ſupplicantium.

NImium obrueretur negotiis Imperator, ſi omnibus permiſſum … tates ſuas illi oretenus referre, vel ſcriptis inſinuare; hoc ne fie… luerunt majores, ut Electores in eo Imperatori ſua ſubvenirent … tanquam in partem ſollicitudinis conſtituti, illa, quæ à ſupplican… ciperent, referrent, quo commodius, & ſine confuſione, unicui… tribueretur.

Obſervatio VII.

Electores aſſiſtunt Imperatori, vel ut Conſiliarij intimi, vel ut concurrentes in adminiſtratione Imperij.

ELectores aſſiſtunt Imperatori, quandoque ut Conſiliarii intimi, q… doque verò, ut in adminiſtratione concurrentes. Illo caſu, eorum … quirenda, audienda & perpendenda ſunt conſilia: altero caſu, ad … peragendam illorum etiam accedere debet conſenſus; quo de … ſunt Capitulationes, in quas jurant electi Imperatores.

Obſervatio VIII.

Ad verb. conſtituti.

Electores ab Imperio dati ſunt Imperatori in partem ſollicitudinis.

ELectores in partem ſollicitudinis Imperatori ab Imperio dati ſ… autem ad eam ex gratia ab Imperatore aſſumpti. Sigiſmundus … rator in Bulla de jure, & ſucceſſione Electorum Palatinus, de anno 14… (apud Goidaſt. *inter Statuta & reſcripta Imperialia. pag.* 143. §.1.) fatetur, … Principes Electores cœpiſſe, & in illis conſiſtere ſuæ gloriæ celſitudin… eoſque in partem ſollicitudinis ſecum eſſe vocatos.

Obſervatio IX.

Ad verb. quapropter.

Explicatio textus.

QUæ hucuſque in Bullæ noſtræ capite ultimo dicta, generalia ſunt, … omnes Electores, tàm Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, contingu… Nempe, dignum & expediens eſt, ut utriuſque ordinis Electores diverſa… linguarum ſint periti: Cœtera, quæ nunc ſequuntur, ſolos Electores … lares concernunt, eorumque filios & ſucceſſores.

Obſervatio X.

Quas linguas callere debeant Electores Eccleſiaſtici?

DE Electoribus Eccleſiaſticis nihil, ratione linguarum, quas ca… beant, diſponere voluit legiſlator, ſed eam curam reliquiſſe …

Digitized by Google

apitulis Eccleſiarum, Moguntinenſis, Trevirenſis & Colonienſis, quæ ɔi, vacante ſede, Archiepiſcopum eligere poſſunt, & debent, idoneum, ɔn modo ad gubernandam illam Eccleſiam, ſed etiam ad adminiſtran- ım munus Electoris Imperii, quod Archiepiſcopo cohæret.

Obſervatio XI.

Ad verb. Electorũ filii.

Quas linguas debeant addiſcere ſecularium Electorum filij, vel hæredes.

ɔErgit legiſlator explicare, quas linguas Electorum filii, vel hæredes, & ſucceſſores. debeant addiſcere, quo ætatis termino ad illarum cognitio- em debeant promoveri, & quot poſt annos poſſint eruditi cenſeri & eſſe, ı illis. Ennium dixiſſe, refert Gellius *lib.*17. *cap.*17. ſe tria habere corda, uod tres loqueretur linguas; hoc ſenſu etiam Electorum ſucceſſores tot ɔrda habere debebunt.

Obſervatio XII.

Ad verb. naturaliter inditum.

Lingua nulla homini naturaliter indita.

NUlla hodie toto in orbe lingua datur, quæ ulli genti naturaliter indita dici poſſit, addiſcenda eſt, & uſu excolenda, quam quiſque loqui velit. Iaternam quidem eam appellamus, quam à matre didicimus, vel commu- em cum illa habemus, ſed non quod eam cum lacte materno hauſerimus. Iinc, verba legiſlatoris noſtri non ita ſtrictè accipi, ſed omninò conjungi ım illis debent, ab infantia didiciſſe.

Obſervatio XIII.

Ad verb. Teutonicum idioma.

1. *Electorum filij debent noſſe linguam Germanicam.*
2. *Lingua Germanica uſus in Bohemia.*

ɔRima ex linguis, quas ſcire debet Electoris filius, vel ſucceſſor, eſt Ger- 1.
manica, vel Teutonica, quam præſumitur ab infantia didiciſſe. Hoc ge- erale enuntiatum eſt, & de filio quoque Regis & Electoris Bohemiæ acci- itur. Licet enim incolæ Regni peculiarem ſuam habeant linguam, non ta- 2.
ıen Germanicæ prorſus ignari ſunt, & in ipſa aula Regis tempore Caro- IV. eam haud ultimum obtinuiſſe locum, colligitur ex Chronographo Colonienſi, allegato à Goldaſto *in ration. conſtit. Imper. ad cap.*30. *Bullæ noſtræ ag.*103. Jnd (loquitur de Carolo) funde vünff Spraechen/ under den hadde e Duytſche Spraeche allerlieffſt. Darum hayt he Duytſche Spraeche in Behem/und in ſynen Landen faſt gemirret. Wane zo Prage und in allen Steden durch Beheymer Landt/ſprach yderman daezer Zyt allermeiſt Duytſch Spraech/ dat vur des Keyſers Zyden niet dann Behemiſche Spraeche was. Doch meyn ich/ want ſyn Vader auch ein Duytſchmann was/dat zo deſſelven yt dat begonnen ſy wurden.

Digitized by Google

Obſervatio XIV.

Linguæ Germanicæ commendatio propter antiquitatem.

COmmendatur lingua Germanica 1. propter antiquitatem, quâ cu-tina, imò Græca, certat. Pontus Heuter. *lib. 1. rer. Burgundic. pag.* addit, Germanicæ linguæ antiquitas (non tamen ut nunc frequenti... lis ſtrepens) omnem, non ſolum hominum memoriam, ſed literarum... cunque etiam Nationis cuſtodiam longè ſuperat, ac olim multò latiùs fuſiuſque variis Nationibus, quam nunc, in uſu fuit. vide *quæ* ... *tom. I. jur. publ. lib. 1. cap. 6. num. 51. & ſeq.*

Obſervatio XV.

Propter virilitatem.

SEcundò, habetur, & eſt planè virilis. Recentioribus nonnullis inter... guas ita diſtinguere placuit, ut cum Deo, ob majeſtatem, Hiſpanicè... Principibus, ob gravitatem, Italicè, cum fœminis, ob gratiam, Gallicè, ... hoſtibus verò, ob terrorem, Germanicè loquendum cenſuerint. Et... dicitur tempore Caroli V. Imper. Hiſpanum quendam, qui ob ſeveri... & gravitatem linguæ Germanicæ, ſe credere dixerit, Deum, cum expe... Paradyſo Adamum, & Angelum gladio formidabilem, qui Paradyſo ... datus terroris majoris cauſa Germanica lingua illum noſtrum prim... rentem increpuiſſe: Illi verò à Germano præſente reſponſum, ſe... Diabolum, cum Evam circumvenire vellet, lingua Hiſpanica, tanqu... dum, & callidiorum conſiliorum tragulis aptiſſima, uſum fuiſſe. ... *de Princip. Provinc. Europæ. pag. 311.* Vera an ficta ſit reſponſio, ſubaſpe... men, & nimio mordacis ſatyræ aceto abundans eſt.

Obſervatio XVI.

Propter brevitatem vocabulorum.

TErtiò, brevitate vocabulorum, & infinitis dictionibus monoſyllabicis abundat, *ut docui dict. lib. 1. jur. publ. cap. 6. num. 54.* unde ad explicandam voluntatem, tam petendo, quam jubendo, maximè apta, & ita ad citiùs conſequendum id quod quiſque intendit.

Obſervatio XVII.

Propter puritatem.

QUarto, purior eſt aliis, & Romani ſermonis corruptioni minus obn... facta, quod de multis prædicari nequit.

Obſervatio XIIX.

Ad verb. à ſeptima ætatis.

Quo ætatis anno pueri ad inſtitutionem apti?

Poſt...

Digitized by Google

Oſtquam ab infantia (de qua, contra Antonium Fabrum diſputantem, ıdi Hilliger. *part.1. Donell. enucl. lib.7. cap.9. lit.d.*) uſque ad ſeptimum æta-ıæ annum pervenit hæres, vel ſucceſſor Electoris ſecularis, debet in cœ-s, à lege nominatis linguis, informari. Qui de inſtitutione puerorum iciti fuerunt, in diverſas abierunt ſententias: alii eam ab anno quinto ipiendam putarunt, alii ab anno ſeptimo; (Septalius *de ratione inſtituendæ gubernandæ familiæ. lib.3. cap.4. pag.208.*) quorum opinionem hîc ſequitur perator. Nonnulli diſtinguunt inter inſtitutionem pleniorem, & magis iam, quam ad annum ſeptimum differendam ſuadent, & inter ſaltem in-oatam, ludricam, jocoſam, quæ annis prioribus quoque incipi poſſit. ider. *in Philoſophia Politica Syſtem. cap.1. de partib. material. Reipubl. tit. de lit. liber. quæſt.3. pag.136.* Politicorum Magiſter, Ariſtoteles *lib.7. polit.* ›. 17. ipſe, diſcrimen facit inter primam ætatem, & proximam, quæ hanc juitur uſque ad annum quintum, & poſt hanc duobus annis uſque ad ſe-mum, addens denique, eſſe ætates duas, in quas diſciplinam dividere ne-ſarium, nempe, poſt ſeptennium uſque ad pubertatem, & rurſus hinc ad num unum & vigeſimum.

Obſervatio XIX.

An A.B. velit Electorum filios erudiri debere in lingua latina?

Ad verb. in Grammatica.

